COMMENTARIUS IN SELECTAS M. T. CICERONIS ORATIONES.

PARS II.

Ad usum Scholarum Societatis JESU.

Post editiones Germanicas, in Litvania

Editio Prima.

VILNÆ
Typ: S. R. M. Acad: Soc. JESU, Annô 1755.

ORATIO PRO LEGE MANILIA Ad POPULUM.

ARGUMENTUM.

GRave bellum gerebat Populus Romanus in Asia cum duobus potentissimis Regibus Mithridate, & Tigrane. Lucius Manilius Tribunus plebis Legem tulerat, ut ejus belli cura mandaretur Pompejo. Dissentiebant Q. Hortensius, & Q. Catulus viri Consulares. Cicero Legem Manilii, ab Auctore Maniliam *dictam, probandam suscipit, ostenditq; bellum Asiaticum Pompejo committendum esse. Erat enim Pompejus rerum jam gestarum magnitudine clarus, qui adhuc adolescens Syllæ partes secutus, ab eo Imperator appellatus, & ad ulciscendos hostes in Africam missus, Domitium primùm, deinde Carbonem Marianæ factionis Consulem in Sicilia, Hiarbam Regem in Africa, Perpennam earundem partium Ducem in Hispania superavit, Spartaci gla-*

diatoris hominis reliquias confecit in Italia, ab exercitu Syllæ Magnus inde salutatus. Contra Sertorium quoq; in Hispaniam profectus, Metelli copiis se conjungens, eum cum tota factione sustulit. Mox delectus Imperator ad bellum piraticum, quod tribus mensibus confecit. Quare & Cicero evicit, ut ad bellum hoc Asiaticum mitteretur Pompejus, in quo de Mithridate & Tigrane gloriosè triumphavit.

Habuit hanc Orationem Cicero anno ætatis suæ 41. postquam priore anno Prætor fuisset designatus. Initâ igitur hoc anno Præturâ sub M. Æmilio Lepido, & L. Volcatio Tullio Coss. ad populum è Rostris dixit, cùm priùs in privatis tantùm causis, in defensionibus nonnullorum amicorum, & semel in accusando Verre, nunquam adhuc in Romanæ Reipublicæ causa publica esset versatus. Dicta est Anno Urbis Conditæ 687.

Quæstio est in Genere Deliberativo, cui tamen genus Exornativum est mixtum; suadet enim bellum, & Pompejum ei præficiendum; ubi simul Pompeji laudes exornantur.

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

IN Exordio perbrevi declarat, se hactenus nondum publico idoneum, privatis in causis substitisse; nunc auctoritate à populo concessa fretum comparere. Ab adjunctis. I. à sua persona, quippe qui primùm è Rostris plebem alloquatur. II. à loco ipso. III. à Pompejo, de quo dicturus est, usq; ad N. 2.

NARRATIO.

Brevis est Narratio, quippe in re nota: Grave bellum inferunt Romanis Mithridates, & Tigranes Reges: ab hoc bello discedit Lucullus; ad id deposcitur Pompejus; usq; ad: *Causa, quæ sit, videtis &c.*

PROPOSITIO: Gerendum est à Populo R. bellum in Asia: & huic bello præficiendus est Cn. Pompejus.

CONFIRMATIO.

Tres partes habet: I. Continet genus belli. II. Magnitudinem belli: III. Pompejum bello huic præficiendum.

I. In hoc bello Asiatico agitur gloria pop. R. agitur salus Sociorum; aguntur vectigalia maxima, aguntur fortunæ multorum civium: igitur hoc bellum est genere suo grave & necessarium.

II. Hoc bellum conjungunt duo Reges potentissimi, suscipiunt agitatæ nationes, victo Lucullo: igitur est magnitudine periculosum.

III. Huic bello præficiendus est Pompejus, quia in eo reperiuntur omnes dotes optimi Ducis. 1. Scientia rei militaris. 2. Virtus militaris seu fortitudo, simul & aliæ virtutes administræ, innocentia vitæ, temperantia, humanitas &c. 3. Auctoritas. 4. Felicitas.

CONFUTAT.

Sequitur Confutatio N. 17. *At enim.* Refelluntur illorum rationes, qui negabant Pompejum huic bello præficiēdum. Q. Hortensius negabat, uni deferenda esse omnia. Q. Catulus affirmabat hoc esse contra instituta Majorum.

PERORAT.

In Peroratione est Laus Manilii, & adhortatio, ut in Lege lata perseveret; 2. Studium suum pollicetur Cicero in eadem tuenda lege, & commodo Reipublicæ procurando.

ORA-

ORATIO.

Quanquam mihi semper frequens conspectus vester multò jucundissimus, hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus, Quirites: tamen hoc aditu laudis, qui semper optimo cui-

I. EXORDIUM. *Similiter cadens & desinens.*

Periodꝰ bimembris.

Quanquam: Modestiâ suâ benevolentiam conciliat: hactenus non potui, non ausus fui in hoc loco ad dicendū comparere. Observa, quomodo hāc propositionē Cicero ornārit.

Frequens conspectus: Aderat enim concio totius populi, quam advocârat Manilius tribunus Plebis, ut populus suffragia ferret, & legem latā vel approbaret, vel antiquaret.

Multò: Cum Comparativis & Superlativis eleganter ponitur: *multò molestiùs, multò maxima parte.*

Locus: E Rostris prima vice hanc orationem dixit Cicero: Rostra autem dicebatur suggestum altius in foro, exstructum ex rostris navium Antiatium, hoc est: quæ Antiatis hostibus erant ereptæ. Locus hic auguratus erat, & templum dicebatur, ut in peroratione.

Ad agendum: Ad agendam cum populo causam, quod solis Magistratibus ex hoc loco licebat.

Ad dicendum: Ad orationem habendam.

Quirites: Romani sic dicti sunt à *Curibus*, Sabinorum Urbe.

Hoc aditu laudis: Hac occasione laudem reportandi.

Optimo cuiq;: Reipublicæ studioso.

cuiquè maximè patuit, non mea me voluntas, sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt. Nam cùm anteà per ætatem nondum hujus auctoritatem loci attingere auderem, statueremquè, nihil hùc nisi perfectum ingenio, elaboratum industriâ afferri oportere, omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. Ita nequè hic locus vacuus unquam fuit ab iis, qui vestram causam defenderent: & meus labor in privatorum periculis castè, integrequè ver-

Similiter cadens. *Dissolutio.* *Traductio.*

Meæ vitæ rationes: Conditio, status, qualitas vitæ meæ, qualem à prima juventute duxi, non permisit. Vitæ suæ rationem exponit, ne seriùs, quàm deceat studiosum Reipublicæ, verba de Rostris facere videatur.

Per ætatem: Cùm enim propter juniorem ætatem non essem ea authoritate, & sapientiâ, quam hic locus requirit, omne tempus in privatis amicorum causis consumpsi. Egit Cicero causam pro P. Quinctio, pro R. Amerino, pro M. Fontejo, pro A. Cæcinna; defendit etiam Siculos, accusavitq; Verrem, sed causam Reipublicæ Romanæ, & è Rostris nondum egerat, nisi hanc pro L. Manilia anno ætatis suæ 41.

Temporibus transmittendum: Traducendum meum tempus existimavit in amicorum temporibus, in eorum causis, laboribus negotiis; ita enim *tempus* sæpè accipit pro iis, quæ eo tempore agebantur.

Vacuus: Semper fuerunt, qui in hoc loco causam vestram defenderent; dicitur homo vacuus ab omni molestia; locus vacuus ab omni cura; templum nunquam vacuum ab hominibus.

Castè integreq;: Ita multos defendi, ut me nunquam pecunia corruperit, nunquam à veritate, integritate, justi-

versatus, ex vestro judicio fructum est amplissimum consecutus. Nam cùm propter dilationem Comitiorum ter Prætor primus centuriis cunctis renun-

Captat benevolentiã Populi R.

stitia deflexerim. *Castè*, abstinenter, continenter, sine vitio; hinc dicitur: casta latinitas, quæ non vitiosa.

Ex vestro judicio: Quia ita bene res meas egi, judicâstis vos, promovendum me ad munera, & nunc quidem ad Præturam; qui fructus laborum meorum fuit.

Amplissimum: Hoc nomine afficiebant Romani dignitates, honores, Magistratus; uti suprà *locus amplissimus*, ubi nullis nisi amplitudine præditis viris, Magistratum scilicet gerentibus, liceret agere.

Nam cùm: Connectit & probat antè dicta; fructum honoris consecutus sum: ter enim me primũ Prætorem designâstis, ergo jam decet, ut quantum auctoritatis per vos consecutus sum dignitate Prætoria; quantum dicendi facultate; id omne ostendam, & in vestrãm utilitatem impendam.

Dilationem Comitiorum: Differebantur Comitia, seu conventus illi, in quibus designantur Magistratus, atq; ideò semper mihi prorogata est Prætura. Ista autem dilatio contigit, vel propter contentiones competitorum, vel propter obnuntiationes Augurum, qui dicebant auspicia non favere &c.

Prætor primus: Plures fuêre Prætores in urbe, & ætate quidem Ciceronis octo. Cicero primus ante omnes renuntiatus est. Captat hic singulariter benevolentiam populi, dum auget beneficium per hæc adjuncta: *ter primus: centuriis cunctis;* nam eos nobis addictos facimus, quorum beneficia prædicamus, & quibus nos esse gratos ostendimus.

Centuriis cunctis: Populus & tribus in centurias dividebantur, & una centuria post aliam certo ordine suffragia tulit, ideò *centuriata comitia* dicebantur.

 Renun-

Polysyndeton. nuntiatus sum, facilè intellexi, Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis præscriberetis. Nunc cùm & auctoritatis in me tantum sit, quantum vos honoribus mandandis esse voluistis: & ad agendum facultatis tantum, quantum homini vigilanti ex forensi usu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre: certè & siquid auctoritatis in me est, eâ apud eos utar, qui eam mihi dederunt: & siquid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimùm, qui ei quoquè rei fructum suo judicio tribuendum esse censuerunt. Atquè illud inprimis mihi lætandum jure esse video, quòd

Periodus quadrimembris.

Polysyndeton.

Renuntiatus sum: Declaratus, vestris suffragiis electus.
Judicaretis: In qua existimatione apud vos essem.
Præscriberetis: Quid de me judicandum aliis relinqueretis, & quodammodò juberetis, ut & ipsi bene de me sentirent.
Honoribus mandandis: In conferendis honoribus; nam mandare Magistratus, honores &c. est conferre. Sensus est; quantum mihi auctoritatis esse voluistis, in eo, quòd honores mandâstis, & quantum eloquentiæ longiore usu consecutus sum, utar apud vos, & pro vestra utilitate.
Ei rei fructum: Qui censuistis propter eloquentiam meam hunc mihi deberi fructum, honorem nempe Præturæ.
Atq; illud inprimis: Cùm anteà in loco hoc nunquam dixerim, & sic mihi insolita sit ex hoc loco dicendi ratio, lætor jam uberrimam mihi dicendi materiam offerri; de Pompejo enim dicendum est. Ecce, quàm ab una periodo per aptas connexiones ad alteram, & deniq; ad principa-

quòd in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini potest. Dicendum est enim de Cn. Pompeji singulari eximiaque virtute: hujus autem orationis difficilius est exitum, quàm principium invenire. Ita mihi non tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est. Atquè ut inde Oratio mea proficiscatur, unde hæc omnis causa ducitur, bellum grave, & periculosum vestris vectigalibus, atq; Sociis à duobus potentissimis Regibus in-

PROPOSITIO.

Antitheta.

Adjunctio.

2. NARRATIO.

palem propositionem delapsus sit.

Insolita: Hoc loco nunquam usurpata.

De Cn. Pompeji: De Pompejo, quis & quantus fuerit, vide argumentum Orationis. Est hic propositio, ubi & attentionem sibi facit,& docilitatem; attentionem, quia de tali tantoq; viro loquendum; docilitatem, quia de qua re dicendum sit, exponit.

Quàm modus: Ut eo modo totum comprehendam, quo satisfiat populo, causæ &c. & ut modum inveniam paucis dicendi multa de Pompeji laudibus.

Atq; ut inde: Narrationem instituit de bello, ejusq; gravitate, ut inde viam sibi sternat ad demonstrandum, bello huic præficiendum esse Pompejum,

Proficiscatur: Incipiat inde, unde tota quæstio est orta: qualitas belli est demonstranda, ut appareat, qualis huic bello Imperator necessarius.

Vectigalibus: Tributariis, iis, qui vobis vectigalia & tributa dant, magnum intentatur bellum.

Sociis: Illis populis,qui vobiscum fœderati, amici vestri, & in vestris periculis vos quoq; defendunt.

Mi-

infertur, Mithridate, & Tigrane: quorum alter relictus, alter lacessitus occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie litterae, quorum magnae res aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatae: qui ad

Mithridate: Fuit hic Rex Ponti,& hostis Romanorum, qui universim annos duos & quadraginta bellum adversùs Romanos gessit.

Tigrane: Rex Armeniae fuit, & Mithridatis gener, qui Mithridati suas conjunxit vires.

Alter relictus: Quem Lucullus dimittere coactus est, ab exercitu suo contumaci destitutus,ac Senatûsconsulto Romanorum avocatus.

Alter lacessitus: Tigranes; hunc enim Lucullus bello provocârat, cùm Mithridatem ad se fugientem tradere recusaret:

Asiam: Non est hìc,& alibi saepiùs in Cicerone intelligenda Asia illa,quae tertia est orbis terrarum pars,sed Asia minor,regio,quae comprehendit has provincias:Phrygiam, Pamphyliam, Ciliciam, Lycaoniam, Æolidem, Joniam, &c. Haec Asia per Orientalem partem,quae in Cappadociā & Syriam vergit,undiq; mari est circumfusa;quam hodie Natoliam vocant, quaeq; olim Romanis subjecta fuit.

Equitibus R. Illi, qui vectigalia in provinciis exercebant (de qua re plura sequentur) erant potissimùm ex Ordine Equestri,tanquam ditiores.

Quorum: Equitum Rom. horum magnae res aguntur, hoc est:divitiae eorum & bona in periculo sunt, *occupatae*, sitae sunt,in vestris vectigalibus exercendis.

Vectigalibus exercendis: Ii dicebantur vectigalia exercere, qui vectigalia populo Romano ab aliis nationibus pendenda conduxerant,sive emerant à civibus Romanis. Hi certam summam pecuniarum pro vectigalibus e. g. ali-

ad me pro necessitudine, quae mihi est cum illo Ordine, causam Reipublicae, periculaque rerum suarum detulerunt: Bithyniae, quae nunc vestra provincia est, vicos exustos esse complures: regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vectigalibus, totum esse in hostium potestate: Lucullum magnis rebus gestis, ab eo bello disce-

Dissolutio. Enumeratio.

alicujus civitatis,pendebant; ipsi deinde vectigalia ex ea civitate vel per se vel per alios colligebant; ferè sicut, siqui emant à Principe reditus salinarios, pro iis autem Principi certam summam pecuniarum solvant, ipsi verò reditus accipiant. *Exercere* autem idem est, ac praeesse vectigalibus, sicut *exercere judicium*, est praeesse judicio.

Pro necessitudine: Conjunctione, affinitate, nam etiam Cicero erat Equestris Ordinis.

Bithyniae: Regnum est ad minorem Asiam pertinens,& ad Pontum jacens; hoc Nicomedes Rex moriens legavit populo Romano, unde tum provincia Romanorum factū est, ut habet Livius.

Provincia: Regiones extra Italiam, quae populi Rom. imperio parebant,& ad quas administrandas Magistratus mittebantur, dictae sunt *provinciae Romanorum.*

Ariobarzanis: Cappadociae Regis, qui populi Romani amicus fuit, quemq; à Mithridate iterum,iterumq; Regno suo dejectum Romani restituerunt.

Vectigalibus: Non hic substantivè accipiendum est *vectigalibus*,pro ipsis tributis; sed adjectivè: vestris subditis, qui vectigalia pendunt.Dicuntur enim homines, qui vectigalia pendunt,vectigales,dicuntur provinciae & agri vectigales sive tributarii, & stipendiarii.

Ab eo bello: Mithridatico. Lucullus enim seditione militum sequi nolentium coactus est recedere.

Huic

discedere: huic qui successerit, non satis esse paratum ad tantum bellum administrandum: unum ab omnibus Sociis, & civibus ad id bellum imperatorem deposci, atque expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem. Causa, quæ sit, videtis: nunc quid agendum sit, considerate. Primùm videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de imperatore deligendo esse dicendum. Genus est belli ejusmodi, quod

Transitio.

CONFIRMATIO.
Partitio.
PARS I.
DE GENERE BELLI.

Huic bello: Lucullus partem militum Glabrioni tradiderat;& hic est, qui bello interim successerat.

Non satis esse paratum: Nimis debilem esse, non satis instructum.

Unum: Nempe Pompejum.

Causa: Id est: quæstio, consultatio, negotium, de quo laturi suffragium estis.

Videtis: Explicavi vobis rem, posui fundamentum in Narratione; nempe 1. Bellum vobis grave à duobus potentissimis Regibus inferri. 2. Lucullum ab eo bello discedere. 3. Cnejum Pompejum ad id bellum deposci.

Nunc: Sequitur jam Confirmatio,ubi propositio & finis principalis consistit in his duobus. 1.Gerendum est hoc bellum à populo. Rom. in Asia. 2. Atqui isti bello præficiendus est Cn. Pompejus.Utriusq; puncti divisio fit in plures partes, & primum quidem in genus belli, deinde in magnitudinem belli.Genus iterum distribuitur,ut videbis. Quò clarior divisio, eò melior Oratio.

Primùm, deinde tum: Non dicit, Cicero,primò, secundò,tertiò. Familiare est Ciceroni tria principalia in Oratione membra facere, non plura, uti pro Muræna &c. etsi hæc ipsa in plura dividat, & distribuat singula in partes minores.

Exci-

quod maximè vestros animos excitare, atquè inflammare ad persequendi studium debeat: in quo agitur populi Rom. gloria, quæ vobis à majoribus, cùm magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est: agitur salus sociorum, atquè amicorum, pro qua multa majores vestri magna & gravia bella gesserunt: aguntur certissima populi Romani vectigalia, & maxima: quibus amissis & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis: aguntur bona multorum civium, quibus est & à vobis, & ipsorum, & Reipubli-

Metaphora.

Distributio.

Repetitio.
Traductio.

Polysyndeton.

Excitare &c. Impellere, ut hoc bellum persequamini, & ad finem deducatis &c. *persequi* enim est, in re cœpta perseverare, ad extremum sequi; sic: *persequi jus suum.*

In quo agitur: Bellum tale est, in quo agitur gloria, salus, vectigalia, bona civium; ergo est gerendum. En distributionem generis belli.

Cùm magna: cum: tum: ad elegantiam.

Certissima: Certissima vectigalia sunt, quæ devictæ nationes, parere solitæ, & provinciæ certò solvunt, quæq; ab hostium periculis libera sunt. Omnes res magnæ hic afferuntur pro suasione, & magnis etiam epithetis illustrantur; *magna & summa gloria: multa & gravia bella: certissima, maxima &c.* Multùm juvant epitheta, si non sint prorsus otiosa; atq; ea, ut plurimum à Cicerone in superlativo ponuntur.

Requiretis: Desiderabitis, amittetis: pecuniæ enim sunt nervus belli, & ornamenta pacis.

Multorum civium: Equitum Romanorum, qui in illis provinciis negotiantur, quorum res magnas, multas di-

3.
1. GLORIA
Probatur à contrario.

publicæ causâ consulendum. Et quoniam semper appetentes gloriæ præter cæteras gentes, atquè avidi laudis fuistis, delenda vobis est illa macula, Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitùs jam insedit, atquè inveteravit in populi Romani nomine, quòd is, qui una die, totâ Asiâ, tot in civitatibus, uno nuntio, atquè una litterarum significatione cives Romanos necandos, trucidandosquè denotavit, non modò adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit, sed ab illo

Traductio. Ab adjunctis.

vitius in vectigalibus occupatas dixit.

Et quoniam: Prima pars superioris enthymematis erat: *Agitur gloria:* probatur à contrario: summum erit vobis dedecus, si non geratis hoc bellum, si non vindicetis injuriam & probrum à Mithridate illatum.

Bello superiore: Quo Sulla pace cum Mithridate inita in civitatibus Asiæ Romanum exercitum fidei causâ reliquit. Sulla ergo recedente Mithridates civitates illas corrupit, & ad omnium Asiæ urbium primores scripsit, ut trigesimo die, à quo eæ litteræ scriptæ essent, Romanos & Italos ad unum omnes, viros, mulieres, pueros, qui in Asia essent, trucidarent, & necatos ne sepelirent, sed insepultos abjicerent. Occisa autem civium Romanorum centum quinquaginta millia Plutarchus scribit, factum hoc est A. U. C. 664.

Una die: Adjuncta rem aggravantia. 1. Una die. 2. Totâ Asiâ. 3. Multis in civitatibus. 4. Uno nuntio. 5. Unis litteris. 6. Cives R., 7. Necandos. 8. Trucidandos. 9. Impunitas: *nullam pœnam.* 10. Regnat &c.

Trucidandosq;: Magis invidiosum, & truculentius, quàm *necandos.*

Ter-

illo tempore annum jam tertium & vicesimum regnat: & ita regnat, ut se non Ponto, neque Cappadociæ latebris occultare velit, sed emergere è patrio regno, atque in vestris vectigalibus, hoc est: in Asiæ luce versari. Etenim adhuc ita vestri cum illo Rege contenderunt Imperatores, ut ab illo insignia victoriæ, non victoriam repor-

Conduplicatio.

Metaphora.
Allegoria.

Traductio.

Tertium & vicesimum: Bellum Mithridaticum totum duravit quadraginta ampliùs annos; ergo ex eo tempore, quo clades illa facta est, intercessêre tres & viginti anni, in quibus bellum duravit, ac ipse nondum debellatus, nondum pœnas dedit. *Tertium*, inquit, & *vicesimum*, non vicesimum & tertium; observandum enim, quòd si duo numeri ponendi, & intercedat copula, is numerus præponendus, qui minor est; sine copula verò numerus major primo loco ponitur: *viginti quinque, triginta sex;* contrà cum copula: *unus & viginti, duo & viginti.*

Ita regnat: Figura hæc Geminationis exornat, & auget.

Cappadociæ latebris: Quia Cappadocia illarum gentiū, quæ Pontum accolunt, una maximè introrsus recedit, remota & recondita est, tanquam spelunca, ideò eam *latebras* vocat; & manet in metaphora per verbum *occultare, emergere* in lucem Asiæ, in splendidiorem Romanæ provinciæ ditionem erumpere.

Etenim: Augetur dedecus ex eo, quòd Mithridates neq; à L. Sylla, neq; à L. Muræna superari potuerit, sed insuper fœdera inierit cum Sertorio Romanorum hoste.

Adhuc: Hactenus, in hæc tempora.

Insignia victoriæ: Quædam spolia & trophæa, quæ quidem sunt indicia victoriæ: sed ipsum nondum debellârunt, etsi unum, alterumve triumphum de eò reportârint.

L.

portarent. Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Muræna de Mithridate, duo fortissimi viri, & summi imperatores, sed ita triumphârunt, ut ille pulsus, superatusque regnaret. Veruntamen illis Imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt: propterea quòd ab eo bello Sullam in Italiam Respublica, Murænam Sulla revocavit. Mithridates autem omne reliquum tempus non

Geminatio.
Similiter desinens.
Disjunctio.
Traductio.
Adjunctio.
4. Simil. cad:
Opposita.

L. Sulla: Sive Sylla Patritius R. ex antiqua Scipionũ familia, fortis simul & felix, qui malè adolescentiam egit, vitam tamen in melius mutavit, functusq; est amplissimis honoribus, externos & domesticos hostes vicit, tum rursus in vitia præceps, & Dictator effectus Rempublicam oppressit; Dictaturâ tandem spontè depositâ, pediculari morbo in acerbissimis cruciatibus vitam posuit.

L. Muræna: Pater illius, quem Cicero disignatum Consulem defendit, de quo Cicero pro Mur. *quem* (Mithridatem) *L. Muræna pater hujusce, vehementissimè, vigilantissimeq; vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit.*

Quod egerunt &c. Quod, &c. Intellige, quantum, ad illud attinet, quod egerunt, quod reliquerunt; hostem enim superârunt, non omnino sustulerunt.

Sullam in Italiam: Cùm Cinna, Carbo, Sertorius, Marius urbem Romam, hostilem in modum vastantes, cives, patriciosq; necarent, respublica revocavit Sullam à bello Mithridatico, & Sulla pacem iniit cum Mithridate, pactis tamen non stante.

Murænam Sulla: Propter pacem, quam Sulla cum Mithridate fecerat; nam Muræna Legatus in Asia à Sulla relictus cum duabus legionibus, triumphi cupiditate incensus, Regi bellum facere non desistebat, usq; dum per

non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit: qui posteaquam maximas ædificâsset, ornâssetquè classes, exercitusquè permagnos, quibuscunquè ex gentibus potuisset, comparâsset, & se Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulâsset: usquè in Hispaniam Legatos Ecbatanis misit ad eos duces, quibuscum tum bellum gerebamus: ut cùm duobus in locis disjunctissimis, maximequè diversis: uno consilio, à binis hostium copiis bellum terrâ, mariquè gere-

Synœciosis.

Similiter desinens.

A causa finali.

Antitheta.
Adjuncta.

per A. Gabinium à Sulla revocatus est.

Non ad oblivionem: Non ut resarciret damna belli, sed ut novum bellum adornaret.

Ornâssetq;: Ornare classem, est instruere rebus requisitis.

Bosphoranis: Quid Bosphorum. Thracium incolunt, nam Ponti ab occasu finis est Bosphorus Thracius.

Legatos: Cicero hos nominat Verr. III. L. Magium, & L. Fannium, qui à Marii exercitu ad Mithridatem profugerant.

Ecbatanis: Usq; ab Ecbatanis Legatos in Hispaniam misit. Ex viæ longinquitate rem auget: hi Legati tractabant cum Sertorio, promittebant à Mithridate pecunias, naves &c. vicissim ipse Asiam cederet. Ecbatana fuit Metropolis in majore Media.

Ad eos duces: Ad Sertorium, & ejus socios. Sertorius civis erat Romanus, sed intestina bella concitârat, ideò proscriptus à Sulla fuit in Hispaniam, & ibi cœpit civile bellum perficere, & contra Romanos pugnare.

Duobus in locis: In Hispania à Sertorio: in Ponto & Asia à Mithridate.

 An-

gereretur, vos ancipiti contentione districti de imperio dimicaretis. Sed tamen alterius partis periculum, Sertorianæ atquè Hispaniensis, quæ multò plus firmamenti ac roboris habebat, Cn. Pompeji divino consilio, ac singulari virtute depulsum est: in altera parte ita res à L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atquè præclara, non felicitati ejus, sed virtuti: hæc autem

Simil cad. Antitheta. Commuta-tio.

Ancipiti contentione districti: Utraq; ex parte impediti, atquè distracti.

De imperio: Soliciti esse deberetis, an imperium penes vos maneat, an transeat ad hostes.

Alterius partis: Periculum, quod imminebat ex parte Sertorii,& id maximum, à Pompejo fuit sublatum. Quomodo? addit Orator: *Divino ejus consilio, singulari virtute.* Serviunt ablativi ad amplificationem.

In altera parte: Cum Mithridate egit Lucullus,& initio quidem fudit, fugavitq; Mithridatem.

L. Lucullo: Clarissimus Romanorum Imperator, qui à multis victoriis & Asiaticæ Provinciæ spoliis maximas opes consecutus est, ædificiorum, tabellarumq; pictarum studiosissimus, vitam amabat sumptuosam & splendidam, ita, ut Luculli divitiæ,epulæ,horti, & similia in proverbium abirent, & ob magnificentiam, atq; luxuriam ipse appellaretur Xerxes togatus.

Initia illa: Mithridatem enim prælio ita vicit in Ponto, ut ille in extremam Armeniam profugerit ad Tigranem: quorum utrumq; posteà uno consilio, unis copiis in se invadentem repulit, ac profligavit.

Sed virtuti: In quem sensum scribit Florus subactum Mithridatem felicitate Syllæ, virtute Luculli, magnitudine Pompeji.

Extre-

autem extrema, quæ nuper accide- runt, non culpæ, sed fortunæ tribuenda esse videantur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afflicta esse videatur. De vestri imperii dignitate atque gloria (quoniam is est exorsus orationis meæ) videte, quem vobis animum suscipiendum putetis. Majores vestri sæpe mercatoribus, ac navicularibus injuriosius tractatis bella gesserunt: vos tot civium Romanorum mil-

Adjunctio.
Geminatio.
Antitheta:
Synæciosis.

5.
Contentio.
Interrogatio.

Extrema: Nempe, quòd Mithridates non modò regnum suum, Pontum, discedente Lucullo recuperaverit, verùm etiam in pop Rom. provinciam irruperit, copias Romanorum vicerit &c. unde modò hæc belli necessitas exurgit.

De vestri: Observandum hic, cur Cicero dicat: *Vestri Imperii*, non nostri, cùm & ipse tamen in Magistratu; *Vestri Majores*, Patres *vestri* aliaq; similia. Loquitur enim ad populum R. cujus benevolentiam ut faciliùs colligat, populi R. dignitatem ostendit. Populus enim erat, qui gerebat imperium, populus faciebat Magistratus, populus jubebat bellum, vel pacem, summam deniq; potestatem populus Rom. habebat.

Exorsus: Id est: contextus, & tanquam filum; quoniam de gloria vestra cœpi dicere &c.

Suscip. putetis: Duplex verbum; videte, quid decernendum.

Majores vestri. Argumentum à minore ad majus, & enthymema, cujus conclusio proponitur eleganter per interrogationem.

Naviculariis: Navium Dominis; sic à Cicerone sæpiùs appellantur, qui conductâ operâ merces & frumentum in navibus vehunt.

Bella gesserunt: Tarentinum, & quæ ex hoc orta sunt,

Comparatio à minore. millibus uno nuntio, atquè uno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati, quòd erant apellati

Metaphora. superbiùs, Corinthum Patres vestri, totius Græciæ lumen, extinctum esse voluerunt: vos eum Regem inultum esse patiemini, qui Legatum populi Ro-

Ejusdẽ rei gravior amplificatio. mani Consularem vinculis ac verberibus, atquè omni supplicio excruciatum necavit? Illi libertatem civium

Contraposita. Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis?

Jus

Piceninum, & Salentinum.

Legati: Propter violationem Legatorum Romanorum Corinthus eversa est. Florus l. 2. A. ab V.C 606.

Appellati superbiùs: Scribunt alii, quòd lapidibus de concione pulsi; sed Florus in hunc sensum: *Legatosq; Romanos, dubium, an & manu, certè oratione violavit.*

Corinthum: Corinthus Achajæ caput, Græciæ decus, inter duo maria, Jonium & Ægæum quasi spectaculo exposita. Florus in hoc excidio celebre factum esse Corinthiacum æs putat: *quia incendio permistis plurimis statuis atq; simulacris æris, auri, argentiq; venæ in commune fluxère.* De hoc ære in Verrinis.

Græciæ lumen: Appositio & Metaphora, in qua alludit ad id, quod dicebant: *Corinthum esse alterum Græciæ oculum, Athenas alterum.*

Eum Regem: Mithridatem.

Legatum: Florus in Epitome, & alii Aquilium vocant, alii Manium Attilium, quem Mithridates captum, innidentem asino, Pergamum usq; deduci jussit, præeunte Præcone, & proclamante, adesse Manium Attilium: eiq;, ut Pergamum venit, aurum liquefactum in os infundi jussit.

Jus

Jus Legationis verbo violatum illi persecuti sunt: vos Legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? Videte, ne ut illis pulcherrimum fuit tantam vobis imperii gloriam relinquere: sic vobis turpissimum sit, id, quod accepistis, tueri, & conservare non posse. Quid, quòd salus Sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur? Regno expulsus est Ariobarzanes Rex, socius populi Romani, atquè amicus: immi-

Relata.
Antitheta.
Entymema.
2.
SALUS SOCIORUM.

Dissoluta.

Jus Legationis: Contra jus gentiū omniū est legatos violare; hinc sæpè gravissima bella ob eos violatos exstiterūt.

Videte: Conclusio primi argumenti de gloria pop. Rom. & vindicanda injuria, ne gloriæ Romanæ labes inferatur. Relata hic sunt: *relinquere: dare: accipere.*

Illis pelcherrimum: Enthymema à contrariis: gloriosum illis fuit tale imperium vobis relinquere, ergo vobis erit turpe, illud tueri non posse.

Quid, quod: Secundum punctum: Sociorum salus periclitatur in hoc bello Mithridatico; ergo arma vobis necessariò sumenda sunt ad tuendos Socios. *Quid, quòd:* est transitio, cùm ascenditur ab uno ad alterū, & aliquid majus subjungitur.

Rex, Socius: Magni fiebat, si quis à Senatu populoq; Romano Rex, Socius & amicus est appellatus; nam (ut Livius) nominis ejus honorem pro magnis erga se Regum meritis dare populus Romanus consveverat. Moris etiam fuit, ut Regibus à se appellatis Senatus dono mitteret auream coronam, auream pateram, sellam curulem eburneam, & scipionem eburneum, togam pictam, & palmatam tunicam. Pondus ergo habent hæc verba, ut populo svadeatur Ariobarzanis defensio.

Mēbratim. minent duo Reges toti Asiæ, non solùm vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atquè amicis: civitates autem omnes, cuncta Asia atquè Græcia, vestrum auxilium exspectare propter periculi magnitudinem coguntur: imperatorem à vobis certum deposcere, cùm præsertim vos alium miseritis, nequè audent, nequè id se facere summo sine periculo posse arbitrantur. *A præjudiciis.* Vident & sentiunt hoc idem, quod vos, unum virum esse, in quo summa sint omnia, & eum propè esse, quo etiam carent ægriùs: cujus adventu ipso

Duo Reges: Mithridates, & Tigranes; hi in Asiam cum magno exercitu accedunt.

Civitates: Asiæ; ipsa Asia tota, & Græcia. Amplificatio: Socii cùm sint in maximo periculo; & ipsi suis viribus occurrere hosti potentissimo non audeant, *exspectant* imperatorem à vobis, non audent ipsi nominare *certum.* Pompejum nempe, cùm vos *alium*, nempe M. Acilium Glabrionem, superioris anni Consulem *miseritis.*

Summo sine periculo: Ne Glabrionem offendant, qui cum summo imperio jam provinciam administrabat.

Hoc idem, quod vos: Supponit populum propendere in Legem Manilii, & velle Pompejum Imperatorem, eò, quòd dignissimus judicatur; idipsum ergo arbitrantur Asiatici, quod vos, solùm Pompejum instantibus periculis mederi posse, hostibꝰ terribilē, temperantē &c. in quo *summa omnia*, virtutes nempe illæ Imperatoriæ infrà demonstrandæ.

Propè esse: In vicino esse, in bello nempe maritimo adversùs prædones & piratas, quos toto mari mediterraneo tum persequebatur.

Carent ægriùs: Quia in finitimis Asiæ partibus, & vicinus

ipſo atquè nomine, tametſi illè ad maritimum bellum venerit, tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt, ac retardatos. Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant, ut ſe quoquè ſicut cæterarum provinciarum ſocios dignos exiſtimetis, quorum ſalutem tali viro commendetis. Atquè hoc etiam magìs, quàm cæteros; quòd ejusmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut, etiam ſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum adventus in urbes Sociorum non multùm ab hoſtili ex-

Traductio.

A contrariis.

cinus eſt,ſperant eum magìs.Quò magìs autem res ſperatur,tantò eâ caremus ægriùs; quò longiùs res diſtat,tantò minùs ſperatur, minùs expetitur, faciliùs caremus.

Ad maritimum bellum: Venit enim juſſu reipublicæ ad bellum adversùs Piratas.

Repreſſos: Cùm Pompejus ſuos hoſtes brevi tempore diſſipârit penitùs,abegeritq;,metuebant ſibi etiam alii,& retrocedebant.

Liberè loqui: Ob metum Glabrionis.

Atq; hoc etiam magìs: Orant, ut tantò magìs eorum curam ſuſcipiatis, eos dignos exiſtimetis, qui Pompejo commendentur; quia ab aliis potiùs devaſtantur.

Homines cùm Imperio: Quia tales ſæpè mittuntur gubernatores provinciarum,qui ſummum imperium & poteſtatem habent, ut licèt hoſtes prohibeant à rapina, ipſi tamen civitatum hoſtes exiſtant, improbi, avari, rapaces. Non obſcurè illum Prætorem deſignat, qui tum Aſiam provinciam adminiſtrabat, vel paulò antè, & fortè Syllam putat,qui indignis expilationibus Aſiam antè gravârat;aut etiam Glabrionem.

Repetitio. Articulus, & incisa.

6. Ab exēplo majorum, à contrario. A minore. Articulus. Incisa.

expugnatione differant. Hunc audiebant anteà; nunc præsentem vident, tantâ temperantiâ, tanta mansvetudine, tanta humanitate, ut ii beatissimi esse videantur, apud quos ille diutissimè commoratur. Quare si propter Socios nullâ ipsi injuriâ lacessiti majores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Ætolis, cum Pœnis bella gesserunt; quanto vos studio convenit, inju-

Hunc audiebant: Longè diversa audiunt & nunc etiam vident Asiatici in Pompejo, qui temperantissimus est, abstinet à rebus alienis, omnibus se mitem, comemq; exhibet &c. Est hic Pompeji laus à comparatione cum aliis longè diversis.

Quare si propter &c. Majores vestri nullâ ipsi injuriâ provocati, tamen bella gessère propter socios: ergo multò magis vos injuriam passi, & socios, & laudem vestram tueri debetis. Observa, quomodo hoc punctum de sociis concludat, prius pariter includat, & simul transeat ad tertium. Proponitur enthymematis conclusio per interrogationem, ut sæpissimè aliàs.

Cum Antiocho: Antiochus Syriæ Rex cum Ætolis bellū intulerat civitatibus Græciæ cum Romana fœderatis; itaq; Romani, ut illas defenderent, bellum contra Antiochum gessêre.

Cum Philippo: Non est ille Philippus Alexandri pater, & in quem Demosthenis Philippicæ sunt, sed alius, etiam Macedoniæ Rex, de quo Liv. l.35. Obsederat hic Athenienses. Romani defenderunt Athenienses socios, & libertatem à Philippo ereptam Græciæ restituerunt.

Ætolis: Græci populi sunt Epiro finitimi; de his jam diximus, quòd cum Antiocho bellum intulerint reliquis Græcis Romanorum fœderatis, & à Romanis fuerint debellati.

Cum Pœnis: Carthaginensibus. Contra Carthaginenses &

injuriis provocatus Sociorum salutem unà cum imperii vestri dignitate defendere; præsertim cùm de vestris maximis vectigalibus agatur? Nam cæterarum provinciarum vectigalia, Quirites, tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus: Asia verò tam opima est, ac fertilis, ut & ubertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur, facilè omnibus terris antecellat. Itaquè hæc vobis provincia, Quirites, si & belli utilitatem, & pacis dignitatem retinere vultis, non modò à calamitate, sed etiam à metu calami-

3. VECTIGALIA.

Laus Asiæ.
Polysyndeton.
Simil. cad.

Polysyndeton.
Similiter cadens.
Opposita.
Traductio.

& Hieronem Regem auxiliũ Mamertinis ferendum censuit Senatus. Epi. Liv. l. 16.

Tãta sunt: Id est: talia, tam parva; non enim hic auget, sed minuit.

Vix contenti: Ut vix sufficiant.

Ubertate agrorum: Vectigalia dividit in suas partes; colliguntur enim ex agris, ex fructibus vini, olei &c. ex pascuis, ex aliis mercibus, quæ ex provincia exportantur.

Pastionis: Ex magnitudine pascorum; ex locatione enim pratorum publicorum vectigalia populus Rom. percipiebat. Ea qui conducebant causâ pascendi pecoris, *pascuarii* dicebantur, & vectigalia ex pascuis etiam vocabantur: *Scriptura*, quod infrà explicabitur.

Rerum, quæ exportantur: Mercium nempe, de quibus in portu debebant solvi *portoria.*

Belli utilitatem: Intellige res eas, quæ ad bellum gerendum, belliq; sumptus sufferendos sunt utiles; pecuniam

Dissimile. lamitatis est defendenda. Nam cæteris in rebus, cùm venit calamitas, tum detrimentum accipitur; at in vectigalibus non solùm adventus mali: sed etiam metus ipse affert calamitatem. *Disjunctio. Dissolutio. Incisa. Distributio.* Nam cùm hostium copiæ non longè absunt, etiam si irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio

niam nempe, quæ belli nervus.

Nam cæteris: Exornatio & amplificatio dicti præcedentis, quòd etiam à *metu calamitatis* provincia sit defendenda. Fit inprimis collatio & comparatio à dissimili. Deinde ab effectis, & vel solum belli metum consequentibus demonstratur, quanta vectigalium damna sint instante bello; breviter: cæteras res adventus & præsentia calamitatis perdit: at vectigalia etiam ob metum calamitatis intereunt.

Non longè absunt: Propè sunt: sæpè duplex negatio ad rem affirmandam adhibetur.

Tamen pecora: Easdem illas suprà positas partes iterat, quamvis non eodem ordine; priùs dixit Asiam divitem esse 1. ubertate agrorum & fructuum, & multas dare decimas, 2. habere magnitudinem pastionis, & 3. rerum, quæ exportantur: ecce! *navigatio mercatorum* de parte ultima! *agricultura* de parte prima; *pecora relinquuntur*, de parte secunda; eædem partes mox sequuntur: *Ex portu* de navigatione & exportatione mercatorum; *ex decumis*, nempe agriculturâ: *ex scriptura*, nempe pascuis. Sensus autem Ciceronis hic est: multa vobis tributa solvenda & pendenda sunt in Asia, ex pecoribus, agris, portubus, sed, suborto metu belli, cura pecorum & agrorum abjicitur, navigationes cessant: ergo sequitur etiam vectigalia interire, vel ob solum rumorem periculi.

Ex

tio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conservari potest. Quare sæpe totius anni fructus uno rumore periculi, atque uno belli terrore amittitur. Quo tandem animo esse existimatis, aut eos, qui vectigalia nobis pensitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt, cùm duo Reges cum maximis copiis propè adsint? cùm una excursio equitatûs perbrevi tempore totius anni vecti-

Polysyndeton.
Complexio.
Communicatio.
Relata.
Repetitio.

Ex portu: Vectigalia non poterunt colligi ex iis mercibus, quæ, cùm ex provincia exportantur, in portu solvi debent, & dicuntur *portoria*.

Ex decumis: Decumæ dantur ex frumento, vino, oleo, fructibus arborum &c: ergo ex agricultura. Dicuntur *decumæ* pro: *decimis*, antiquo scribendi more; sicut invenitur scriptum: *optumum*, *pessumum*, *maxumum* &c. inde *decumanum frumentum*, quod pro decimis solvitur.

Ex Scriptura: Sive ex pascuis; nam vectigalia ex pascuis dicebantur: *Scriptura*: publicani enim, sive qui conducebant vectigal ex pascuis, scribendo conficiebant rationes cum pastore, & inde eorum ratio dicebatur: *Scriptura*. Hinc agri tales dicebantur: *Scripturarii*. Imò & illi dicebantur Scripturarii, qui mancipum & publicanorum rationes conficiebant.

Quare sæpè: Conclusio, quòd vectigalia totius anni tali ratione in discrimen veniant.

Quo tandem &c. Quid putatis, cogitant mancipes, quæstores, & ii, qui vectigalia pensitant; hostibus appropinquantibus nonne metuunt rerum suarum omnium amissionem, & relinquunt agros &c. nisi defensionem sociorum exspectare possint.

Pensitant: Sunt tributarii, vectigales.

Exercent: Præfecti, mancipes, publicani.

Publi-

Repetitio. Incisa. ctigal auferre possit? cùm Publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus, atque custodiis, magno periculo se habere arbitrentur? Putàtisne vos illis rebus frui posse, nisi eos, qui vobis fructui sunt, conservàritis, non solùm, ut anteà dixi, calamitate, sed etiam calamitatis formidine liberatos? Ac ne illud quidem vobis negligendum est (quod

Traductio & cōjugata. Conclusio. Transitio.

7.

4. BONA CIVIUM.

Publicani: Illi sic dicebantur, qui vectigalia populo Romano tribuenda à Censoribus, constituto certo pretio, redimebant, tum ipsi vectigalia accipiebant, populo Romano priùs certâ pecuniâ pro iis persolutâ. Erat horum Ordo Romæ amplissimus, ac personarum dignitate potentissimus; cùm omnes ferè Romani Equites in hac re essent occupati.

In salinis: Salina locus est, in quo sal aut effoditur, aut ex aqua marina paratur; & ex ejusmodi salinis in Asia quoq; tum, sicut apud nos modò, vectigalia pendenda fuisse, non pauci Commentarii asserunt.

Atq; custodiis: Ipsos portus hic iterum significat, in quibus custodiæ & præsidia posita sunt.

Frui: A conjugatis. Vultis *frui* provinciâ; conservate igitur fructuosos, qui fructum afferunt, *qui fructui sunt.*

Ac ne illud: Quartum punctum pertinens ad genus belli. Bellum Mithridaticum periculosum est bonis civium Romanorum: ergo omni studio profligandum est, ne bona civium quid detrimenti accipiant. Antecedens amplificatur distributione civium, primò publicanorum, & ex ordine Equestri, deinde ex aliis quoq; Ordinibus aliorum negotiatorum &c. horum bona vos tutari decet. Ra-

tio;

(quod mihi ego extremum proposueram, cùm essem de belli genere dicturus) quod ad multorum bona civium Romanorum pertinet: quorum vobis pro vestra sapientia, Quirites, habenda est ratio diligenter. Nam & Publicani, homines & honestissimi, & ornatissimi suas rationes & copias in illam provinciam contulerunt: quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse debent. Etenim si vectigalia nervos esse reipublicæ semper duximus: eum certè Ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum Ordinum rectè esse dicemus. Deinde cæteris

Amplificatio à causis, effectis, & consequentibus.
Distributio.

tio; est enim hoc humanitatis, & sapientiæ vestræ; & cives digni sunt; & calamitas privatorum publicanorum ad rempublicam pertinet.

Quod mihi: Parenthesis ad docilitatem & attentionem.

Cùm essem &c. Cùm mihi proponerem, me dicturum de belli genere.

Suas rationes & copias: Facultates, & res suas omnes. Tanto pretio ergo conducunt vectigalia vestra, ut omnes suas fortunas in ea impendant.

Quorum ipsorum: Debetis defendere publicanorum res & fortunas, etiam privatam eorũ utilitatem spectando; nam à privatis eorũ fortunis pendent etiam bona communia & Reipublicæ; ex quibus enim consistit Respublica, nisi ex hominibus privatis? dein etiam vectigalia vestra ab horũ bonis dependent: ergo & ipsorũ & vestra utilitas agitur.

Eum certè Ord. &c. Equestrem nempe, ex quo publicani, aratores, decumani, pascuarii, aliiquè erant.

Deinde: Secundò alii dicerent minùs eleganter. Pergit in

teris ex Ordinibus homines gnavi & induſtrii partim ipſi in Aſia negotiantur, quibus vos abſentibus conſulere debetis; partim ſuas & ſuorum in ea provincia pecunias magnas collocatas habent. Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum civium numerum calamitate prohibere: Sapientiæ, videre, multorum civium calamitatem à republica ſejunctam eſſe non poſſe. Etenim illud primum parvi refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſteà victoriâ recuperare. Neque enim iisdem redimendi facultas erit propter calami-

Argumentū ab honeſto, & utili.
A conſequētibus.
Adjunctio.
Occupatio.
Similiter cadens.

in diſtributione,& loquitur jam non tam de publicanis, de quibus egit priùs,quàm de aliis civibus Rom.qui ibi & amplas habuerunt poſſeſſiones (ut ſolebant in provinciis latifundia habere) & pecuniam ibi fœnori poſuerant.

Homines gnavi: Vel navi, diligentes, impigri: à contrario: *ignavi.*

Erit igitur: Humanitas & charitas poſcit,ut vos cives aliorum civium bona tueamini.

Sapientiæ: Veſtræ eſt,proſpicere, ſi cives privati multi detrimentum patiantur, conſequi quoq; detrimentum Reipublicæ; ut enim ait L. de off. III. *Singulorum enim facultates & copiæ, divitiæ ſunt civitatis.*

Etenim: Prævenit cogitationes auditorum: quòd ſi putetis, amiſſa vectigalia bello recuperari poſſe &c. at ſi hoc ſemel permiſeritis, ut publicani calamitatem patiantur, non poterunt ipſi ea poſtmodum redimere, neq; ſi aliqui poſſint, ea volent redimere aliena calamitate conterriti.

Neq; iisdem: Illi, qui amiſerunt bona ſua, non habebunt porrò tantum facultatis,ut poſſint redimere, propter

mitatem, nequè aliis voluntas propter timorem. Deinde, quod nos eadem Asia, atquè idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit, id quidem certè calamitate docti memoriâ retinere debemus. Nam tum, cùm in Asia res magnas permulti amiserant, scimus Romæ, solutione impedita, fidem concidisse. Non enim possunt una in civitate multi rem atquè fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. A quo periculo prohibete Remp. & mihi credite id, quod ipsi videtis: hæc fides atquè hæc ratio

Synæciosis, Ab exẽplo, & experientiâ.

Revocat ad thesin.

Conclusio per adhortationem.

pter jacturam jam factam rerum suarum; alii non audebunt, metuentes, ne & ipsi amittant sua.

Redimendi: Redimere vectigalia publicani dicuntur, cùm ex pacto certæ pecuniæ à censoribus vectigalia conducunt, & emunt, quæ postmodum suo vel bono, vel incommodo in provinciis exigunt. Ergo aliud non est *redimere*, quâm conducere, nam conductor, redemptor, manceps passim in Cicerone pro eodem.

Deinde quod: Ostendit exemplo, quantum amissio bonorum nocitura sit; scimus omnes, inquit, cùm multi bello superiore pecunias amitterent, fidem eorum Romæ, quia solvere non poterant, concidisse.

Concidisse: Amisisse fidem, *impedita solutione:* cùm civibus, quibus Romæ debebant pecuniam, solvere & satisfacere non possent.

Non enim: Ratio ex communi: calamitas enim aliquorum semper plurimos alios implicat.

Probibete Remp. Cavete, ne in hoc periculũ incidat Resp.

Quod ipsi videtis: Sicut ipsi agnoscitis.

Hæc fides & ratio &c. Fides, & ut vulgò dicitur: *credi-*

Geminatio. ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis, & cohaeret; ruere illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant. Quare videte, num dubitandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere, in quo gloria nominis vestri, salus sociorum, vectigalia maxima, fortunae plurimorum civium cum Republ. defenduntur. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Potest enim hoc dici, belli genus esse ita necessarium, ut sit gerendum: non

Allegoria.

Epilog. primæ partis, Anacephalæosis. Dissoluta.

8.

PARS II. MAGNITUDO BELLI.

Occupatio.

Simil. des.

ditum, ipsæq; rationes pecuniarum, quæ hic Romæ sunt in foro apud argentarios, habent connexionem & conjunctionem cum pecuniis, quæ sunt in Asia. Romæ in foro erant tabernæ argentariorum, sive eorum, qui & mēsarii & trapezitæ vocantur, apud quos deponebatur pecunia, ut alibi per ipsos reddatur; aut vicissim, hi nomine publicanorum & negotiatorum versantium in Asia Romanis solvebant; horum ergo rationes implicitæ sunt & connexæ cum iis, qui versantur in provincia; si illi perdant, & isti perdunt.

In foro: Ut dictum, argentariorum tabernæ erant in foro.

In quo gloria: In conclusione primæ partis de genere belli, ordine repetit quatuor rationes, quas pro argumentatione adduxit.

Potest enim: Occupatio: dicere poterunt non esse bellum hoc tam grave, tam metuendum &c. Nam Lucullus jam magna ex parte hostem profligavit. Huic objectioni occurrit, & laudat quidem Lucullum, ut antè promiserat, sed subinde demonstrat, bellum adhuc tam grave imminere, ut neutiquam contemnendum sit.

Con-

Similiter cadens.

non eſſe ita magnum, ut ſit pertimeſcendum. In quo maximè laborandum eſt, ne fortè à vobis, quæ diligentiſſimè providenda ſunt, contemnenda eſſe videantur.

Digreſſio ad vitandam invidiam.
Inciſa.
Compar.
Luculli laus & ejus victoriæ.

Atquè ut omnes intelligant, me L. Lucullo tantum impertiri laudis, quantum forti viro, ſapienti homini, & magno Imperatori debeatur, dico, ejus adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas atquè inſtructas, eſſe deletas, urbemquè Aſiæ clariſſimam, nobisquè amiciſſimam Cyzicenorum, obſeſſam eſſe ab ipſo Rege, maxima multitudine, & oppugnatam vehementiſſimè, quàm L. Lucullus virtute, aſſiduitate, conſilio, ſummis obſidionis periculis liberavit: ab eo-

Diſſoluta.
Inciſa.

Contemnenda: Cavete, ne ſpernatis ea, quæ ſolicitè & diligenter ſunt providenda.

Atq;: Uſitata tranſitionis formula.

Maximas Mithridatis copias: Appianus ad trecenta hominum millia cæſa ſcribit; Plutarchus peditũ centum & viginti millia, equitum decem & ſex millia.

Ornatas: Ferè idem, quod *inſtructas* apparatu neceſſario.

Eſſe deletas: Florus ait l. 3. c. 5. *Adeò cecidit, ut Granicus, & Æſapus amnes cruenti redderentur.*

Cyzicenorum: Cyzicum, inquit Florus: *nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribusq; marmoreis. Aſiaticæ plagæ littora illuſtrat; hanc ille, quaſi alteram Romam toto invaſerat bello: ſed fiduciam oppidanis reſiſtendi nuntius fecit, docens adventare Lucullum &c.* l. 3. c. 5. de hac re etiam Cicero pro Muræna, & pro Archia Pöeta.

Claſ-

eodem Imperatore classem magnam & ornatam, quæ Ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammato raperetur, superatam esse, atquè depressam: magnas hostium prætereà copias multis præliis esse deletas: patefactumquè nostris legionibus esse Pontum, qui antè populo Romano ex omni aditu clausus esset: Sinopen, atquè Amisum, quibus

Metaphora.
Similiter cadentia.
Enumeratio.

Classem magnam: Hæc est, opinor, de qua Cicero pro Muræna sic scribit: *quid? illam pugnam navalem ad Tenedum, cùm contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atq; animis inflammata peteret &c.*

Studio inflammato: Maximo odio, infensissimis ducum animis, rapidè & summo impetu ferretur.

Depressam: Submersam & obrutam: Subintellige adhuc verbum: *dico*,quod suprà positum.

Patefactumq;: Fugato Rege & in Armeniam profecto, Lucullus maritimo itinere in Pontum profectus, omnes ferè urbes occupavit. In his Amastrim & Heracleam, Sinopen & Amisum.

*Pontum:*Regio Pontica ad Septentrionē in mare sinistrū jacet, ut ait Florus, à Pontico mari cognominata.

Sinopen: Urbem Ponti, quam olim Antiochus, Herculis in bello Amazonum comes, sibi urbem delegerat; cui etiam statua ibi positâ; eam Sinopei ex urbe fugientes asportare secum frustrà conati sunt. Hanc statuam Lucullus ut vidit, similem ei dixit esse, quæ sibi ante expugnationem urbis per quietem visa esset; ideoq; urbi pepercit, eamq; liberam esse voluit.

Amisum: Ponti etiam urbs fuit, Colonia ab Atheniensibus condita. Eam maritimo imperio ab Atheniensibus amisso, primò Persarum Reges occupârunt, deinde Alexander libertati suæ restituit.

Do-

bus in oppidis, erant domicilia Regis, omnibus rebus ornata atquè referta, cæterasquè urbes Ponti, & Cappadociæ permultas unò aditu, atquè adventu esse captas: regem spoliatum regno patrio, atquè avito ad alios se Reges, atquè ad alias gentes supplicem contulisse: atq; hæc omnia salvis populi Rom. Sociis, atquè integris vectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc esse laudis; atquè ita Quirites, ut hoc vos intelligatis, à nullo istorum, qui huic obtrectant legi, atquè causæ, L. Lucullum

Epilogus laudis Luculli.

Domicilia regis: Vulgò: residentiæ.

Regem: Mithridatem.

Regno patrio atq; avito: Mithridates originem à Regibus Persarum habuit. Mithridates primus (nam plures fuêre) conjunxerat se cum Antigono Rege Syriæ. Antigonus autem, cùm per quietem sibi visus esset, agrum se auro serere, idquè aurum Mithridatem metentem, in Pontum asportare, Mithridatem eapropter interficere conatus est. Mithridates autem cum suis fugiens locum quendam Cappadociæ occupatum munivit, tum finitimas Ponto regiones occupavit; postremò imperium maximè auctum liberis tradidit; id à parentibus filii acceperunt usq; ad hunc Mithridatem, qui à Mithridate primo sextus fuit.

Ad alios Reges: Ad generum Tigranem Armeniæ Regem. Ex pluribus unus intelligitur.

Salvis Sociis & integris vectigalibus: Plutarchus ait: multis populis, & Regibus (qui ab ipso salvati sunt) opes & pecuniam Lucullo conferentibus, nullâ prorsus ex ærario publico drachmâ susceptâ, ipsum Lucullum suis sumptibus bellum confecisse.

Obtrectant legi: Qui obloquuntur huic legi Maniliæ, ei con-

lum similiter ex hoc loco esse laudatum. Requiretur fortasse nunc, quemadmodum, cùm hæc ita sint, reliquum possit esse magnum bellum. Cognoscite, Quirites, non enim hoc sine causa quæri videtur. Primùm ex suo regno sic Mithridates profugit, ut ex eodem Ponto Medea quondam profugisse dicitur: quam prædicant in fuga fratris

9. Prolepsis, & reditꝰ à digressione. Ratio I. magnitudinis belli.

A comparatione.

contrarii sunt, inter quos præcipuè Catulus, & Hortensius.

Requiretur: Regreditur ad propositionem de magnitudine belli: petet nunc aliquis &c.

Cognoscite: Dicam ergó, (non enim frustrà hoc objicitur) dicam, quòd licèt Mithridates à Lucullo magnis cladibus affectus sit, à Mithridate tamen immineat magnum & difficile bellum.

Primùm: Prima ratio à simili; Mithridates in fuga sua, persequentẽ se hostem simili stratagemate remoratus est, ut olim Medea insequentem Patrem; ergo & ipse non fuit penitus oppressus, & tempus nactꝰ est vires colligẽdi.

Ex eodem Ponto: Nam Medea ex Colchide navigans in Pontum applicuit, ibiq; in urbe, quæ posteà Tomos dicta est, Absyrtum fratrem membratim concidit &c.

Medea illa: Fuit Oetæ Regis Colchorum filia, quæ Jasonem adamavit, eundemq; secuta est ad afferendum vellus aureum; fugientem insequebatur pater.

Fratris sui: Absyrti, parvuli adhuc, quem secum duxerat, De tota hac re Ovid. l. trist. 3.

Atq; ita divellit, divulsaq; membra per agros
Dissipat, in multis invenienda locis.
Ne pater ignoret, scopulo proponit ab alto
Pallentesq; manus, sanguineumq; caput;
Ut genitor luctuq; novo tardetur, & artus
Dum legit extinctos, triste retardet iter.

ſui membra in iis locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe, ut eorum collectio diſperſa, mœrorquè patrius celeritatem perſequendi retardaret. Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atquè argenti, pulcherrimarumquè rerum omnium, quas & à majoribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore ex tota Aſia direptas in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum noſtri colligunt omnia diligentiùs, Rex ipſe è manibus effugit. Ita illum in perſequendi ſtudio mœror, hos lætitia retardavit. Hunc in illo timore & fuga Tigranes, Rex Armenius, excepit: diffidentemquè rebus ſuis confirmavit, & afflictum erexit perditumquè recreavit. Cujus in regnum

Polyſyndeton.

Adverſa. Synæcioſis.

Antitheta. Metaphora.

Quà: Per quæ loca tranſiret.

Mœrorq; Patrius: Dolor Oetæ patris, ortus ex conſpectu filii dilaniati.

Direptas: Detractas, ablatas.

Dum noſtri: Romani.

Ita illum: Oetam Medeæ patrem; *hos:* Luculli milites; ſed in horum numero tacitè etiam Lucullum ipſum vult intelligi, ut ſuæ cauſæ res ſerviat, & Lucullum ab exiſtimatione boni Imperatoris removeat.

Confirmavit, erexit, recreavit: Creſcit oratio; juſſit habere bonam ſpem, quod eſt: *diffidentem confirmare; afflictum* & in ſuis cæſum *erexit:* novis juvit viribus; *perditum* & rebus omnibus, quas nempe perdiderat, deſtitutum, refecit, & velut corpus ægrum refocillavit, *recreavit.*

Cujus in regnum: Armeniam; regnum Tigranis.

A caussis. gnum posteaquam L. Lucullus cum exercitu venit, plures etiam gentes contra Imperatorem nostrum concitatæ sunt. Erat enim metus injectus iis nationibus, quas nunquam populus Romanus neque lacessendas bello, neque tentandas putavit. Erat etiam alia gravis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaserat, fani locupletissimi & religiosissimi diripiendi causâ in eas oras nostrum exercitum esse adductum. Ita nationes multæ atque magnæ novo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autem exercitus, etsi urbem ex Tigra-

Polysyndeton.

A rumore.

Plures etiam gentes: Plutarchus numerat: Medos, Arabes, Albanos, Iberos, & qui circa Araxem sine Rege sunt.

Contra Imp. Lucullum.

Metus injectus: Metuebant enim, ne in se quoq; arma populus Romanus converteret.

Neq; tentandas: Tentare minus est, quàm lacessere, itaq; quia negare vult, & minuere, postponit Cicero.

Pervaserat: Repetita præpositione; rumor sparsus est, & passim credebant homines.

Fani locupletiss. Fanum sive templum Comanæ urbis intelligitur, Bellonæ Deæ consecratum.

Etsi urbem: Tigranocertam, ita dictam, quia Tigranes conditor ei nomen hoc imposuit, cujus muros quinquaginta cubitis altos fecit; Tigranocerta, tanquam Tigranis civitas. Ad hanc urbem Mithridatis & Tigranis exercitum, in quo erant 250000. peditum, & equitum 50000. millia, Lucullus parvo exercitu devicit. Luculli paucitatem militum deridens Tigranes, eos dicebat esse nimis multos, si venissent, ut Legati: si verò ut hostes, nimis

Tigranis regno ceperat, & præliis usus erat secundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac desiderio suorum commovebatur. Hic jam plura non dicam; fuit enim illud extremum, ut ex iis locis à militibus nostris reditus magis maturus, quàm processio longior quæreretur. Mithridates autem &

Præteritio.

Antitheta. Synæciosis.

mis paucos. Post hanc victoriam Lucullus Tigranocertâ potitus est. In hac civitate, ut scribit Plutarchus, præter alias opes immensas, talentorum octo millia Lucullus reperit. Etsi ergo, pergit Plutarchus, noster exercitus urbem opulentissimam ceperat, eamq; exceptis thesauris militi diripiendam Lucullus concesserat, & octingentas prætereà drachmas singulis militibus ex hostium spoliis dederat, tamen &c. pungit Lucullum non obscurè &c. & id ipsum hic Cicero facit.

Præliis usus: Verbum *utor* in variis accommodatur, ut, secundâ uti fortunâ, ita hic secundis uti præliis, dicitur.

Ac desiderio: Ad patriam suam respiciebant.

Hîc jam plura: Præterit res illas, quæ vel ad turpitudinem Luculli sunt, vel ad opprobrium exercitûs, quòd hic facta seditione porrò noluerit sequi.

Illud extremum: Tandem hoc factum est. Nolebant milites nostri ultrà pergere; urgebant reditum.

Processio: Quàm ut vellent ultrà procedere; & in hoc sensu verbum hoc Latinum est. Volunt nonnulli, dixisse Ciceronem: *processus*, non *processio*; atq; adeò existimant malè dici *processionem*, pro sacra illa pompa, & cæremonia publica plurium in ordine procedentium. Sed absq; fundamento sufficiente: scribunt enim hic plurim. edd. *Processio*, & sicut dicitur, *supplex agmen procedit, supplici agmine proceditur*, ita dici Latinè poterit; *solennis processio adornatur.*

Polysyndeton. & suam manum jam confirmârat, & eorum, qui se ex ejus regno collegerant & magnis adventitiis auxiliis multorum regum & nationum juvabatur. *Ad thesin revocat.* Hoc jam ferè sic fieri solere accepimus, ut regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad misericordiam, *Cõjugata.* maximequè eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, ut regale his nomen magnum & sanctum esse videatur. Itaquè tantum victus efficere potuit, quantum incolumis nunquam *Antitheta.* est ausus optare. Nam cùm se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, ter-

Manum: Suas copias. Ergo licèt fugatus sit, magnum nunc iterum bellum est, quia Mithridates exercitum post ea restauravit, iterũ confirmavit; auctꝰ est novis copiis &c.

Collegerant: Qui deposito metu ad ipsum redierunt, se denuò congregârunt.

Hoc jam ferè: Revocat ad thesin. Regum dignitas afflicta plerumq; miserationem & auxilium obtinet; ergo etiam Mithridates tale auxilium consecutus est: *nihil enim tam miserabile, quàm ex beato miser.* Cicer. in epist.

Regale nomen: Magna enim & sancta est dignitas regia.

Itaq; tantum: Enthymema ex pugnantibus.

Incolumis: Id est: non victus, vegetis adhuc viribus.

Nam cùm se: Mithridates, postquam in suum se regnum recepit, coacto exercitu primùm Fabium, quem in Ponto Lucullus reliquerat, profligavit, deinde cum C. Triario Luculli Legato ita fortiter pugnavit, ut septem millia Romanorum, centum quinquaginta Centuriones, vi-

terram unquam attingeret: sed in exercitum vestrum clarum, atque victorem impetum fecit. Sinite hoc loco, Quirites, sicut Poëtae solent, qui res Romanas scribunt, praeterire me nostram calamitatem: quae tanta fuit, ut eam ad aures L. Luculli non ex praelio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. Hic in ipso illo malo, gravissimaque belli offensione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incommo-

Praeteritio.

Hyperbole. Similiter cadens & compar.

viginti quatuor Tribunos militum occiderit.

Terram unquam: Sperare non poterat, rediturum se in patrium regnum.

Clarum atq; victorem: Ausus est ipse Romanos hactenus victores aggredi.

Sinite hoc loco: Simulat Cicero se praeterire,& non dicere damnum in bello factum; majus hoc ipso damnum hoc facit, & silendo amplificat.

Sicut Poëtae: Poëtae, qui tum temporis res Romanas scripsêre, fuêre Naevius, qui primum Punicum bellum: Ennius, qui secundum versibus persecutus est. Virgilius illa aetate, adhuc puer erat sex annorum, cùm haec oratio anno nempe V. C. 687. haberetur. Solent autem Poëtae, ne gloriam eorũ minuant,quos carminibus celebrant, sinistram saepè fortunam dissimulare.

Non ex praelio nuntius: Hyperbole: nam infrà *expulsum* dicit exercitum, non omnino deletum;scribit tamen Plutarchus tantam hanc cladem fuisse,quantam toto bello Mithridatico Romani nunquam acceperint. Ex ea Triarius Legatus cum militibus aliquibus evasit: hinc hyperbolicum est, quòd nullus.

In ipso illo malo: Eo ipso tempore,quo malum id contigit.

Belli offensione: Ita hic & alibi vocat Cicero amissam victoriam.

Vestro

modis mederi fortaſſe potuiſſet, veſtro juſſu coactus (quòd imperii diuturnitati modum ſtatuendum veteri exemplo putaviſtis) partem militum, qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit, partem Glabrioni tradidit. Multa prætereo conſultò: ſed ea vos conjecturâ perſpicite, quantum illud bel-

Præteritio. Concluſio 2. partis.

Veſtro juſſu coactus: Populi Romani hæc poteſtas & majeſtas erat, ut imperium ducibus ſummis daret, vel adimeret; juſſit ergo populus imperium ponere Lucullum, partem militum dimittere, partem Glabrioni tradere. *Juſſu* propriè de populo R. dicebatur; nam Senatus *cenſet:* populus *jubet.* Ideoq; qui ad populum loquebatur, ita dicebat: *velitis, jubeatis.*

Diuturnitati modum &c. Quia judicâſtis, non debere unum & eundem diutiùs Imperatorem eſſe. Lucullus Conſul cum Aurelio Cotta provinciam Aſiam, ut Plutarchus ſcribit, ſortitus eſt: in eamq; anno inſequenti cum exercitu adversùs Mithridatem profectus. Annos ergo ſeptem totos in Imperio permanſit; nam totidem anni ſunt ad Lepidi & Tulli Conſulatum, quo anno Prætor Cicero hanc legem ſvaſit.

Veteri exemplo: Ex antiqua conſvetudine imperium Conſulum tantum erat annuum, ſed Imperatores bellici indefinitum tempus habebant, pro lubitu populi definiendum; rarò autem diuturnum eſſe patiebantur.

Stipendiis confectis: Qui eſſent jam veterani, emeriti, qui impleviſſent, confeciſſent eos annos, quibus ſtipendia mereri ſolebant Romani. Erat illorum ætas militaris ab anno 17. ad 46. annum. Quòd ſi annos decem militâſſent, ſtipendia confeciſſe dicebantur, erantq; emeriti.

Glabrioni: Qui tum Bythyniæ praerat.

Factum

bellum factum putetis, quod conjungant Reges potentissimi, renovent agitatæ nationes, suscipiant integræ gentes, novus Imperator vester accipiat, vetere pulso exercitu. Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum. Restat, ut de Imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis rebus præficiendo dicendum esse videatur. Utinam, Quirites, virorum fortium atque inno-

Incisa.
Similiter cadens.
Antitheta.
Disjunctio.
10.
Trāsitio ad 3. Partem
3. DE IMPERATORE ELIGENDO.
Optatio.
Major.

Factum putetis: Sic intellige; quàm magnum hoc bellum factum sit, quantopere auctum. *Futurum* alii scripserunt, sed non est necesse.

Renovent agitatæ: Concitatæ metu illo & terrore, de quo suprà.

Integræ &c. Nondum bello fractæ, aut imminutæ; adventitiæ nimirùm illæ regum & nationum copiæ, quas miseratione Regis attractas antè dixit.

Novus Imp. Tantò res difficilior, si succedat *novus* imperator, & *vetus* miles non sit.

Vetere pulso: Hæc est nempe illa calamitas, cæsum, pulsumq; fuisse à Mithridate exercitum, de qua suprà artificiosè, & per præteritionem nolle se loqui dicebat.

Satis mihi multa: Quæ dixit, repetit, & quæ dicturus est, proponit, ut quæ dicta sunt, hæreant firmiùs, res fiat clarior, & ad sequentia præparentur auditores.

Restat: Tertia pars Confirmationis: Cn. Pompejus Imperator ad id bellum deligendus est.

Utinam: Si plures haberetis idoneos, non mirum esset, quòd deliberetis, quemnam potissimùm deligatis; sed non habetis plures, ergo. Major proponitur per figuram Optationis.

Inno-

innocentium copiam tantam haberetis, ut hæc vobis deliberatio difficilis esset, quemnam potissimùm tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis! Nunc verò, cùm sit unus Cn. Pompejus, qui non modò eorum hominum, qui sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam virtute superârit, quæ res est, quæ cujusquam animum in hac causa dubium facere possit? Ego enim sic existimo, in summo Imperatore quatuor has res inesse oportere: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quis igitur hoc homine scientior unquam aut fuit, aut

Minor. Similiter cadens. Adjunctio. Conclusio per interrogationem. Locus communis & thesis. Distributio in 4. partes.
1. SCIENTIA MILITARIS.

Innocentium: Nam Imperatores justi & integri esse debent, non corrumpendi pecuniis &c. ejusmodi paucos habetis.

Antiquitatis memoriam: Id est: antiquos Imperatores, quorum memoria exstat, longè superat.

Quæ res: Conclusio proponitur per figuram interrogationis.

Ego enim sic existimo: Est hic Syllogismus integer.

In quocunq; sunt scientia rei militaris, virtus, auctoritas & felicitas; is Imperator ad hoc bellum Mithridaticum est eligendus.

In Pompejo hæ res omnes excellenter sunt;

Ergo Pompejus ut summus Imperator ad hoc bellum mittendus est. Major clara est, nec indiget confirmatione. Minor confirmatur, & primò non simpliciter proponitur, sed per Interrogationem: *quis igitur?*

Scientior: Incipit ordine comprobare, ea Pompejo inesse, quæ in Minore eidem attribuuntur. Et primùm quidem ostendit, quòd bellorum peritus sit. Cn. Pompejus à pueritia militiæ deditus fuit, sub Patre suo militem egit, postea multa bella gessit ipse, multaq; confecit; quis igitur

aut esse debuit? Qui è ludo, atquè pueritiæ disciplinis, bello maximo, atquè acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atquè in militiæ disciplinam profectus est, qui extremâ pueritiâ miles fuit summi Imperatoris; ineunte adolescentia maximi ipse exercitûs Imperator; qui sæpiùs cum hoste, conflixit, quàm

Repetitio.

Relata.

Hyperbole.

igitur neget, eum esse belli peritum?

E ludo: Id est: Scholâ; omnem enim scholam ludum dixêre Romani, & Magistri ludi dicuntur, qui scholis præsident. Postquam ergo egressus est scholis humanioribus, in quibus multùm profecit (nam & causas postmodùm egit in foro, Milonemq; etiam defendit) statim belli ducem egit.

Ad Patris exercitum: Pater erat Cn. Pompejus Strabo, qui exercitum duxerat adversùs Cinnam, quemq; filius adolescens in castra secutus est.

Extremâ pueritiâ: Id est: extremâ parte pueritiæ: Pueritia computabatur ferè ad annum 17.

Summi Imperatoris: L. Syllæ. Pompejum Syllæ discipulum Sertorius appellabat, ut est apud Plutarchum.

Ineunte adolescentia: Juvenilem ætatem sæpè Cicero *adolescentiam* vocat.

Imperator: L. Cinna consule, seditioso homine, occiso, Cn. Papirius Carbo ejus Collega, magis seditiosus exercitum paravit contra Syllam. Pro Sylla Pompejus, annos tres & viginti natus, in agro Piceno militem conduxit; quem priusquàm ad Syllam adduceret, multos jam hostes fudit: Carinnam, Cælium, Brutum, Scipionem, Carbonem. Ad Syllam cûm venisset, equo desiliens, Syllam Imperatorem salutavit. Pompejum & ipse Sylla Imperatorem contrà salutavit, advenienti assurrexit, caput aperuit, quod nulli alii Sylla faciebat.

Cum hoste: Hostes dicuntur, quibus bellum publicè indi-

quàm quisquam cum inimico concertavit; plura bella gessit, quàm cæteri legerunt; plures provincias confecit, quàm alii concupiverunt; cujus adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est erudita; Quod denique genus belli esse potest, in quo illum non exercuerit fortuna Reipublicæ? Civile, Africanum, Transalpinum, Hi-

Compar.

Amplificationes à contrariis. Similiter cadens & desinens. Adjunctio. Enumeratio bellorum, in quibus Pompejus.

dictum; inimici privatim, à quibus animo disjuncti sumus.

Provincias confecit: Nationes bello subjugavit, easq; populo Romano provincias fecit.

Concupiverunt: Quàm alii administrandas ambièrunt.

Non alienis præceptis: Non indiguit magistro; magister, & Dux, & Imperator ipse fuit.

Offensionibus: Non amissis victoriis, sed obtentis, non cladibus, sed triumphis.

Non stipendiis: Non didicit artem militarem tanquam subditus miles, sed tanquam Dux per triumphos plurimos.

Non exercuerit: In variis bellis pro Republica gestis exercitatus fuit.

Civile: Quod inter Syllanos, & Marianos gestum est. Pompejus à partibus Syllæ fuit.

Africanum: Quod incredibili omnium admiratione XXIV. ætatis suæ annô adversûs Cn. Domitium, & Hiericam Numidiæ Regem gessit.

Transalpinum: Quod cum Gallis gessit, qui Romanis legionibus in Hispaniam iter intercludebant: de quo paulò pòst Cicero dicit.

Hispa-

Hispaniense, mistum ex civitatibus, atq; ex bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum. Varia & diversa genera & bellorũ, & hostium, non solùm gesta ab hoc uno, sed etiam confecta, nullam rem esse declarant in usu militari positam, quae hujus viri scientiam fugere possit. Jam verò virtuti Cn. Pompeji, quae potest par oratio inveniri? Quid est, quod quisquam aut illo dignum, aut vobis novum, aut cuiquam inauditum possit afferre? Neque enim illae sunt solae virtutes imperatoriae, quae vulgò existiman-

Polysyndeton.

Conclusio primae partis. II. 2. VIRTUS.

Interrogatio ad elegantiam.

Similiter cadens.

Compar.

Hispaniense: In quo Pompejus Metello additus Sertorii vires in Hispania attrivit, eousq; dum Sertorius domestica fraude oppressus occumberet.

Mistum ex civitatibus &c. Aliud bellum civile, mistum ex civibus, & servis, atq; aliis populis Germanis & Gallis se adjungentibus.

Servile: Quod turbulentissimum servi, & fugitivi duce Spartaco excitârunt.

Navale: Contra Piratas.

Etiam confecta: Conficere, est perficere, exsequi, absolvere, ad finem perducere.

Nullam rem esse: Antequam ad 2dam partem transeat, primam concludit, & propositionem suprà factum repetit.

Jam verò: 2da pars Minoris de Virtute. *Jam:* consveta est transitio.

Illo dignum: Ut ita eloquatur aliquis, sicut Pompejus meretur.

Cuiquam inauditum: Quis potest aliquid novi afferre, quod non omnes audiveritis, & sciatis.

Virtutes Imperatoriae: Pars haec tractat de *virtute* genericè sumpta; quam dividit in aliud genus duplex, primũ, quod ad bellica attinet; alterum, quod ad mores: *ad bellica* pertinent illa, quae hic enumerat: *labor in negotio, for-*

Distributio. mantur, labor in negotio, fortitudo *Similiter cadens.* in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in *Similiter desinens.* providendo: quæ tanta sunt in hoc *Comparatio à dissimili.* uno, quanta in omnibus reliquis Imperatoribus, quos aut vidimus, aut audivimus, non fuerunt. *A testimoniis.* Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sulla, *Repetitio.* hujus virtute & subsidio confessus *Metonymia.* est liberatam. Testis est Sicilia, quam *Enumeratio.* mul-

fortitudo in periculis &c. quæ etiam statim probat; alteram verò partem, quæ ad mores, trajicit usq; ad N. 13. *Innocentiam* nempe, *temperantiam, fidem, facilitatem, ingenium, humanitatem:* incipiunt istæ ad verba: *Non enim solùm bellandi virtus: &c.* Admirare & imitare distributionem tam claram, tamq; accuratè servatam.

Labor &c. Nulla pars includit alteram. *Labor* est fuga otii; *fortitudo,* est mortis dolorisq; contemptio: *industria,* est perseverantia vel assiduitas laboris; *celeritas,* ut non negligatur tempus & occasio, quæ virtus in Imperatoribus plurimùm valet; *consilium,* est prudentia, & providentia, utq; omnia fiant secundùm rectam rationem: hæc omnia & singula in bello requiruntur; & hæc tanta hæc omnia & singula in bello requiruntur; & hæc tanta sunt in Pompejo, quanta &c. In hujus partis confirmatione detinet se longiùs, amplificando à testimoniis, ab adjunctis &c.

Testis est Italia: Longiùs hic ducitur figura Repetitionis, & Metonymiæ: *Italia* pro: Italis. *Sicilia* pro: Siculis.

Italia: Ubi superavit multos Duces Marianæ factionis, ut dictum est; eapropter laudem referens insignem à Sulla.

Sicilia: Quam Perpenna & Carbo ex Italia pulsi vi occupârant, ea spe, ut hoc propugnaculo adversùs Syllam uterentur. Ergo Senatûs-Consultum factum est, ut Pompe-

multis undiquè cinctam periculis non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit. Testis est Africa, quæ magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sangvine redundavit. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. Testis est Hispania, quæ sæpissimè plurimos hostes ab hoc superatos, prostratosquè conspexit. Testis est iterum, & sæpiùs

pejus, eò cum imperio proficisceretur. Cujus audito adventu Perpenna profugit. At Carbo captus, & à Pompejo damnatus, interfectus est; ejus caput ad Sullam missum.

Explicavit: Liberavit, è periculo eruit.

Africa: Oppressa viginti millibus hostium, quorum tria tantùm millia manus Pompeji effugerunt; cæteri omnes unà cum Duce suo Domitio interempti sunt, propterea inquit Cicero:

Africa eorum ipsorum sangvine redundavit.

Gallia: Citerior; Transalpina. De hoc bello jam suprà dictum est, & in Sallustio ipsius Pompeji epistola refert, quòd Pompejus per Alpes iter sibi aliud, atq; Hannibal, & opportunius patefecerit, receperit Galliam, Pyrenæum &c.

Hispania: In qua Sertorium octavum jam annum cum populo Romano bellum gerentem devicit.

Testis est iterum &c. Denuò Italiam citat, priùs ob bellum civile Marianum, modò ob bellum servile, in quo Crassus quidem magnam, sed & Pompejus non minorem laudem reportavit; de hoc bello Pompejus ipse ad Senatum scripsisse fertur: Crassum in acie gladiatores (hi enim belli incentores fuère, & suæ farinæ homines plusquam 30000. ad bellum coègerunt) quidem fudisse;

Compar. Simil. ead. Metaphora. Belli Piratici amplificatio ab enumeratione partium, adjunctorũ, effectuum &c.

piùs Italia, quæ cùm servili bello tetro, periculosoq; premeretur, ab hoc auxilium absente expetivit: quod bellum exspectatione Pompeji attenuatum, atquè imminutum est, adventu sublatum ac sepultum. Testes verò jam omnes oræ, atquè omnes exteræ gentes ac nationes: deniquè maria omnia, tum universa, tum in singulis omnes sinus atquè portus. Quis enim toto mari

se verò bellum funditùs evellisse.

Servili bello: Quod servi, sivè mancipia excitârunt,& ii, qui infimæ conditionis erant, gladiatores &c.

Absente: Cùm Pompejus alio interim bello distineretur.

Exspectatione: Eò, quòd scirent, eum venturum, plurimi sibi metuentes dilapsi sunt.

Sublatum ac sepultum: Hæc verborum duplicatio quàm Ciceroni frequens sit, vel in hoc Numero & Capite observa: nam & *sublatum ac sepultum* dicit: *attenuatum atq; imminutum:* item; *bello tetro, periculosoq;*: hostes *superatos, prostratosq;* &c.

Sepultum: Metaphoricè: sicut, qui moriuntur, & ampliùs non sunt, è vivis *tolluntur, sepeliuntur,* sic bellum hoc &c.

Omnes oræ: In adducendis regionum testimoniis ferè eundem ordinem observavit, quem suprà in nominandis bellis, ut consideranti patebit. Ultimum bellum erat *navale:* pro hoc jam adducit in testes, omnes oras, omnes sinus, omnia maria, quæ in bello illo navali à piratis periculum habebant.

Maria omnia: Tuscum, Siculum, Ligusticum, Gallicum, Balearicum, Lybicum, & alia, quæ à piratis infestabantur.

Omnes sinus: Per translationem littora vocantur *sinus*.

Portus: Sunt loca in littore, ubi naves tutæ possunt consistere.

Quis enim: Fiunt hic interrogationes in rebus, quæ nega-

mari locus per hos annos, aut tam firmum habuit præsidium, ut tutus esset? aut tam fuita abditus, ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis, aut servitutis periculo committeret, cùm aut hyeme, aut referto prædonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè divisum atquè dispersum, quis unquam arbitra-

Opposita.

Repetitio.
Incisa.

negari non possunt, quæ patent omnibus.

Per hos annos: Longo tempore pericula erant à prædonibus maritimis, sivè piratis maxima; hæc discussit brevì Pompejus; ergo ipsius virtus est incredibilis ac propè divina. Observa in hoc contextu satis longo amplificationem belli piratici; descendit ad particularia, ad provincias, vectigalia, socios, insulas, urbes, portûs, captos prætores, lictores, mercatores &c.

Tantum bellum: Maximam enim potentiam habebant piratæ in mari, ingentes opes, naves, insulas plurimas, civitates à se captas quadringentas.

Tam Turpe: Turpe enim erat Romanis, dominis ferè orbis universi, se, sociosq; à prædonibus, hominibus perditis, servis, fugitivis ita contumeliose tractari.

Vetus: Plures enim annos duravit.

Divisum: Erant enim in locis pluribus piratarum stationes, navalia, & maritima præsidia. Istud bellum piraticum primò excitavit Mithridates, aliquot homines in naves imponendo, ne tam libera esset Romanorum in Asiam navigatio. Numerum deinde auxerunt prædones, exules, servi, fugitivi, ita, ut naves ampliùs mille haberent, & tam multâ prædâ locupletarentur, ut inauratis rudentibus, velis purpureis, remis subargentatis usi sint.

Quis unquam: Quis credat hoc bellum intra quatuor

Cōmutatio. *Enumeratio malorum bellum illud consequentium.* *Traductio.* *Repetitio.* 12. *Correctio.* *Geminatio.*

traretur aut ab omnibus Imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno Imperatore confici posse? Quam provinciam tenuistis à prædonibus liberam per hosce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem socium defendistis? cui præsidio classibus vestris fuistis? quàm multas existimatis insulas esse desertas? quàm multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas urbes esse Sociorum? Sed quid ego longinqua commemoro? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longè à domo bellare, & propugnaculis imperii

menses à Pompejo confectum esse?

Quam Provinciam: Omnia vestra vel in periculo fuerunt, vel in exitio. Descendit ad particularia.

Quem Socium: Non poteratis defendere Socios, qui vobis ipsis defendendis vix pares eratis.

Cui præsidio: Id est: cui Sociorum classes vestræ præsidio fuerunt?

Sed quid ego? Correctio, & præteritio ad dissimulandam nimiam Pompeji extollendi diligentiam.

Longinqua: Longè ab oculis vestris, & in longinquis regionibus gesta à prædonibus; propiora sunt hæc, quæ dico, quæq; ipsam vestram urbem, ipsos vestros exercitus, vestros Legatos, vestros lictores, vestros portus, non tantùm illos, de quibus suprà, in regionibus exteris, concernūt.

Longè à domo: A patria, ab urbe Roma olim Romani bella gesserunt, damna nulla in vicinia, in ipsis rebus suis passi sunt.

Propugnaculis: Habebant olim propugnacula, & urbes munitas, non pro sui, sed suorum Sociorum defensione.

So-

rii Sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, cùm exercitus nostri Brundisio nunquam, nisi summa hyeme, transmiserint? Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar, cùm Legati populi Romani redempti sint? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, cùm duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint? Cnidum aut Colo-

Interrogatio.
Subjectio.
Antitheta.

Ex signo res & persona.

Sociis ego vestris: Quid conqueror de Sociis? Nos ipsi liberè navigare non potuimus; quid de aliis externis captis loquar? nostri ipsi Legati capti fuêre, & redimi debuerunt &c. Est hic subjectio per antitheta ad amplificationem majorem belli Piratici,& ad commiserationem populi ob ita afflictam Rempublicam, ut, qui liberavit, tantò majorem laudem, & gratiam habeat.

Mare clausum: Ut non potuerint tutò navigare propter piratas.

Brundisio: Non solùm Socii à mari prohibiti sunt, metu piratarum, sed etiam nos ipsi non ausi fuimus navigare, & Brundisii solvere è portu. Brundisium urbs est Calabriæ, ubi portus nobilis, unde in Græciam & Asiam iter est.

Cùm duodecim secures: Prætores duos: Sextilium,& Belinũ in ipsis prætextis,seu vestibus,cõsularib9,cũ ministris, lictoribusq;,ac cæteris ej9 magistratûs insignib9 captivos abduxerunt piratæ,ut habet Plutarchus. Secures erant illigatæ fascibus virgarum pro significanda potestate plectendi. Prætoribus extra urbem in provinciis senæ singulis præferebantur. Sensus autem hic est: quid dicã mercatores captos,cùm capti sint ipsi Prætores nostri?

Cnidum, aut Colophonem: Quid dicam remotas urbes captas,cùm etiam portus nostri vicinissimi fuerint occu-

Colophonem, aut Samum, nobilissimas urbes, innumerabilesquè alias captas esse commemorem, cùm vestros portus, atquè eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis? An verò ignoratis, portum Cajetæ celeberrimum, atquè plenissimum navium, inspectante Prætore à prædonibus esse direptum? Ex Miseno autem, ejus

Geminatio.

Distributio.

Ab adjunctis personæ.

pati? Cnidus sivè Cnidos urbs erat insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærens, sita in Asia, celebris ob Veneris statuam à Praxitele factam, ubi etiam Venus colebatur, ut Horat. l. 1. Od. 25.

O Venus Regina Cnidi, Paphiq;.

Colophon: Urbs Joniæ celebris oraculo Apollinis.

Samum: Samos insula est in Jonico mari, unde vasa illa fictilia veteribus celebrata, quæ Samia dicebantur.

Vestros Portus: Geminat vehementiæ causâ: intelligit portus Cajetæ, Miseni. Ostiæ, de quibus statim in specie, & particulari dicit.

Quibus vitam &c. Unde habetis eas res, quibus vita & spiritus ducitur; frumentum enim ex Asia, Africa, Sicilia, Sardinia eò comportabatur.

In prædonum potestatem: pro: *potestate*, qui modus loquendi frequens est Ciceroni.

Cajetæ: Portus est Campaniæ, de quo Virgilius:

Tu quoq; Littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Cajeta dedisti.

Inspectante Prætore: Id magis populum movet. Ignotum est hujus prætoris nomen; nisi fortè intelligatur M. Antonius, qui ante Pompejum contra piratas missus rem malè egit. Ipso præsente Piratæ etiam filiâ ejus ceperunt, ut sequitur.

Ex Miseno: Italiæ promontorio, sic dicto à Miseno Æneæ

ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus anteà ibi bellum gesserat, à prædonibus esse sublatos? Nam quid ego Ostiense incommodum, atquè illam labem, atquê ignominiam Reipublicæ querar, cùm propè inspectantibus vobis, classis ea, cui Consul populi Romani præpositus esset, à prædonibus capta, atquè oppressa est? Prô Dii immortalis! tantamnè unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre Reipublicæ potuit, ut vos, qui modò ante Ostium Tibernum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis? Atquè hæc qua celeritate gesta sint, quanquam vide-

Præteritio.

Ab adjunctis loci & personæ.

Complexio per exclamationem.

Auxesis.

Metaphora.

Oppositio.

Æneæ tibicine ibi sepulto, de quo Virg. lib. Æneid. 3. & 6.

Ejus ipsius: M. Antonii filiam, quam tamen magnâ pecuniâ redemptam posteâ reddiderunt.

Nam quid: Connectendi formula, & præteritionis faciendæ.

Ostiense incommodum: Damnum, jacturam. Ostia urbs est ab Anco Martio condita in Ostiis Tiberinis. Tanta audacia fuit piratarum, ut proximè ad urbem venientes, prædam egerint, non sine ignominia Romanorum.

Lucem afferre: Cùm Respublica priùs esset oppressa tristissima nocte calamitatum.

Intra Oceani ostium: Id est: in toto mari interno, sive mediterraneo, intra fretum Herculeum, unde Oceanus in mediam terram influit, quod mare mediterraneum proptereà ostium Oceani, qui totum orbem circumfluit, dici potest, quia hoc mare in Oceanum hic influit.

Quanquam videtis: Quanquam clarum vobis, perspectumq; sit.

Cõparatio. *Traductio.* *Metaphora.* *Disjunctio.* *Enumeratio.*

videtis, tamen à me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstûs studio, tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quàm celeriter Cn. Pompejo Duce, tanti belli impetus navigavit? Qui nondum tempestivo ad navigandum mari Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit: atquè hæc tria frumentaria subsidia Reipubl. firmissimis

mis

Quis enim unquam: Nullus unquam vel mercator, vel alius, navi peragravit tot loca maris, tam brevi tempore, quot Pompejus transcurrit domans piratas. Plutarchus enim scribit, eum haud multò longiori, quàm trium mensium spatio, totum bellum piraticum confecisse.

Obeundi negotii: Negotiatores, qui negotia in provinciis obeunt, velut publicani.

Consequendi quæstûs: Mercatores, qui propter lucrum in aliena loca navigant.

Impetus navigavit: Id est: Pompeji classis, in qua belli impetus consistebat, & in quam bellum magno impetu, & violenta incursione ferebatur. Est dictio vix non Pöëtica, & Metaphora audacior, quæ tamen in genere Exornativo nonnunquam concessa est, ut illud infrà: *venti, tempestates & obsecundârint.*

Nondum tempestivo: Initio veris navigare cœpit Pompejus, quo tempore maria adhuc propter crebriores ventos inquietiora sunt, ergo nondum tempestiva.

Sardiniam: Præpositio solet interdum etiam omitti in nominibus regionum & insularum, sed rariùs; sic Justinus: *Ægyptum primò, mox Babyloniam profectus &c.*

Frumentaria subsidia: Id est: quæ frumentum maximè

suppe-

mis præsidiis, classibusquè munivit. Inde cùm se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis, & Galliâ Cisalpinâ præsidiis ac navibus confirmatâ, missis item in oram Illyrici maris, & in Achajam, omnemquè Græciam navibus, firmissimisquè præsidiis adornavit: ipse autem, ut à Brundisio profectus est, unde quinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ci-

suppeditant. Livius Siciliam & Sardiniam appellat Romanæ Reipublicæ horrea.

Duabus Hispaniis: Eâ, quæ est cis, & eâ, quæ est ultra Iberum flumen, ulteriore & citeriore. Hæc Tarraconensis dicitur,& complectitur Murciam,Valentiam,Arragoniam,Cataloniam, Castellam &c. Illa Bœtica vocatur, & Lusitania, sive Andalusia, & Portugallia.

Galliâ Cisalpinâ: Italiæ pars ab Alpibus ad Rubiconem flumen; quæ Gallia dicta est, ab iis Gallis, qui Tarquinio Prisco regnante Alpes transgressi,mediam propè Italiam occupârunt.Hodie communi vocabulo Lombardiam vocamus.

Italiæ duo maria: Adriaticum,& Tyrrhenum,superum, inferum.Inferum dicitur Tyrrhenum;quia Tyrrheniam, hoc est: Tusciam alluit,unde & Tuscum dicitur.Adriaticum, seu superum dictum est ab oppido Hadria.

Præsidiis adornavit: Id est: ornavit,instruxit: compositum verbum pro simplice.

A Brundisio: Suprà nomen regionis sine præpositione, hic nomen urbis ponitur cum præpositione.Exempla aliqua, sed rara suppetunt apud Auctores.

Unde quinquagesimo: Quadragesimo nono,nimirum uno dempto de quinquagesimo.

Ci-

Ciliciam adjunxit: omnes, qui ubiquè prædones fuerunt, partim capti, interfectiquè sunt, partim unius hujus imperio ac potestati se dediderunt. Idem Cretensibus, cùm ad eum usquê in Pamphiliam Legatos, deprecatoresquè misissent, spem deditionis non ademit, obsidesquè imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum,

Conclusio hujus loci.

Ciliciam: Quæ erat piratarum receptaculum. Cilicia est regio minoris Asiæ, cujus incolæ dicuntur Cilices, qui & ipsi potissimùm piratæ erant, devicti dein à Pompejo, & in deditionem accepti, fideles fuêre Pompejo, eiquè præstò fuerunt in aliis bellis, ut ait Lucan. l. 3. *Itq; Cilix justâ, non jam pirata, carinâ.*

Olim Cilicia dicebatur etiam Tarsus, hodie Turcomania, vel Caramania.

Cretensibus: Prædonibus, qui Cretam insulam occupârunt. Fuit enim Creta post Ciliciam piratarum receptaculum alterum. Creta, olim etiam Cureta, nunc Candia, insula maris mediterranei. De qua etiam Virg. l. 3. Æneid.

In Pamphiliam: Quæ regio in minori Asia inter Ciliciam & Syriam est. Cretensium, inquit, Legati, cùm in eorum insula noster Imperator, exercitusq; esset, ad Cn. Pompejum in ultimas terras venerunt, eiq; se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt.

Obsidesq; &c. Id est: imperavit, ut darent obsides. Res ita contigit: Cretenses à Metello oppugnati legatos miserunt ad Pompejum, eiq; potiùs, quàm Metello se dedere velle significârunt. Obses est pignus dantis fidem alteri, qui, si dator fallit fidem, est in potestate ejus, qui accepit. Derivatur autem *obses ab obsidione*, quia solvendæ obsidionis causâ dari consveverunt obsides.

Ita tantum &c. Conclusio hujus loci & primæ partis de virtute in rebus bellicis: sequitur pars altera de virtu-

num, tam longè latèquè dispersum, quo bello omnes gentes, ac nationes premebantur, Cn. Pompejus extrema hyeme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. Est hæc divina atquê incredibilis virtus Imperatoris! Quid cæteræ, quas paulò antè commemorare cœperam, quantæ atquè quàm multæ sunt? Non enim solùm bellandi virtus in summo atquè perfecto Imperatore quærenda est; sed multæ sunt artes eximiæ hujus administræ, comitesquè virtutis. Ac primûm quantâ innocentiâ debent esse Imperatores, quantâ deinde omnibus in rebus temperantiâ, quanta fide, quanta facitute Imperatoris in moralibus.

Traductio. Repetitio.

Compar.

13.

Epiphonema.

Interrogatio.

Thesis.

Enumeratio.

Repetitio. Dissolutio.

Extrema hyeme: Id est: extrema parte hyemis, ut antè dixit: *extremâ pueritiâ.*

Paulò antè: Sic enim suprà dixit N. 11. *Neq; enim illæ sunt solæ &c.* quænam ergo adhuc aliæ? non solùm virtus bellandi, sed quæ ad mores pertinent: *innocentia, temperantia &c.* vide iterum divisionem, & enumerationem partium.

Multæ sunt artes: Virtutes, ita quoq; libro de Finibus II. virtutes appellat *maximas artes* & contrà, homines vocat *inertes*, nulla virtute præditos.

Quantâ innocentiâ: Jure orditur ab ea virtute, quæ reliquis antecellit, & quasi familiam ducit. Innocens est, qui non est nocens, nemini nocens, nemini noxius, immunis à culpa.

Tēperantiâ: Quâ quis sibi temperat ab omni inordinato affectu.

Quanta fide: Fides est in justitia & æquitate tuenda.

Faci-

Hypothesis. facilitate, quanto ingenio, quanta humanitate! Quæ breviter, qualia sint in Cn. Pompejo consideremus. Summa enim omnia sunt, Quirites: sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci, atquè intelligi possunt. Quem enim possumus Imperatorem ullo in numero putare, cujus in exercitu væneant centuriatus, atquè vænierint? Quid hunc hominem ma-

INNOCENTIA, ET INTEGRITAS POMPEJI.

Facilitate: Comitate & humanitate, quam tamen infrà repetit,quia humanitatis virtus adhuc magis universalis est. Vox *facilitas* præter comitatem, & affabilitatem significat etiam,& quidem præcipuè nativã quandam animi promptitudinem ad gratificandum aliis, ad ignoscendum &c. Sicut enim, qui in alios durus est, dicitur *difficilis:* ita *facilem* vocamus, qui suâpte naturâ pronus est, promptusq; ad benefaciendum, indulgendumq; aliis.

Quanto ingenio: Id est: quanto consilio & prudentiâ in rebus agendis.

Humanitate: Accipitur hic pro mansvetudine, clementia,benignitate. Suprà per facilitatem,quæ etiam est humanitas,intellexit comitatem & affabilitatem illam, de qua diximus.

Quæ breviter: Delabitur ad hypothesin; omnis bonus Imperator debet habere istas virtutes: Pompejus habet &c. Minor probatur per comparationem.

Ex aliorum contentione: Comparatione cum aliis contraria agentibus.

Ullo in numero: In ullo honore atq; existimatione esse debere. Ita dixit Cicero alibi; *quem locum obtinuisti? quo numero fuisti? quo gradu? quo honore?* Phil. 2.

Væneant centuriatus: vendantur, & pro pecuniis tribuantur munera centurionum. Centurio centum militibus præfectus erat.

De

magnum, aut amplum de Republica cogitare, qui pecuniam ex ærario deproptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini, qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. Itaquè propter hanc avaritiam Imperatorum, quantas calamitates, quocunquè ventum

Amplificatio à cōparatione contrariorum. A causa finali. Similiter cadens & desinens.

Effecta, & consequentia.

De Republica: Num talis Reipubl. utilia & salutaria consilia habere censendus est?

Ex ærario: Ubi Respublica suas pecunias pro communi usu asservat.

Ad bellum: Quæ pecunia depromitur ex ærario pro necessitatibus belli.

Administrandum: Gerendum bellum; imperatores administrant, quia ipsi gerunt.

Aut propter cupiditatem: Qui cupidus est provinciæ, sivè talis muneris obtinendi, aut prorogandi; & ideò hac pecunia ex ærario deprompta Magistratus corrumpit, ut munus, ac provinciam obtineat.

Aut propter avaritiam: Vel ad usuram relinquit & deponit Romæ, ut his pecuniis lucrum faciat. Malos hos & avaros imperatores è diametro, ut dicimus, opponit Pompejo.

Vestra admurmuratio: Populus Romanus solebat in concione admurmurando & acclamando significare, probari sibi sermonem Oratoris.

Qui hæc: De quibus loquar, scitis; quos tamen ego non nomino.

Itaq; propter hanc: Ex hac Imperatorum avaritia quantæ calamitates sociis & civibus ortæ sunt! Exercitus enim

tum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat? Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros atquè oppida civium Romanorum nostri Imperatores fecerunt, recordamini; tum faciliùs statuetis, quid apud exteras nationes fieri existimetis. Utrùm plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hybernis Sociorum civitates esse deletas; Nequè enim potest exercitum is continere Imperator, qui se ipse non continet; nequè severus esse in judicando, qui alios in se severos esse judices non vult. Hîc miramur, hunc ho-

Comparatio à minore.

Communicatio.

Synæciosis. Sententia.

Conjugata, & traductio.

nim nostri pecuniis per imperatores destituti, civium & Sociorum urbes diripuerunt. Amplificatio hæc ad majorem servit laudem Pompeji.

Exercitus ferant: Id est: afferant.

Tum faciliùs: Si enim hæc apud nos, quid non apud exteros?

Statuetis: Judicabitis, decernetis.

Hybernis: Iis in locis, in quibus hyeme manebant nostri milites.

Neq; enim: Sententia & locus communis; perfectus enim Orator semper causam suam ad universalem propositionem transfert. In eundem sensum dicit in epistolis: *Quales in Republica Principes essent, tales reliquos solere esse cives.*

Exercitum continere: Exercitum prohibere non solet, nec potest à rapinis, qui se ipsum non abstinet à rapina pecuniæ publicæ. Item qui non vult de se severè judicari, is nec in alios severa judicia exercebit.

Hîc miramur: Transit ad innocentiam Pompeji, in qua mirum est, quàm cæteris excellat.

Cu-

hominem tantum excellere cæteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modò manus tanti exercitûs, sed ne vestigium quidem unquam cuiquam pacato nocuisse dicatur? Jam verò, quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac litteræ perferuntur. Non modò ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur; sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hyemis enim, non avaritiæ perfugium majores nostri in Sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt. Age verò cæteris in rebus qualis sit temperantia, considerate. Unde illam

Hyperbole.

Transitio.

A rumore, & fama.

Definitio Hybernorũ.

14. TEMPERANTIA POMPEJI.

Cujus legiones: Miles Pompeji cùm in Asiam tenderet, non modò nihil rapuit (non modò manus) sed ne pedem quidem, ubi non licebat, posuisse dicitur, *ne vestigiũ quidẽ.*

Cuiquam pacato: Qui hostis non fuerit.

Jam verò; Non solùm iter militum innocuum fuit; sed etiam nunc hyberna nemini nocent. Ita enim Pompejus continet milites in hybernis, ut nulli vim afferant ob sumptus, & prohibeat, siqui Asiatici cupiant facere sumptus in milites.

Hyemis enim: Hyberna sunt, ut contra injurias hyemis possint esse tuti milites, non ut possint rapere, & avaritiam suam explere. Est conclusio per locum communem, & definitionem hybernorum.

Age verò: Transit ab innocentia ad temperantiam. Temperantia est virtus, quæ secundùm rectam rationem dominatur in libidinem, inclinantem ad voluptatem, vel alios non rectos affectus, ut supra dixi: temperat ab omni inordinato affectu.

Unde illam: Nisi Pompejus esset temperantissimus, non ve-

illam tantam celeritatem, & tam incredibilem cursum inventum putatis? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt: sed hæ res, quæ cæteros remorari solent, non retardârunt: non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam revocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non deniquè labor ipse ad quietem. Postremò Signa

A caussis.
Polysyndeton.
Adjuncta.

Enumeratio & distributio.
Adjunctio.
Repetitio.
Relata.

venisset tam celeriter ad ultimas terras. Non enim ope novæ artis, aut ventorum, tam celeriter ad illa loca delatus est, sed quia abstinuit se ab iis rebus, quæ alios remorantur. Argumentum à caussis, à consequentibus, à contrariis.

Non avaritia: Plutarchus & alii propterea Pompejum laudant, quòd ita ab avaritia alienus, continuandæ possessionis, vel augendæ ita non cupidus fuerit, ut nullum unquam fundum à vicinis emere voluerit.

Non libido: Eâ enim continentiâ fuisse Pompejum Plutarchus refert, ut fugatis Mithridate ac Tigrane regib9, omnes Mithridatis pellices intactas dimiserit, & salvas atq; integras suis parentibus, ac necessariis restituerit.

Non amœnitas: Regionum, urbium, ut se iis obeundis, visendisq; oblectaret.

Non nobilitas urbis: Athenas, opinor, significat, quò ingressum Pompejum Plutarchus scribit, rem sacram fecisse, & habita concione, non inspecta celeberrima urbe continuò discessisse.

Labor: Et defatigatio ad quietem, ad curandum & reficiendum corpus.

Si-

ſigna, & tabulas, cæteraquè ornamenta Græcorum oppidorum, quæ cæteri tollenda eſſe arbitrantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimavit. Itaquè omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompejum, ſicut aliquem non ex hac urbe miſſum, ſed de cælo delapſum intuentur: nunc deniquè incipiunt credere, fuiſſe homines Romanos hac quon-

Similiter cadentia.
A teſtimonio.
Auxeſis.
Repetitio.

Signa &c. Signorum & tabularum antiqui Romani ſtudioſi erant, ut hac ætate nobiles & Principes argenteorū, aureorumq; vaſorum,picturarum inſignium &c. quæq; in alienis regionibus rara & pretioſa viderant, mox concupivêre. Per ſigna intelliguntur ſtatuæ, ſimulacra, vaſa, opera deniq; omnia ſculptilia,fuſilia,cælata,in quibus nēpe effigies, & ſigna animalium,hominum, Deorum &c.

Tabulas: Id eſt: picturas.

Cæteri tollenda: Alii Imperatores putârunt ea poſſe ac debere inde aſportari,& Romam afferri in ſuas domos, Quia in re multorum Romanorum inſâtiabilis erat cupiditas,ut in Verre patet. M.Scaurus Ædilis tria millia ſignorū in ſcenam produxit,& Mummius devictâ Achajâ orbem repleviſſe dicitur:Lentulus etiam plurima invexit in Urbem; quo factum eſt, ut pleriq; imperatores in provinciis parùm temperanter ſe habuerint, Non ita Pompejus, qui ea ne inſpicere quidem voluit.

Itaq; omnes: Oſtenditur à multorum teſtimonio, Pompejum habere laudum temperantiæ.

In his locis: In Aſia.

Incipiunt credere: Exteri populi perſpecta hac Pompeji temperantia nunc tandem credunt, quod ſuperiori tempore incredibile eis videbatur, tantam eſſe temperantiam hominum Romanorum, quanta olim apud eos prædicata eſt &c.

Homines Romanos: Abſtinentiæ Romanorum clara exempla ſunt M. Curii, Fabricii, Pauli Æmilii, & alio-

quondam abſtinentia: quod jam nationibus exteris incredibile, ac falſo memoriæ proditum videbatur: nunc imperii noſtri ſplendor illis gentibus lucet: nunc intelligunt, non ſine cauſa majores ſuos tum, cùm hac temperantia Magiſtratus habebamus, ſervire populo Romano, quàm imperare aliis maluiſſe. Jam verò ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum injuriis eſſe dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis eſſe videatur. Jam quantum conſilio, quantum dicendi gravitate & copia valeat, in

Allegoria. *Synæcioſis.* *Contraria.* *Tranſitio.* FACILITAS POMPEJI. *Contraria.* *Similiter cadens.* CONSILIUM POMPEJI, ET ELOQUENTIA.

rum apud Valer. Max. l. 4. c. 3. apud Cic. in officiis & paradoxis.

Splendor: Hactenus aliquantùm obſcuratus intermiſſione virtutum.

Hac temperantia: Ablativus eleganter pro genitivo, uti ſæpè aliàs.

Jam verò: Uſitata connectendi formula, & transeundi; pro: *porrò:nunc videamus: ſed ulterius.*

Ita faciles aditus: Confirmat facilitatem Pompeji à teſtimonio eorum,qui eum accedunt.Eſt autem facilitas, comitas illa & affabilitas, quâ nos aliis etiam intempeſtivè accedentibus,aut imprudenter interrogantibus mites & blandos exhibemus.

Privatorum: Dicuntur homines, qui non in Magiſtratu aut publica auctoritate ſunt, homines privati.

*Jam quantùm:*Repetit eandem tranſitionis particulam, altera ac dein tertia vice,quia virtutes has ultimas breviter percenſere vult.

Conſilio: Prudentiam & eloquentiam Pompeji hoc uno verbo comprehendit; eſt autem Eloquentia prudenter lo-

in quo ipso inest quædam dignitas Imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpè cognôstis. Fidem verò ejus inter Socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam esse judicârint? Humanitate jam tanta est, ut difficile dictu sit, utrùm hostes magìs virtutem ejus pugnantes timuerint, an mansvetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur?

FIDES POMPEJI. *A minore. A testimonio.* HUMANITAS POMPEJI. *Antithesis. Adjunctio. Conclusio & repetitio propositionis.*

Et

loquens sapientia.

Hoc ipso in loco: Cùm eum de Rostris concionantem audiretis.

Fidem verò: Probat fidem Pompeji à testimonio hostium: & est argumentum à minore: si hostibus servat fidem, quantò magis sociis? Cicero in officiis definit fidem: *dictorum, conventorumq; constantiam, & veritatem.*

Hostes: Piratæ, qui cum omnibus gentibus bellum gerunt, prædam undecunq; capientes. Itaq; paulò pòst: *commune omnium gentium* bellum appellat.

Humanitate: Quâ etiam hostes mansvetè habuit. *Jam:* Illa particula transitionis, quam suprà cœpit, nunc secundo loco ponitur propter meliorem numerum.

Et quisquam dubitabit: Complexio sive conclusio secundæ partis de virtute Pompeji, cum repetitione primariæ propositionis: *Pompejus est eligendus &c.*

Transmittendum: Mandandum, committendum.

Et

15. AUCTORITAS.

Major probata.

Polysyntheta.

Antitheta.

Major per interrogationem.

Traductio.

Et quoniam auctoritas multum in bellis quoquè administrandis, atquè imperio militari valet: certè nemini dubium est, quin ea re idem ille Imperator plurimùm possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de Imperatoribus vestris existiment, quis ignorat; cùm sciamus, homines in tantis rebus ut aut contemnant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minùs famæ, quàm aliqua certa ratione commoveri? Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarus fuit? cujus res gestæ pares? de quo homine vos,

Et quoniam: Sequitur comprobatio tertiæ partis ex illo syllogismo, cujus minor in quatuor partes est divisa num. 10. Et non modò probat magnam esse auctoritatem Pompeji; verùm etiam simul colligit, eam contra hostes plurimùm valituram esse, hoc syllogismo: Existimatio & auctoritas magna Imperatoris plurimùm valet ad bellum administrandum: Auctoritas Pompeji magna est: Ergo ea ad bellum plurimùm valebit.

Vehementer autem: Probatio majoris & simul definitio ac explicatio auctoritatis. Est enim auctoritas nihil aliud, quàm gravis opinio de alicujus singulari virtute, ac magnitudine concepta: hujus effecta sunt, vel aliquem metuere, vel contemnere, odisse vel amare.

Quod igitur nomen: Minor; quam probat ab iis, quæ maximè pariunt homini auctoritatem. Ea sunt: fama rerum gestarum, & aliorum de quopiam præclara judicia. Pompejus inclaruit in orbe terrarum famâ rerum gestarum, & vestris de eo judiciis, necesse est igitur magnam esse

vos, id quod maximè facit auctoritatem, tanta & tam præclara judicia fecistis? An verò ullam usquè esse oram tam desertam putatis, quò non illius diei fama pervaserit, cùm universus populus Romanus referto foro, replètisquè omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompejum Imperatorem depoposcit? Itaquè ut plura non dicam, nequè aliorum exemplis confirmem, quantum hujus auctoritas valet in bello, ab eodem Cn. Pompejo omnium rerum egregiarum exempla sumantur: qui,

Auxesis.

A judicio pop. Rom. Ab adjunctis.

Præteritio.

Exemplum primum auctoritatis.

esse Pompeji auctoritatem.

Vos, id quod &c. Vestra, populi nempe Romani judicia maximam alicui auctoritatem faciunt. Fuerunt autem hæc judicia, decreti Pompejo honores; nam ante ætatem Senatoriam ei jam decretus erat triumphus; adhuc Quæstor proconsulari tamen imperio adversùs Sertorium missus est; Consulatum gessit, antequam gereret alios magistratus &c.

An verò ullam: Quæ major Cn. Pompeji opinio apud Pop. Rom. quàm quòd illum communi suffragio ad Piraticum bellum depoposcerit?

Illius diei: Quo legem de Pompejo contra Piratas mittendo A. Gabinius Tribunusplebis tulit.

Omnibus templis: Circa forum multa templa fuisse scribit Asconius, & Cicero in oratione Miloniana ipse loquitur de præsidiis dispositis ad templa omnia circa forū.

Hic locus: Rostra.

Ad commune omnium &c. Bellum Piraticum, maritimum.

Traductio. qui, quo die à vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate rei frumentariæ consecuta est, unius hominis spe & nomine, quantum vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. *Exemplum 2. auctoritatis.* Jam accepta in Ponto calamitate ex eo prælio, de quo vos paulò antè invitus admonui: *Similiter cadens & desinens.* cùm Socii pertimuissent, hostium opes animiquè crevissent, satis firmum præsidium provincia non haberet;

Qui, quo die: Eo ipso die, quo Pompejus belli Piratici imperator designatus est, statim caritas annonæ diminuta est; unde apparet, quantû homines de Pompejo, sentiant; credebant enim, hoc Imperatore, denuò importandum frumentum, quod prius à Piratis in mari dominantibus impediebatur; fuêre etiam mercatores, qui simul ac Pempejum maritimo bello præpositum audiverunt, magnum frumenti numerum Romam advexerunt.

Ex summa inopia: Cùm priùs frumentum nullum adveheretur, adeoq; esset in summo pretio, & maxima caritate.

Unius hominis spe: Eò, quòd in Pompejo optimè sperarent.

Jam accepta: Altera probatio ab exemplis, quibus Pompeji auctoritas & existimatio confirmatur. Mithridates & Tigranes audientes Pompejum in Asiam adventare, non parùm territi sunt. Pompejus igitur etiam ab hostibus fit magni.

Calamitate: Offensione belli, clade.

Invitus admonui: Libentiùs enim more Pöetarum, ut dixi, dissimulâssem infortunia, & gloriosa duntaxat commemorarem.

Ami-

beret; amisissetis Asiam, Quirites, nisi ad ipsum discrimen ejus temporis divinitùs Cn. Pompejum ad eas regiones fortuna populi Romani attulisset. Hujus adventus & Mithridatem insolitâ inflammatum victoriâ continuit, & Tigranem magnis copiis minitantem Asiae retardavit. Et quisquam dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit? Aut quàm facilè imperio atquè exercitu Socios & vectigalia conservaturus sit, qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age verò, illa res quantam declarat ejusdem hominis apud hostes populi Ro-

Metaphora.

A minore ad majus.
Conclusio.
Traductio.
Conjugata.

16.
Tertium exemplum.

Amisissetis: Profectò Romanis adempta fuisset Asia, nisi fortuna populi Rom. & Dii, qui fortunam dirigunt, attulissent & dedissent illis regionibus Imperatorem Pompejum, circa illud ipsum tempus, quo res in summo discrimine erat.

Insolita: Novum erat Mithridati Romanos vicisse; nā anteà vict9 ipse semper erat à Sulla, Muræna, Lucullo. Est autem *victoria insolens naturâ & superba* Pro M. Marcello.

Et quisquam: Conclusio argumenti, & argumentatio nova à minore; si tantum nomine fecit, quid faciet re, & virtute?

Profecturus: Quantum progressum, quantum emolumentum facturus sit.

Imperio atq; exercitu: Quantum effecturus sit, si imperium habeat, & exercitum, cùm rumore & famâ, quæ auctoritatem pariunt, jam tantum effecerit.

Age verò: Tertium exemplum auctoritatis à deditione hostium. Piratæ omnes dedidère se Pompejo; hostes igitur ipsi præclarè sentiunt de Pompejo.

Romani auctoritatem, quòd ex locis tam longinquis, tamquè diversis, tam brevi tempore omnes huic uni se dediderunt? quòd Cretensium Legati, cùm in eorum insula noster Imperator, exercitusquè esset, ad Cn. Pompejum in ultimas propè terras venerunt, eiquè se omnes Cretensium civitates dedere velle dixerunt? Quid idem iste Mithridates, nonne ad eundem Cn. Pompejum Legatum usquè in Hispaniam misit, eum, quem Pompejus Legatum semper judicavit: ii, quibus semper erat molestum, ad eum potissimùm esse

Ipsius Mithridatis existimatio de Pompejo. Correctio. vel potiùs confirmatio dicti.

Cretensium Legati: De Cretensibus jam suprà N. 13.
Noster Imperator: Metellus.
Ultimas propè terras: Romani ultimas terras, & extremas gentes vocabant eas, quæ longissimè Româ disjuncta, in finibus Romani Imperii remotissimis sitæ.

Quid? Formula transitionis: *quin imò: aliquid ampliùs.* Nonne ipse Mithridates ad Pompejum Legatum misit? Ille ipse Mithridates, cum quo hoc bellum jam gerendum est, confitebatur suam de Pompejo existimationem, ad eum mittendo Legatum usq; in Hispaniam. Tum temporis in Hispania Pompejus tantùm Quæstor erat, & tamen misit ad eum Mithridates Legatum suum; bellum autem illud tunc cũ summa potestate administrârunt Metellus, & Perpenna, Consulares; & tamen non ad hos, sed ad Pompejum Quæstorem missus est Legatus.

Quibus erat molestum: Ii, Metellus nempe & Perpenna, qui indignè ferebant, quòd ad se Legatus non fuisset missus, sed ad Quæstorem Pompejum &c.

Spe-

esse missum, speculatorem, quàm Legatum judicari maluerunt? Potestis igitur jam constituere, Quirites, hanc auctoritatem, multis posteà rebus gestis, magnisque vestris judiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram esse existimetis. Reliquum est, ut de felicitate (quam præstare de se ipse nemo potest; meminisse, & commemorare de altero possumus) sicut æquum est homini de potestate Deorum, timidè & pauca dicamus. Ego enim sic existimo, Maximo, Mar-

Conclusio.

Gemindtio. Trdnsitio.

4. FELICITAS.

Speculatorem: Exploratorem.

Potestis igitur &c. Conclusio de auctoritate Pompeji.

Constituere: Decernere, sententiam ferre;

Amplificatam: Auctam.

Reliquum est: Quarta pars Minoris in illo principali syllogismo de felicitate Pompeji. Proponitur hac argumentatione: *Sæpiùs propter felicitatem Imperatoribus imperia mandata sunt:* probatur ab exemplis. *Pompejus autem summam habet felicitatem:* Pompejo igitur hoc imperium mandandum est.

Præstare de se ipso: Quam felicitatem nemo sibi ipsi conficere potest, utpote quæ non est in cujusquam hominis potestate, sed à cælo datur.

Meminisse: Possumus autem de alterius felicitate loqui, eam prædicare, extollere.

Sicut æquum: Ita ergo loqui debeo, sicut munus hoc Deorum postulat, ne videar homini attribuere, quod Deorum est.

Maximo: Qui cunctando restituit rem, qui Dictator & quinquies Consul fuit.

Mar-

Major.
Ab exemplis per dissolutionem.

Marcello, Scipioni, Mario & cæteris magnis Imperatoribus, non solùm propter virtutem, sed etiam propter fortunam sæpiùs imperia mandata, atquè exercitus esse commissos. Fuit enim profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem, & ad gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitùs adjuncta fortuna. De hujus autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac utar moderatione dicendi, non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam, sed ut præterita meminisse, reliqua sperare videamur,

Thesis.

Minor.

Synæciosis.

Marcello: Marcus Claudius Marcellus Annibalis exercitum ad Nolam fudit,atq; vicit, primusq; omnium tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. Idem Syracusas expugnavit. Idem fuit quinquies Consul.

Scipioni: Utrumq; hic intelligere potest: Majorem & Minorem. Scipio Magnus Africanus Annibalem vicit; eo victo Carthaginenses accipere conditiones pacis coëgit. Scipio Minor Numantinus, Numantiam & Carthaginem delevit.

Mario: Qui Jugurtham Regem vicit, cepitq;, qui Teutones, Ambrones, Cimbros penitùs delevit, qui septies Consul fuit.

De hujus autem: Pompeji. Probatur minor ab effectis. Magnas enim res gessit Pompejus,& quidem tantas,quantas nemo â Deo immortali optare ausus fuisset.

Sed ut præterita: Ita de ejus dicam felicitate, ut in memoriam vobis revocem, quæ contigêre, unde possitis in futurum conjicere, quid sperandum.

Invi-

mur, ne aut invifa Diis immortalibus oratio noftra, aut ingrata effe videatur. Itaquè non fum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi, militiæquè terrâ, mariquè, quantaquè felicitate gefferit: ut ejus femper voluntatibus non modò cives affenferint, Socii obtemperârint, hoftes obedierint: fed etiam venti, tempeftatesquè obfecundârint. Hoc breviffimè dicam, neminem unquam tam impudentem fuiffe, qui à Diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas Dii immortales ad Cn. Pompejum detulerunt. Quod ut illi proprium ac perpetuum fit, Quirites, cùm

Præteritio.

Diffolutio.
DisjunĉŁio.
Similiter cadens & defìnens.

Auxefis.

Complexio argumentationis de felicitate.

Invifa Diis: Deos offenderem, fi Pompejo nimiam attribuerem fortunam, tanquam ab ejus poteftate provenientem.

Ingrata: Acceptorum enim beneficiorum commemoratio animum gratum oftendit.

Affenferint: Affentio dicitur, & affentior.

Venti tempeftatesq;: Cùm Piratas Pompejus perfequeretur, eos tam brevi tempore è mari non ejeciffet, nifi ventos fecundos, & ferenitatem habuiffet. Tempeftas accipitur fæpè pro ferenitate; in quo fenfu etiam hic Cicero: aliàs fignificat procellam, grandinem &c.

Obfecundarint: Metaphoricè: Secundæ & profperæ fuerint.

Detulerunt: Quantas res Dii de cælo miferunt, dederuntq; Pompejo.

Proprium ac perpetuum: Ut hæc ei felicitas femper adhæreat, femper maneat; quod enim proprium alicui, ftabile eft & perpetuum.

Cùm

cùm communis salutis atquè imperii, tum ipsius hominis causâ, sicuti facitis, velle & optare debetis. Quare cùm & bellum ita necessarium sit, ut negligi non possit: ita magnum, ut accuratissimè sit administrandum: & cùm ei Imperatorem præficere possitis, in quo sit eximia belli scientia, singularis virtus, clarissima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, quod vobis à Diis immortalibus oblatum, & datum est, in rempublicam conservandam atquè amplificandam conferatis? Quòd si Romæ Cn. Pompejus privatus esset hoc tempore: tamen ad tan-

Complexio totius quadripartitæ argumentationis cum anacephalæosi. Incisa. Dissolutio. Compar. Similiter cadens.

17. *Ab adjunctis loci.*

Cùm communis &c. Cum, tum eleganter hîc apponuntur duabus diversis partibus,bono communi, & bono privato Pompeji.

Sicuti facitis: Quemadmodum hactenus Pompejo benevoli fuistis, ei demandando tot munera & imperia.

Quare: Epilogus generalis totius Confirmationis cum enumeratione eorum argumentorum,quibus hanc partem probavit,& cum repetitione præcedentium duarum partium Orationis, de genere & necessitate belli, deq; ejus magnitudine.

Dubitabitis? Formula Rhethorica conclusionem faciendi.

Hoc tantum boni: Pompejum nempe, ferè divinum imperatorem ad emolumentum Reipublicæ vestræ accipiatis pro hoc bello administrando.

Quòdsi Romæ: Superaddit argumentum ab opportunitate loci,& à minore;Si *nunc Romæ privatus degeret Pompejus, tamen esset mittendus in Asiam; quantò magis ei imperium*

tantum bellum is erat deligendus, atquè mittendus; nunc, cùm ad cæteras summas utilitates hæc quoquè opportunitas adjungatur, ut in iis ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit, quid exspectamus? Aut cur non ducibus Diis immortalibus eidem, cui cætera summa cum salute Reipublicæ commissa sunt, hoc quoquè bellum regium committimus? At enim vir clarissimus, amantissimus Reipublicæ, vestris beneficiis amplissimis affectus Q. Ca-

Syllogismus à minore.

Repetitio.

Complexio per interrogationem.

CONFUTATIO.

perium dandum est, cùm jam sit in Asia cum exercitu?

Iis ipsis locis: Ubi bellum Mithridaticum gerendum, in Asia.

Ab iis, qui habent: A Glabrione, cui Lucullus partem militum tradiderat.

Quid exspectamus: Cōplexio, testimonio divino firmata.

Ducibus Diis: Auctoribus Diis, & ita volentibus, ut nunc in Asia cum exercitu Pompejus sit. Est argumentùm à voluntate & auctoritate Deorum.

Bellum regium: Cum Mithridate & Tigrane Regibus.

At enim: Post Confirmationem addit Confutationem, quæ à Quintiliano pro nova Orationis parte admittitur. In hac confutat Q. Catulum, & Q. Hortensium. Iste negabat uni omnia tribuenda. Refellit Cicero præjudicio Caji Gabinii tribuniplebis, qui de uno Imperatore Cn. Pompejo contra prædones constituendo jam aliàs salutarem legem tulit, frustrà etiam reclamante Hortensio &c.

Vestris beneficiis: Id est: suffragiis vestris factus consul. Q. enim Catulus cum M. Lepido fuit Consul. Ut autem Consulatus magistratus est amplissimus, ita suffragia

pro

Diſſoluta. Q. Catulus: temquè ſummis ornamentis honoris, fortunæ, virtutis, ingenii præditus, Q. Hortenſius ab hac ratione diſſentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimùm valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias virorum fortiſſimorum, & clariſſimorum, tamen omiſſis auctoritatibus, ipſa rè, & ratione exquirere poſſumus veritatem: atquè hoc faciliùs, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta ſunt, iidem iſti vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe, & magnum, & in uno Cn. Pompejo ſumma eſſe omnia. Quid igitur, ait Hortenſius? Si

De auctoritate adverſariorum.

Traductio.

Polyſyntheton.

Objectio, &

pro Conſulatu ſunt populi beneficia ampliſſima.

Summis ornamentis honoris: Alia hac phraſi Conſulatum ſignificat. Nam & Hortenſius erat Conſul deſignatus, cùm Verris cauſa ageretur.

Ingenii: Eloquentiſſimus erat Hortenſius. Catulum & Hortenſium laudat Cicero,ſed veritatem potiùs rei,quàm auctoritatem ſpectari oportere dicit.

Multis locis: Id eſt: ſæpè & multis temporibus variis in cauſis.

Auctoritates contrarias: Quamvis ſciatis,qui,qualesq; ſint,in quanta auctoritate conſtituti,qui contrarium ſvadent, agendum tamen potiùs eſt ratione.

Omiſſis auctoritatibus: Non opponam auctoritati Catuli & Hortenſii auctoritates aliorum clariſſimorum, qui ſuffragantur legi,ſed ex ipſa re, objectiones Catuli,& Hortenſii confutabo.

Adhuc: Hactenus.

Quid igitur? Objectio Hortenſii; ſi eſſent ad unum omnia

Si uni omnia tribuenda sunt, unum dignissimum esse Pompejum: sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Obsolevit jam ista oratio, re multò magis, quàm verbis refutata. Nam tu idem, Quinte Hortensi, multa, pro tua summa copia ac singulari facultate dicendi, & in Senatu contra virum fortem A. Gabinium graviter ornateque dixisti, cùm is de uno Imperatore contra prædones constituendo

Prosopopœia Hortensii.

Polysyntheton.

omnia deferenda, fatetur, deferenda esse Pompejo tanquam dignissimo. Concessit enim Hortensius, quod probavit Cicero: Pompejum esse dignissimum; sed hoc contendebat, ad unum non omnia esse deferenda; nempe, ne nimis crescat potentia Pompeji &c. non igitur &c.

Obsolevit: Rejecta ac repudiata est: translatè dicitur de iis, quæ ex usu remota, rejiciuntur. Non ampliùs valet hæc oratio, postquam exemplum habemus ex Lege Gabinii contrarium.

Re multò magis: Ipso facto contrario soluta est hæc objectio; non est necesse, ut verbis solvatur.

Et in Senatu: Conjunge, quod infrà sequitur, *& ex hoc ipso loco:* & sic erit figura polysyntheti.

Virum fortem: Fortem appellat Gabinium, quia contra Senatûs voluntatem, & Trebellii Collegæ intercessionem, Legem illam tulit pro universæ civitatis emolumento, & voluntate.

A Gabinium: Hic enim Tribunusplebis legem tulit de administratione belli maritimi Pompejo demandanda. Plebs volebat hanc legem ferri, Senatus dissensit, unus Consulum propè etiam à plebe discerptus fuisset, Plutarcho teste, eò, quòd vehementiùs legi refragaretur. Lata autem tandem est lex, Trebellio altero Tribunoplebis ab intercessione desistente, postquam XVII. tribus rogatio-

A consequētibus. do legem promulgâsset: & ex hoc ipso loco per multa item contra legem eam verba fecisti. Quid? tum, per De-
Invocatio. os immortales, si plus apud populum
Interrogatio. Romanum auctoritas tua, quàm ipsius
Adjunctio. populi Romani salus, & vera causa valuisset, hodie hanc gloriam, atquè hoc orbis terræ imperium teneremus?
Hypotyposis & amplificatio insignis. An tibi tum imperium esse hoc videbatur, cùm populi Romani Legati, Prætores, Quæstoresquè capiebantur?
Repetitio. cùm ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur? cùm ita clausa nobis erant omnia maria, ut nequè privatam rem trans-

tionem jam accepissent, & una mens esset populi, qui superessent.

Legem: Plebiscitum, sive decretum.

Hoc ipso loco: Ex Rostris.

Quid? tum: Si valuisset sententia Hortensii, imperium amisissemus; quia non valuit, imperium retinuimus.

Vera causa: Id est: bona.

Legati: Legatos pop. Rom. & duos Prætores cum lictoribus à prædonibus captos fuisse anteà dixt: vero similiter etiam Quæstores in illo comitatu fuêre.

Commeatu: Commeatûs nomine intelliguntur cibaria ad alimoniam exercitûs, civitatis, multitudinis alicujus; atq; etiam *privatum commeatum* dici hic locus ostendit cibaria privatorum hominum.

Clausa nobis: Clausum alicui mare est, cùm aut propter hostium & prædonum pericula, aut propter tempestatem sævientem navigare non audet.

Privatam rem transmarinam: Ut neq; mercatores navigare auderent trans mare ob res privatas.

Neq;

transmarinam, nequè publicam jam obire possemus? Quæ civitas anteà unquam fuit, non dico Atheniensium, quæ satis latè quondam mare tenuisse dicitur; non Carthaginensium, qui permultùm classe, maritimisquè rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum usquè ad nostram memoriam disciplinam navalis, & gloria remansit; quæ civitas unquam anteà tam tenuis, quæ tam parva insula fuit, quæ non portus suos & agros, & aliquam partem regionis, atquè oræ maritimæ per se ipsa defenderet? At Hercle aliquot annos

18. *Præteritio. Amplificatur dominiū maritimum Romanorū.*

Per enumerationem partium.

Neq; publicam: Ut neq; Magistratus, qui in provincias ire debuissent, navigare auderent Boni Publici causâ. Ostendit autem hic Cicero Romanum imperium jure tũ appellari non potuisse imperium; ita malè habebat, antequã Gabinius sua lege Pompejũ bello maritimo præfecit.

Quæ civitas: Olim Romani, & Romanorũ Socii dominabantur in mari; sed quàm exiguum nunc, imò nullum fuit nostrum dominium! Est hæc iterum insignis amplificatio descendendo ad particularia, instituendo cōparationes &c.

Atheniensium, Carthaginensium, Rhodiorum: Athenæ, Carthago, & insula Rhodus sub Romano tunc imperio continebantur.

Tam tenuis: Non dicam de potentibus illis urbibus & insulis; sed etiam tenuissimæ urbes, insulæ exiguæ, se ipsas olim contra hostes poterant defendere; adeò potens tum erat Romanum imperium, & qui sub illo continebantur.

Hercle: Adverbium jurandi per Deum Herculem. Sic jurare etiam solebant per Pollucem, dicendo: *Pol!* Et per Castorem: *Me Castor!*

Contrariū. annos continuo ante legem Gabiniam ille populus Romanus, cujus usquè ad noſtram memoriam nomen invictum in navalibus pugnis permanſerat, magna ac multò maxima parte non modò utilitatis, ſed dignitatis, atquè imperii caruit. Nos, quorum majores Antiochum Regem claſſe, Perſenquè ſuparârunt, omnibusquè navalibus pugnis Carthaginenſes, homines in maritimis rebus exercitatiſſimos, paratiſſimosquè vicerunt; ii nullo in loco

Comparatio iſtorum temporum cum antiquis.

Antè legem Gabiniam: Incommodum, quo antè legem Gabiniam latam oppreſſa Romana Reſpublica fuit, exaggerat, ut pateat, quantum profuerit lex Gabinia, per quam Pompejus, unus bello maritimo præfectus, Reipublicæ ſalutem dedit.

Non modò utilitatis: Non tãtùm caruit Reſpublica maxima parte utilitatis, cùm intercepta,& impedita eſſent vectigalia.

Sed dignitatis: Sed & àmiſit dignitatē,nomenq; imperii.

Antiochum: Regem Syriæ,de quo Florus l.2.c.8. Victoriam hanc Romani de Antiocho reportârunt Cajo Livio Romanæ claſſis Præfecto ad Corycum portum, iterumq; L. Æmylio Regillo Præfecto,ad inſignem R.nominis gloriam; ut dicat Florus: *ne ſibi placeant Athenæ: in Antiocho vicimus Xerxem.*

Perſenq;: Perſes ultimus erat Macedoniæ Rex,ab Æmilio Paulo victus, totaq; Macedoniâ fugatus. Claſſem habuiſſe, atq; etiam hanc fuiſſe victam,Florus innuit l.2. c.12. cùm dicit: deſperantem Perſen ſuammet claſſem juſſiſſe cremari.

Carthaginenſes: Diuturnum & grave fuit Romanorum bellum cum Carthaginenſibus,donec eis tandem ademptū fuerit imperii ſumma,naves &c.& ſtipendium imperatū cumq;

loco jam prædonibus pares esse poteramus. Nos quoquè, qui anteà non modò Italiam tutam habebamus, sed omnes socios in ultimis oris, auctoritate nostri imperii salvos præstare poteramus, tum, cùm insula Delos tam procul à nobis in Ægeo mari posita; quò omnes undiquè cum mercibus atquè oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro nihil timebat; iidem non modò provinciis, atq; oris Italiæ maritimis, ac portubus nostris, sed etiam Appiâ jam vià carebamus. Et his temporibus non pudebat magi-

A turpi.

Incisa.

cumq; iterum rebelles fierent, tandē à Scipione deleti sint.

Delos: Insula est maris Ægei, Cycladum omniū clarissima ob Phœbi Numen, quod ibi colebatur.

Quò: Ad quam insulam maxima navigantiū frequentia est, ubi mercatus optimus &c.

Commeabant: Eò iter faciebant, illuc ibant, inde redibant.

Nihil timebat: Propter populi Romani societatem, in qua tum erat, cùm & Athenienses, ad quos ista spectabat insula, socii essent Romanorum.

Appiâ viâ: Neq; viam Appiam urbi nostræ tam vicinam porrò habebamus, quia ibi tutò commeare non licebat, cùm ex uno latere mare contingeret; prædones autem universum mare occuparent. Celebris hæc erat via, lapidibus strata, munitaq; à porta urbis Romanæ Capena, usq; ad urbem Capuam ab Appio Claudio, inde Appia dicta.

Non pudebat: Et tamen magistratus nostri hunc locum, Rostrorum nempe, in ea nominis nostri ignominia con-

magiſtratus populi Romani in hunc ipſum locum adſcendere cùm cum vobis majores veſtri exuviis nauticis, & claſſum ſpoliis, ornatum reliquiſſent. Bono te animo tum, Q. Hortenſi, populus Romanus, & cæteros, qui erant in eadem ſententia dicere exiſtimavit ea, quæ ſentiebatis: ſed tamen in ſalute communi idem Populus Romanus dolori ſuo maluit, quàm auctoritati veſtræ obtemperare. Itaquè una lex, unus vir, unus annus non modò nos illâ miſeriâ, ac turpitudine liberavit: ſed etiam effecit, ut aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac na-

19. *Conceſſio.*

Adjunctio. Traductio.

ſcenderunt, qui locus nonniſi ſigna victoriarum habet à majoribus noſtris; tum temporis autē nos neutiquam victores eſſemus. De Roſtris initio Orationis dictum eſt; erat autem locus Roſtrorum in foro, quod Romanum, vel Latinum, vel Vetus appellabatur, inter Capitolium & Palatium, ubi ædes Saturni, Caſtoris & Pollucis fuêre.

Exuviis nauticis: Exuviæ dicuntur ſpolia hoſti detracta, ita dicta ab exuendo.

Bono te animo: Conceſſio Rhetorica: eſto, quòd tu & tui, bono animo, contrariū tum ſvaſerint, populus tamen &c.

Et cæteros: Te, & cæteros: Trajectio.

Dolori ſuo: Maluit facere id, quod ſvadebat dolor, & ægritudo ob calamitates has & injurias nominis ſui, quàm quod veſtra ſvaſit auctoritas.

Itaq; una lex: Concludit Confutationem hujus objectionis de lege Gabinia.

Miſeria: Quam nobis piratæ inferebant.

Turpitudine: Nam turpe erat populo Romano, ſe à piratis ita victos, ita redactos in anguſtias.

Quò

nationibus terrâ, mariquè imperare. Quò mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam anne Pompejo, an utriquè (id, quod est verius) ne legaretur Aulus Gabinius Cn. Pompejo expetenti, ac postulanti. Utrùm ille, qui postulat Legatum ad tantum bellum, quem velit, idoneus non est, qui impetret, cùm

Transitio. Dubitatio. Digressio de Gabinii Legatione.

Argumentatio ab exẽplis, & ab æquitate rei.

Quò mihi: Transitio & Digressio ad querimoniam, quòd tum temporis A. Gabinius non missus sit Cn. Pompejo Legatus, quando id expetebat Pompejus, ac ipse Gabinius exemplo aliorum Tribunorum Legatus esse poterat, & jure esse debebat; de qua injuria Cicero se ad Senatum relaturum profitetur.

Obtrectatum esse: Obtrectare legi vel personæ, est legi vel personæ refragari, eam rejiciendo, contemnendo, maledicendo.

Anne utriq;: Nam utriq; injuria facta est; merebatur Pompejus, ut impetraret Legatum, quem vellet; merebatur Gabinius, ut fieret.

Legaretur: Legationem talem intelligit, quæ non à Senatu tantùm, sed à populo etiam mittebatur, omnium maximè honorifica, sumptu publico, ut Legatus quasi Imperatoris vicarius esset.

Utrùm ille: Proponit & probat injuriam Pompejo, & Gabinio factam. Prima ratio: Etiam cæteri facilè impetrârunt Legatos, quos vellent. Secunda ratio: Gabinius tam bene meritus de populo Romano excludi non debet à beneficio & gloria, quam aliis peperit. Tertia ratio: Nec obest, quòd anno statim Tribunatum sequente foret Legatus; nam etiam alii, cùm Tribuni plebis fuissent, proximo anno post Tribunatum Legati esse potuerunt.

cùm cæteri ad expilandos Socios, diripiendasquè provincias, quos voluerunt, Legatos eduxerint? An ipse, cujus lege salus, ac dignitas populo Rom. atquè omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriæ ejus Imperatoris, atquè ejus exercitus, qui consilio ipsius atquè periculo est constitutus? an C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cœlius Latiniensis, Cn. Lentulus, quos omnes honoris causâ nomino, cùm Tribuniplebis fuissent, anno proximo Legati esse potuerunt: in hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege Gabinia geritur, in hoc Imperatore atquè exercitu, quem

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Geminatio.

Cæteri ad expilandos: Illi nempe Imperatores, de quibus suprà, qui Socios instar hostium tractabant.

An ipse: Secunda ratio.

Consilio atq; periculo: Nam siquam exercitus offensionem accepisset, ejus offensionis culpa Legislatori & auctori adscripta fuisset.

C. Falcidius: Ille Tribunusplebis, qui legem tulit de hæreditatibus & condendis testamentis, quæ lex ab auctore *Falcidia* dicta est.

Q. Metellus: &c. Hi omnes Tribuniplebis fuêre, atq; etiam fortè de mittendis Imperatoribus leges tulêre, eorundemq;, postquam à tribunatu abivêre, Legati fuére.

Honoris causâ: Ita persæpè loquitur Cicero, cùm vivum aliquem nomina, in quo aliqua suspicio contumeliæ latere posset.

Tam diligentes: Tam accurati & religiosi in observando more majorum, qui fuit, ut tribunosplebis statim post annum Legatos esse non liceret.

In hoc bello: Bellum maritimum, & illud præcedens intel-

quem per vos ipſe conſtituit, etiam præcipuo jure eſſe deberet? De quo legendo ſpero Conſules ad Senatum relaturos; qui ſi dubitabunt, aut gravabuntur, ego me profiteor relaturum: nequè me impediet cujusquam, Quirites, inimicum edictum, quò minùs fretus vobis, veſtrum jus, beneficiumquè defendam: nequè præter interceſſionem quidquam audiam: de qua, ut ar-

intelligit, non hoc Mithridaticum.

De quo legando: Id jam agit,& acturum ſe Cicero profitetur, ut Gabinius Pompejo in hoc bello Mithridatico Legatus addatur.

Spero Conſules: Ut mittatur Gabinius, ſpero Conſules rem Senatui propoſituros; Conſulum enim erat Senatum convocare, aut in Senatu rem agitandam proponere, *referre* autem eſt proponere, & *relationes* dicuntur propoſitiones,quæ de re aliqua in Senatu proponuntur diſceptandæ, Senatorumq; ſententiis determinandæ.

Inimicum edictum: Si quis nempe, ut mihi adverſetur, & inimicus ſit,edixerit, neminem alium præter Conſules ad Senatũ referre poſſe. Moris erat,ut ille tantùm referat, qui jus vocandi,& cogendi Senatûs habuerat; cùm autem præſentibus Conſulibus jus cogendi Senatûs nòn haberet Prætor Cicero,ergo neq; habiturũ dicebant jus referendi. Potuiſſet tamen referre Cicero in Senatu, ab alio coacto, quando eum ſententiæ dicendæ ordo contingeret; tunc enim ait Tacitus, licebat Patribus, *quod vellent, exprome, relationemq; in ea poſtulare.*

Præter interceſſionem: Non impediri me patiar alia ratione, quàm Interceſſione, ſi nempe Senatûs-Conſulto de Gabinio legando intercedat talis, qui poteſtatem habet, ut Collega, vel Conſul,vel Tribunusplebis; nam ſoli

arbitror, isti ipsi, qui minantur, etiam atquè etiam quid liceat, considerabunt. Meà quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi, rerumquè gestarum auctor, Cn. Pompejo socius adscribitur: propter reà quòd alter uni id bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit: alter delatum, susceptumquè confecit. Reliquum est, ut de Q. Catuli auctoritate & sententia dicendum esse videatur, qui cùm ex vobis quæreret, si in uno Cn. Pompejo omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suæ vir-

Conclusio de Gabinii Legatione.

Commutatio. Traductio. Paronomasia.

20.

Reditus ad objectionem Catuli.

li illi jus intercedendi, ne Senatûsconsultum fiat, habuisse dicuntur, qui ipsi jus habebant Senatusconsultum faciendi. *Intercessio* ergo est impeditio, & prohibitio magistratûs, ne quid fiat.

Etiam, atq; etiam: Spero ipsos rem bene priùs perpensuros, antequam hoc faciant.

Meà sententià: Conclusio Confutationis, de Legatione Gabinii.

Auctor: Nam Gabinius auctor est legis de bello maritimo Pompejo demandando, atq; adeò auctor mediatus rerum à Pompejo gestarum.

Adscribitur: Adjungitur.

Reliquum est: Catulus dicebat primò: in uno Cn. Pompejo niti totam spem populi Rom. & propterea ipsum mitti non debere, ne eo fortè sublato, non sit, in quo porrò confidant.

Siquid eo factum: Si quid humanitùs ei contigisset; si obiisset; omnis mali vitādi causâ, mortis mētionē vitavit.

Cepit magnum: Cùm hoc Catulus ad populum diceret, ita

virtutis fructum ac dignitatis, cùm omnes una propè voce, in eo ipso vos spem habituros esse dixistis. Etenim talis est vir, ut nulla res tanta sit, ac tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit. Sed in hoc ipso ab eo vehementissimè dissentio, quòd quò minus certa est hominum, ac minùs diuturna vita, hoc magis Respublica, dum per Deos immortales licet, frui debet summi hominis vitâ, atquè virtute. At enim nihil novi fiat con-

LAUS CATULI.
Traductio.
Similiter cadens.
Disjunctio.
Distributio.

Invertit argumentū.

Occupatio.

ita ei respondit populus, ut ostenderet, quantam de Catulo æstimationem haberet, nam dicebant, sublato Pompejo se in Catulo spem suam posituros.

In eo ipso: In ipso Catulo; ita intelligendum patet etiam ex Plutarcho, & Val. Max.

Etenim talis: Laus Catuli, viri aliàs prudentis, qui *consilio* omnia *regere:* integri, qui vitæ innocentiâ munera omnia ritè peragere, & *tueri:* fortis, qui virtute & constantiâ rem possit exequi, *conficere.*

Sed in hoc: Ego autem hìc contrarium sentio, & respondeo, summi hominis Pompeji vitâ, dum licet, populo Romano esse fruendum.

At enim: Alterum, quod objecit Catulus, erat: esse contra exempla atq; instituta majorum, ut ad Pompejum omnia deferantur. Respondet 1mo per præteritionem, se nolle hic dicere, quòd exempla plurima aliorum Imperatorum suppetant, quibus imperium unis & solis à majoribus demandatum. 2dò, in ipso hoc Pompejo id factum sæpiùs domonstrat per insignem amplificationem, enumerationem rerum ab ipso gestarum, sujectionem &c.

Nihil novi fiat: Stultum hoc multorum axioma, (in quo

Præteritio. *Repetitio.* *Synæciosis.* *Traductio.*

contra exempla, atquè instituta majorum. Non dico hoc loco, majores nostros semper in pace consvetudini, in bello utilitati paruisse: semper ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodasse. Non dicam duo bella maxima, Punicum & Hispaniense ab uno Imperatore esse confecta: duasq; urbes potentissimas, quæ huic imperio maximè minitabantur, Carthaginem atquè Numantiam, ab

Ab exemplis.

quo magni antiquitatis fumi excitantur) ventilat, & disjicit Cicero hoc argumento: Ad novos casus temporum novæ consiliorum rationes sunt accommodandæ.

Consvetudini paruisse: Tempore pacis,quo omnia pacata sunt, & certo ordine fluunt, majores nostri egerunt, quod consvetudo ferebat,nihil novi faciebant.

In bello utilitati: Tempore belli egerunt id, quod pro ratione temporum ac rerum utilitas postulabat.Omnium sapientum sententia est: serviendũ tempori & necessitati.

*Duo bella maxima:*Punicum secundum,& Hispaniense. Florus l.2. c. 6.

Ab uno Imperatore: Nimirum, P. Scipione Æmyliano, qui cùm Ædilitatem peteret; & per decem annos Consul fieri non posset, legibus solutus est,& Consul creatus,extra sortem in Africam missus,Carthaginem urbem expugnavit septingentesimo anno, quàm erat condita; postea cùm etiam Numantinum bellum ingravesceret, iterum huic Scipioni ultrò delatus est à populo,Senatuq; Romano Consulatus; cùm autem illum capere non liceret ob legem, quæ vetabat, quemquam intra decem annos iterum Consulem fieri,denuò legibus solutus, & quarto decimo anno, post Carthaginem deletam, Numantiam cepit, captamq; delevit.

Numantiam: Urbs Hispaniæ Tarraconensis, aliàs Celtibe-

ab eodem Scipione esse deletas. Non commemorabo, nuper ita vobis, Patribusquè vestris esse visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur; ut idem cum Jugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonis bellum administraret. In ipso Cn. Pompejo, in quo novi constitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa sint nova, summâ Q. Catuli voluntate constituta, recordami-

Repetitio. Incisa. Adjunctio.

Traductio. Exemplum in ipso Pompejo. A cōtrario.

tiberiæ, circa viginti annos bellum cum Populo Rom. gessit, à Romanis obsessa per 14.annos, tandem à Scipione posteriore deleta, unde is Numantinus dictus est. Numantia diruta fuit Anno V. C. 620.

Nuper: Significat etiam tempora jam diu præterita, sed tamen minùs remota, quàm illa propria de Scipione. Ca. Marius bella hæc gessit circa annos V. C. 645. 647. 648. &c.

C. Mario: Hic Cajus Marius Jugurtham captum antè currum egit, tantamq; fortitudinis opinionem apud Romanos habuit, ut imminente Cimbrorum, Teutonumq; bello quinque continuos Consulatus ei detulerint. Sextùm Consul factus Cimbros in Gallia apud Aquas Sextias, Teutones in Italia vicit.

Cum Jugurtha: Fuit Rex Numidiæ, qui occisis Hiempsale, & Adherbale Massanissæ nepotibus, auro corruptis Senatoribus Romanis, regnum; quod in clientela Romanorum erat, invasit. Ortum posteà bellum diuturnum, & celebre Jugurthinum.

Cum Cimbris: Iis, qui nunc Dani, atq; Holsatii, Holsteinienses, Schlesvvicenses &c. Erant homines ingenti corpore, horrendis oculis &c.

Theutonis: Sive Teutonicis; nam & Theutoni dicebantur, & Teutones, populi Germaniæ, qui etiam tum adversùs Romanos bella gerebant.

Summa Catuli voluntate: Efficax, & vehemens refutatio

21. *Subjectio.* damini. Quid enim tam novum, quàm adolescentulum privatum, exercitum difficili Reipublicæ tempore conficere? Confecit. Huic præesse? Præfuit. Rem optimè ductu suo gerere? Gessit. *Repetitio. Synonymia. Periphrasis.* Quid tam præter consvetudinem, quàm homini peradolescenti, cujus à Senatorio gradu ætas longè abesset, imperium atq; exercitum dari, Siciliam permitti atque Africam, bellumque in ea administrandum? Fuit in his provinciis sin-

tio à contrario,quâ Q. Catuli inconstantiam,& quandam judicii egestatem notat,quòd idem is in eodem hoc Pompejo damnet, quod summo anteà consensu approbaverit.

Quid enim tam: Insignis hic est enumeratio, & amplificatio.

Adolescentulum privatum: annos 23. natum, nondum indignitate magistrali constitutum.

Difficili tempore: Periculoso, tumultuoso.

Exercitum conficere: In agro enim Piceno exercitum conduxit, ut suprà.

Præesse: Nam eum Sylla Imperatorem appellavit.

Ductu suo gerere: Cepit enim Carbonem &c.

Quid tam: Variat figuram,ne eadem nimis sæpè repetita fastidium creet.

Peradolescenti: Pro superlativo; nam adolescens tantùm & adolescentior dicitur.

Ætas: Certam ætatem in Senatoribus fuisse requisitam significat Cicero; quænam autem illa fuerit determinatè, nec Asconius,nec alii conveniunt;fortè hæc Pompeji ætas ideò dicta est *longè abesse*, quia adhuc magistratum nullum tum gesserat,quod tamen plerumq; requirebatur ad hoc, ut quis Senator fieret.

Siciliam: De his bellis jam suprà dictum est.

Con-

singulari innocentia, gravitate, virtute: bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportavit. Quid verò tam inauditum, quàm Equitem Romanum triumphare? At eam quoquè rem Populus Rom. non modò vidit, sed omnium etiam studio visendam & concelebrandam putavit. Quid tam inusitatum, quàm ut,

Articulus & dissoluta.

Confecit: Verbum hoc variè accipitur: suprà *conficere exercitum*, est conducere, colligere, sicut *conficere pecuniam*, est colligere pecuniam. Hic & sæpè alias, conficere bellum, est bello finem imponere.

Deportavit: Id est: in Italiam deduxit, quod verbum etiam Livius non raro usurpavit.

Equitem Romanum triumphare: hoc novum erat Romæ, hominem nondum Senatorium, & nulla alia dignitate, quàm Equestri Ordine conspicuum triumphare, publicũ ei triumphum adornari, quod plerumq; tantùm Consulibus, nec iis semper fiebat, etsi victoribus. Erat enim honor maximus, si victori triumphum Romani decrevère.

Visendam & concelebrandam: Judicavit populus dignũ esse triumphum Pompeji, quem maximâ frequentiâ & celebritate honestaret.

Quid tam inusitatum? Observa admirabilem orationis variatæ ubertatem, & elegantiam, ne similitudo ejusdem locutionis tædium gignat. Postquam dixit: *quid tam novum*, sequitur: *quid tam præter consvetudinem: quid tam inauditum: quid tam inusitatum? quid tam singulare? quid tam incredibile?* Neq; diu tenuit illam subjectionem primam, & brevem; sed alteram addit longiorem, & vix ampliùs advertendam, neq; semper in omnibus periodis eodem modo continuatam.

Duo

ut, cùm duo Consules clarissimi, fortissimiquè essent, Eques Romanus ad bellum maximum, formidolosissimumq; Pro Consule mitteretur? Missus est. Quo quidem tempore, cùm esset nonnemo in Senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum pro Consule: L. Philippus dixisse dicitur, non se illum suâ sententiâ pro Consule, sed pro Consulibus mittere. Tanta in eo Reipublicæ bene gerendæ spes constituebatur, ut duorum Consulum munus unius Adolescentis virtuti committeretur. Quid tam singulare, quàm ut ex Senatusconsulto legi-

Ab auctoritate & testimonio.

Epiphonema.

Oppositio.

Duo Consules: Hi enim bellum ex officio administrare debuissent. Consules tum fuère M. J. Brutus & M. Æm. Lepidus.

Bellum maximum: Sertorianum.

Pro-Consule: Imperio Proconsulari. *Pro-Consules* dicebantur, qui vel gesto jam consulatu, vel eo nondum gesto extraordinaria potestate mittebantur ad provincias, aut ad bella administranda, id quod nostris temporibus exprimitur nomine *Locumtenentis Generalis*, vel Vice-Regis. Eodem modo dicebantur etiam Pro-Prætores in provinciis. Erant hi magistratus. Pro-Consules & Pro-Prætores sex securium, & dimidiam potestatē habebant, cùm Consules duodecim securibus uterentur.

Hominem privatum: Nam pro Consule mittebantur ordinariè, qui ex Consulatu erant, sivè gesto consulatu.

Sed Pro Consulibus: Qui non unius tantùm, sed duorum posset fungi munere.

Tanta: Epiphonema & clausula dicti.

Ex Senatus-Consulto: Per decretum Senatûs.

Legi-

legibus solutus Consul antè fieret, quàm ullum alium magistratum per leges capere licuisset? Quid tam incredibile, quàm ut iterum Eques Romanus ex S. C. triumpharet? Quæ in omnibus hominibus nova post hominum memoriam constituta sunt, ea tam multa non sunt, quàm hæc, quæ in hoc uno homine vidimus. Atquè hæc tot exempla, tanta, ac tam nova profecta sunt in eundem hominem à Q. Catuli, atquè à cæterorum ejusdem

Cōparatio.
Oppositio.
Hyperbole.

Complexio.

Legibus solutus: Ut legibus non teneatur, quod vulgò dicitur: *dispensatus in lege.*

Ullum magistratum per leges: Nullum enim anteà magistratum, ne Quæsturam quidem, aut Ædilitatem gesserat, aut per leges & ætatem gerere poterat. Lex Cornelia erat, ne quis ad alium magistratum veniret, nondum gestâ Quæsturâ, ut docet Lipsius. Quæstor poterat fieri anno ætatis 25. tum Ædilis annò 27. aut 28. Prætor anno 37. Consul anno 42.

Iterum Eques: Val. Max. l. 8. de Pompejo inquit *Eques Rom. Pro Consul in Hispaniam adversùs Sertorium pari imperio cum P. Metello Principe civitatis missus est nondū illum honorem auspicatus bis triumphavit: initia magistratū à summo imperio cepit;* primum ergo triumphavit ex Africa; dein ex Hispania.

Post hominum memoriam: Omnibus sæculis.

Atq; hæc: Conclusio argumentationis Novi hi, & extraordinarii honores à vobis ipsis (qui objecistis, non recedendum à veteri consvetudine) collati sunt. Pompejo; ergo male objicitis, nihil novi faciendum.

A Q. Catuli: Ab illo ipso, qui objecit: *at enim nihil novi fiat:* Nunc Maniliam legem Catulus dissvadet, ne quid novi fiat; priùs multa nova constituit simul cum aliis de Pompejo.

Qua-

dem

dem dignitatis amplissimorum hominum auctoritate. Quare videant, ne sit per iniquum, & non ferendum, illorum auctoritatem de Cn. Pompeji dignitate à vobis comprobatam semper esse: vestrum ab illis de eodem homine judicium, populique Romani auctoritatem improbari: præsertim cùm jam suo jure populus Romanus in hoc homine suam auctoritatem, vel contra omnes, qui dissentiunt, possit defendere: propterea quòd, istis reclamantibus, vos unum illum ex omnibus delegistis, quem bello prædonum præponeretis:

22.

Traductio.
Contraria.

A fortiori.

Hoc

Quare videant: Illi, qui legi Maniliæ adversantur, attendant, quàm æquum sit, vos, Quirites, approbâsse ea, quæ ipsi tum nova constituerunt circa Pompejum; & nunc ipsos non velle approbare ea, quæ vos nova circa Pompejum constituitis; est enim par ratio: approbâstis vos Quirites olim ea, quæ Senatores hi constituerunt circa Pompejum: approbent nunc Senatores, quæ vos Quirites constituitis pariter circa Pompejum.

Præsertim: Deberent hi potiùs approbare ea, quæ vos facitis; nam eventus docuit, vos bene priora constituisse, etiam ipsis reclamantibus: bello enim maritimo à vobis datus Imperator Pompejus, contra ipsorum voluntatem, nunquid salutem attulit? ergo auctoritati vestræ tanquam meliùs prospicienti submittant se adversarii.

Suo jure: Nemine impediente, & propria auctoritate.

Propterea quòd: Ideò, quia eventus docuit; cùm vos his reclamantibus Pompejum bello maritimo præficeretis, quàm

bene

Hoc si vos temere fecistis, & Reipublicæ parùm consuluistis, rectè isti studia vestra suis consiliis regere conantur. Sin autem vos plus tum in Republica vidistis: vos his repugnantibus, per vosmetipsos dignitatem huic imperio, salutem orbi terrarum attulistis; aliquando isti Principes, & sibi, & cæteris, populi Romani universi auctoritati parendum esse fateantur. Atquè in

Ab eventu.

Adjunctio.

Occupatio.

bene Reipublicæ consulueritis.

Hoc si vos: Si vos, Quirites, imprudenter constituissetis pro bello maritimo Imperatorem, possent equidem hi obtrectatores vos corrigere velle, & suis regere consiliis; si autem vos prudentiores fuistis, quam illi; & illis repugnantibus salutem attulistis imperio, cessent, & vestræ auctoritati parent.

Temere: Inconsultò, imprudenter, non ad utilitatem Reipublicæ.

Studia vestra: Id, in quod vos inclinatis, possunt corrigere.

Plus vidistis: Longè prudentiores fuistis, rem meliùs prospexistis, & ipsis repugnantibus, vos ipsi per vos salutem imperii, & totius orbis procurâstis, ut patuit ex prospero successu Pompeji in bello piratico.

Isti Principes: Hortensius, Catulus &c.

Et sibi & cæteris: Pro: *à se & cæteris;* fateantur, dicant, se populo tanquam prudentiori parere debere.

Atq; in hoc bello: Videtur hic respondere Cicero adhuc ad aliam Catuli objectionem, tanquam hic dixisset: in Pompejo est quidem virtus bellica singularis, sed plures virtutes ad hoc bellum requiruntur. Jam superiùs enumeravit Cicero Virtutes Pompeji non tantùm bellicas, sed & politicas, ac morales; ut Catulo singulariter satisfaciat, superaddit confirmationem dictorum.

& responsio ad aliam Catuli objectionem. Dissolutio.

in hoc bello Asiatico, & regio, non solùm militaris illa virtus, quæ est in Cn. Pompejo singularis, sed aliæ quoquè virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. Difficile est in Asia, Cilicia, Syria, regnisquè interiorum nationum ita versari vestrum Imperatorem, ut nihil aliud, quàm de hoste, ac laude cogitet. Deinde etiam, si qui sunt pudore ac temperantia moderatiores, tamen eos esse tales, propter multitudinem cupidorum hominum nemo arbitratur. Difficile est dictu, Quirites, quanto in odio simus apud exteras nationes, propter eorum, quos ad eas per

Et regio: Quod cum regibus gerendum.

Difficile est: Periculum est,ne Imperator in illis provinciis sui, suæ laudis,& hostis vincendi obliviscatur interdum, & ad voluptates,vel ad avaritiam declinet,cùm & procul à vobis remotus sit, & in locis versetur opulentissimis.

Interiorum nationum: Populorum, qui sunt in intima Asia, adeoq; longiùs à Romanis finibus sunt remoti; quò autem hi magis remoti,tantò majus periculum est,ne Imperator gloriæ Romanæ obliviscatur.

Deinde etiam: Quodsi etiam hic vel ille prudentior sit, ac temperantior, non credunt populi illi; nam cùm cæteri Imperatores ferè omnes, & nimis multi tam cupidi fuerint, etiam hos tales esse credunt;ideoq; odio habent,aversantur. Ergo propter hoc odium est tantò major parendi difficultas; nisi ipsi illi populi certi sint de continentia Imperatoris sicut certi sunt de Pompejo, at de nullo alio.

Cum

per hos annos cum imperio misimus, injurias ac libidinis. Quod enim fanum putatis in illis terris, nostris magistratibus religiosum, quam civitatem sanctam, quam domum satis clausam ac munitam fuisse? Urbes jam locupletes ac copiosæ requiruntur, quibus causa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur. Libenter hæc coràm cum Q. Catulo, & Q. Hortensio disputarem, summis & clarissimis viris. Noverunt enim Sociorum vulnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt. Pro Sociis vos contra hostes exercitum mittere putatis,

Libido aliorum Imperatorum.
Traductio.
Adjunctio.

Communicatio cum adversariis.
Metaphora.
Disjunctio.
Similiter cadens.

Cum imperio: Quos Imperatores fecimus.

Quod fanum: Quod templum, cujus reverentiam habuerint.

Sanctam: Quæ civitas, quam non violaverint: sanctum enim est, quod non audemus, non debemus violare.

Copiosæ requiruntur: Divites urbes quærantur omni studio à rapacibus & avaris magistratibus, quæ bello lacessantur, & quibus detur occasio belli adversùs nos excitandi, ut posteà causam habeant, eas urbes expilandi, ac diripiendi.

Libenter hæc: Ipse Catulus & Hortensius mihi testes erunt, quibuscũ libenter hanc rem pertractarẽ, quòd sociorum fortunæ vehementer attritæ sint ab avaritia nostrorum Imperatorum.

Vulnera: Damna accepta à nostris Imperatoribus, Metaphoricè.

Pro Sociis: Tanta cupiditas & rapacitas est imperatorum in urbibus Sociorum, ut dubium sit, an à vobis contra Socios, an verò contra hostes Sociorum mittantur.

Traductio. *Cõmutatio.* *Argumentũ à minore ad majus.* tis, an hoſtium ſimulatione contra ſocios atquè amicos? Quæ civitas eſt in Aſia, quæ non modò Imperatoris, aut Legati, ſed uniùs tribuni militum animos, ac ſpiritus capere poſſit?

23. *Repetitio.* *Adjunctio.* *Diſtributio partium.* Quare etiam, ſiquem habetis, qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe videatur, tamen, niſi erit idem, qui ſe à pecuniis Sociorum, qui ab eorum conjugibus, ac liberis, qui ab ornamentis fanorum, atquè oppidorum, qui ab auro, gazaquè regia manus, oculos, animum cohibere poſſit? non erit idoneus, qui ad bellum Aſiaticum, regiumquè mittatur. Ecquam putatis civitatem pacatam fuiſſe, quæ locuples ſit? Ecquam eſſe locupletem, quæ

Diſſolutio. *Inciſa.*

Cõmutatio.

Hoſtium ſimulatione: Sub prætextu, tanquam mitterentur contra hoſtes.

Unius Tribuni: Præfecti militum. Singulis legionibus (una legio ſex millium militum erat) ſex tribuni præficiebantur.

Capere: Id eſt: continere, ſatiare, explere.

Qui collatis ſignis: Siquis etiam ſit virtute bellica inſignis, ut audeat cum hoſte congredi, poſſit eum ſuperare, tamen &c. Signa ſunt vexilla, quæ conferri dicuntur, utraq; parte congrediente.

Qui ſe à pecuniis: Qui temperans non eſt; amplificatur hoc deſcendendo ad enumerationem partium, in quibus hæc temperantia eſſe debet.

Gazaq; regia: Gaza ſignificat omnem regiam ſupellectilem, atq; etiam ærarium, pecunias, tributa. Originem hæc vox habet à Perſis, quibus theſaurum ſignificat.

Pacatam: Quietem à bello. Paulo antè dixit, quæſitas ab

quæ iſtis pacata eſſe videatur? Ora maritima, Quirites, Cn. Pompejum non ſolùm propter rei militaris gloriam, ſed etiam propter animi continentiam requiſivit. Videbat enim populum Romanum non locupletari quotannis pecuniâ publicâ, præter paucos; neq; nos quidquam aliud aſſequi claſſium nomine, niſi ut detrimentis accipiendis majore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in provin-

Ora pro accolis, Metonymia.

Traductio.

ab imperatoribus civitates locupletes,quibus cauſam belli inferant,quas ad bellum ſolicitent,ut diripere poſſint; hoc ipſo ergo, quòd locuples fuerit civitas,non viſa eſt ipſis pacata, amica, quieta, ſed hoſtilis.

Ora maritima: Sine alia tranſitione delabitur ad hypotheſin & minorem. Hactenus dixit, Imperator debet notus eſſe à continentia,ut regionibus illis acceptus,gratusq; ſit. Jam Pompejus eſt talis, accolæ enim maris à piratis vexati maximè requirunt, deſiderant Pompejum ob continentiam ejus ſibi notiſſimam.

Videbant enim P. R. Senſus eſt: apparebat; pecuniam publicam,quæ in claſſes quot annis erogabatur,quâ milites, Socii navales, & alii neceſſario alendi, & quâ portus, & qui ex portubus tributa, colligunt, cives Romani, frui deberent, intercipi à paucis e. g. ab Imperatore, Prætore, Quæſtore, & horum miniſtris, ad populum verò Romanum univerſum nihil pervenire.

Aſſequi claſſium nomine: Nomine autem & ſpecie ornandarum claſſiũ nihil aliud effici, quàm ut novis quotannis cladibus, eo, quòd claſſis malè inſtructa eſſet, naves noſtræ per piratas diripiantur, & ſic imperii noſtri ignominia augeatur.

Detrimentis accipiendis: cladibus accipiendis,amittendis navibus &c.

Ironia. vincias, quibus jacturis, quibus conditionibus proficiscantur, ignorant videlicet isti, qui ad unum deferenda esse omnia non arbitrantur? Quasi verò Cn. Pompejum non cùm suis virtutibus, tum etiam alienis vitiis magnum esse videamus. *Conclusio refutationis per adhortationē.* Quare nolite dubitare, quin huic uni credatis omnia, qui inter annos tot unus inventus sit, quem Socii in urbes suas cum exercitu venisse gaudeant. Quòdsi auctoritatibus hanc causam, Quirites, confirmandam putatis, *Ab auctoritate virorum pro lege Manilia.* est vobis auctor, vir bellorum omnium, maximarumquê rerum peritissimus P. Servilius: cujus tantæ res gestæ terrâ, marique extiterunt, ut cùm de

Quibus jacturis: Quibus largitionibus pecuniarū factis in eos, per quos obtinent provincias &c. dividunt enim magistratibus & gratiosis hominibus pecunias, ut suprà dixit: hæ jacturæ ergo sunt, quæ in largitionibus fiunt.

Ignorant videlicet: Ironia ad illudendam Hortensii & Catuli sententiam.

Alienis vitiis magnum: Pompeji continentia,& temperantia eò major videbatur, quò vitia harum virtutum contraria in aliis erant conspectiora. Vitia in aliis, aliorum virtutes extollunt.

Inter annos tot: A tam multis annis.

Quòdsi auctoritatibus: Infirmat,atq; collidit Q.Catuli, ac Hortensii auctoritatem,contrariâ gravissimorum virorum, omnia ad unum Pompejum deferentiū auctoritate.

P. Servilius: Cognomento Isauricus,qui annos abhinc XIII. Consul cum Appio Claudio fuit. Is Pro-Consul in Cilicia Isauros domuit, cum prædonibus aliquoties conflixit,

de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat: est C. Curio summis vestris beneficiis, maximisque rebus gestis, summo ingenio & prudentia præditus: est Cn. Lentulus, in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognoscitis: est C. Cassius, integritate, virtute, constantia singulari. Quare videte, ut horum auctoritatibus, illorum orationi, qui dissentiunt respondere posse videamur. Quæ cùm ita sint, C.Ma-

Laudes. Repetitio.

Dissolutio. Articulus.

24. PERORATIO.

flixit, arces eorum validissimas: Phaselin & Olympum evertit, Isaurumq; ipsam Ciliciæ arcem sustulit, unde Isauricus cognominatus est. *Florus in epitome.*

Deliberetis: Hæc enim hujus orationis causa est, ut de re bellica, & Præfecto belli summo deliberetur.

C. Curio: C. Scribonius Curio, qui cum C. Octavio Consul fuit annis abhinc decem. Proconsul Dardanos in Thracia domuit. Florus.

Summis vestris beneficiis: Qui etiam maximo vestro beneficio Consul fuit.

C. Lentulus: Qui cum L. Lucullo Consulatum gessit sex abhinc annis. Consul cum Spartaco servorum & fugitivorum duce pugnavit.

C. Cassius: Is, opinor, qui ante Lentulum anno proximo Consul fuit; ut meros Consulares nominet, quorum auctoritas in hac lege svadenda magni apud populum R. debuit esse ponderis.

Quare videte: Ut judicetis, nos posse per istorum, Servilii, Curionis &c. auctoritatem respondere adversariis Hortensio & Catulo contraria svadentibus.

Quæ cùm ita sint: Peroratio, quâ Manilii legem ac sententiam de Cn. Pompejo Asiatico bello præficiendo laudat,

Apostrophe, & Hortatio ad Manilium.

C. Manili, primùm istam tuam & legem, & voluntatem, & sententiam laudo, vehementissimeq; comprobo. Deinde te hortor, ut auctore populo Romano maneas in sententia, neve cujusquam vim, aut minas pertimescas.

Traductio.

Primùm in te satis esse animi, perseverantiæque arbitror: deinde cùm tantam multitudinem cum tanto studio adesse videamus, quantam nunc iterum in eodem homine præficiendo videmus, quid est, quod aut de re,

Incisa. Dissoluta.

aut de perficiendi facultate dubitemus? Ego autem, quidquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quidquid hoc beneficio populi Romani, atquè

dat, & Manilium hortatur, in eadem ut maneat sententia, cui & suum studium & operam pollicetur.

Et voluntatem: Id, quod vis fieri.

Cùm tantā multitudinem: Cùm populus adsit tanto affluxu ad legem hanc ferendam, quanto adfuit, cùm maritimum bellum lege Gabinia Pompejo demandatum est.

Tanto studio: Inclinatione tanta in Pompejum.

Nunc iterum: Cùm videamus esse tantam nunc &c. cùm iterum & altera vice Pompejum mittimus &c. *tantam* & *iterum* facilè sensum explicat, intelligi nempe, tantam nunc adesse multitudinem, quantam olim.

In eodem homine præficiendo: In eodem imperatore Pompejo eligendo.

De re: De tanto viro eligendo:

Perficiendi facultate: Tanquam hoc efficere non possitis, cùm vobis sat constet, è summà populi Romani frequentia, summoq; studio, quid de promulgata lege sentiat.

Testor

atquè hac potestate Prætoria, quidquid auctoritate, fide, constantiâ possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi & populo Romano polliceor, ac defero, testorquè omnes Deos, & eos maximè, qui huic loco, temploquè præsident, qui omnium mentes eorum, qui ad Rempublicam adeunt, maximè perspiciunt, me hoc neque rogatu facere cujusquam, nequè quò Cn. Pompeji gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, nequè quò mihi ex cujusquam amplitudine, aut præsidia periculis, aut adjumenta honoribus quæram; propterea quòd periculu-

Dissolutio. *Invisa.*

Obtestatio.

Causa finalis. *Repetitio.* *Polysyndeton.* *Synæciosis.*

Testor omnes Deos: Jurejurando interposito removet à se omnem suspicionem, quasi hanc legem svadeat, aut rogatu cujus, aut ut Pompeji gratiam sibi conciliaret, aut ad depellenda pericula sua, aut ad Consulatum assequendum; sed Reipublicæ causâ id se tantùm facere profitetur.

Loco, temploq;: Id est: Rostris, quæ, ut suprà dixi, etiam templum vocabantur; quiq; Dii huic foro præsident, circa quod templa Jovis, Castoris, Concórdiæ & alia.

Ad Rempublicam adeunt: Repetita præpositione: qui Reipublicæ administrandæ volunt operam suam navare.

Rogatu cujusquam: Qui pro absente Pompejo me solicitaverit.

Neq; quò: Neq; in eum finem, ut &c.

Per hanc causam: Id est: per hanc legis svasionem.

Ex cujusquam amplitudine: Ex eo, quòd aliùs promoveatur ad amplissimum munus, etiam ego utilitatem meam quæram, sive ut in periculis habeam patronum, si-

Latens sententia. ricula facilè (ut hominem præstare oportet) innocentiâ tecti repellemus: honorem autem neque ab uno, neque ex hoc loco, sed eâdem nostra illa laboriosissima ratione vitæ, si vestra voluntas feret, consequemur. Quamobrem, quidquid in hac causa mihi susceptum est, Quirites, id omne me Reipublicæ causâ suscepisse confirmo: tantumque abest, ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam simultates partim obscuras, partim

Traductio. Studium reipublicæ.

Antitheta.

sive ut per talem & ipse promovear.

Ut hominem præstare oportet: Innocentia mea mihi semper erit præsidium in periculis, quemadmodum decet virum bonum, ut innocentiâ munitus nihil formidet; & hoc dicit ordinatè ad ea, quæ præcesserunt: *præsidia periculis &c.*

Honorem autem: Ordinatè ad id, quod dixit: *adjumenta honoribus;* consulatum autem (quem intelligit per *honorem:*) spero me consecuturum meritis meis,quibus Reipublicæ bonum semper intendo, ac quæro.

Eâdem nostrâ illâ: Illâ,quam ab ineunte ætate suscepi, vitâ laboriosâ.

Quamobrem: Commendatione officii sui, & propensi in rempublicam affectûs benevolentiam captat ad emerendum populi favorem.

Mihi susceptum: A me susceptum.

Confirmo: Affirmo.

Bonam gratiam: Gratia in utramq; partem dicitur:bona & mala; *mala* est, quæ vocatur ingratitudo, invidia, contumelia ex operibus sequens: *Bona*, gratitudo, amor, benevolentia, beneficium &c.

Simultates: Inimicitiæ, & odia latentia.

Partim obscuras: Tacitas, occultas.

Non

tim apertas intelligam, mihi non necessarias vobis non inutiles suscepisse. Sed ego me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum, statui, Quirites, vestram voluntatem, & reipublicæ dignitatem, & salutem provinciarum atquè sociorum, meis omnibus commodis & rationibus præferre oportere.

Compar. Similiter cadens.

Non necessarias: Nam quod ad me attinet, simultatibus his carere potui.

Vobis non inutiles: Inde enim cognoscetis, quinam boni sint, quinam Reipublicæ studeant, & qui non.

Honore præditum: Officio Præturæ, quod nunc gero.

Beneficiis: Beneficia populi R. in Ciceronem sunt honores & munera, quæ ab ipso accepit.

Vestram voluntatem: Id, quod vos vultis, & quod ad vestram, communemq; utilitatem, ac dignitatem est, privato meo commodo anteponendum duxi.

Reipubl. Dignitatem: Agitur enim populi Romani gloria; *quæ cum magna in rebus omnibus, tum summa à majoribus in re militari tradita est.*

Salutem provinciarum: In quibus vectigalia vestra sunt.

Rationibus: Omnibus rebus meis, quacunq; ratione se habentibus. Latiùs patet, *rationibus*, quâm *commodis.*

Præferre oportere: Si gratus erga vos, si bonus in Republica civis esse volo.

EVENTUS.

Pompejus L. Lucullo Successor datus, & in bellum Asiaticum Imperator missus, pugnavit feliciter, de Mithridate triumphavit, to-

to Ponto intra annum in potestatem, & in Provinciæ formam redacto. Tigranem Armeniæ Regem, Syriæ, Phœniciæq; amissione mulctatū, in fidem recepit. Mithridates profugus, suoq; regno pulsus, tandem ex desperatione vitam, quam veneno non poterat, Gallici ducis ferro, sibi ipsi ademit. Multa alia subinde egit gloriosè Pompejus. Sed & ipse tandem in pugna Pharsalica à Cæsare copiis longè inferiore superatus, in Ægyptum fugiens, Regis perfidiâ ab Achila Præfecto interfectus est, vixq; in orbe, quem totum subegerat, sepulchrum habuit, in quo conderetur. Ita mutat fortuna vices.

Axiomata & Sententiæ Ethicæ, ac Politicæ.

1. *Ad Rempublicam bene gerendam nihil nisi perfectum ingenio, elaboratumq; industriâ afferri oportet.*
2. *Labor eorum, qui Rempublicam gerunt, rebus in omnibus, præcipuè in periculis innocentum castè, integreq; versari debet.*
3. *Magistratus bonis civium, & ipsorum, & Reipublicæ causâ consulere debent.*
4. *Aliqui bellorū eventus Imperatorū felicitati, ac vir-*

virtuti, aliqui non quidem culpæ, sed fortunæ tribuendi esse videntur.

5. *Videant, qui nobili stemmate oriundi sunt, ne, ut majoribus eorum pulcherrimum fuit, magnū posteris gloriam relinquere, ita ipsis turpissimū sit, id quod acceperunt, tueri, & conservare non posse.*

6. *Cæteris in rebus, cùm venit calamitas, tum detrimentū accipitur. At in commerciis provinciarū non solùm adventus belli, sed etiā metus ipse affert calamitatem. Vide, quæ sequuntur N. 6.*

7. *Vectigalia nervi sunt Reipublicæ.*

8. *Humanitatis est magistratuum, magnum civium numerum calamitate prohibere: Sapientiæ, videre multorum civium calamitatem à Republica sejunctam esse non posse.*

9. *Non possunt una in civitate multi rem, atq; fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant.*

10. *Hoc jam ferè sic fieri solere accepimus, ut regum ac principum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad misericordiam, maximèq; eorum, qui aut reges sunt, aut vivunt in regno, quòd regale iis nomen magnum & sanctum esse videatur.*

11. *In summo Imperatore hæc quatuor inesse oportet: scientiam res militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.*

12. *Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non cōtinet, neque severus esse in judicando, qui alios in se severos esse judices non vult.*

13. *Auctoritas multùm in bellis administrandis, atq; imperio militari valet.*

14. *Scimus homines in magnis rebus, ut aut contenant,*

nant, aut metuant, aut oderint, aut ament, opinione non minùs famæ, quàm aliqua certa ratione commoveri.

15. *Felicitatem de se ipso præstare nemo potest.*

16. *Fuit quibusdã summis viris quædam ad amplitudinẽ & gloriam divinitùs adjuncta fortuna.*

17. *Omissis authoritatibus, ipsa re, & ratione exquirere debemus veritatem.*

18. *Quò minùs certa est hominum vita: hoc magis Respublica frui debet summi hominis virtute.*

19. *Ad novos casus temporum, novorum consiliorum rationes accommodandæ sunt.*

20. *Pericula facile repellit, qui innocentiâ tectus est.*

ORATIO PRO C. RABIRIO PERDUELLIONIS REO AD QUIRITES.

ARGUMENTUM.

C*Ajum Rabirium Equeſtris Ordinis & Senatorem jam ætate provectum perduellionis accuſaverat Titus Labienus Tribunusplebis, eo anno, quo Cicero Conſul erat, nimirum conditæ Urbis ſexcenteſimo nonageſimo. Dicebat enim á C. Rabirio ante annos triginta ſex, nimirum anno V. C.* 653. *in civili motu interfectum eſſe Saturninum, tum temporis Tribunūplebis, & eapropter imminutæ Majeſtatis ſive perduellionis crimen eſſe commiſſum. Sacroſancta quippe habebatur perſona Tribuniplebis, qui nomine populi & Reipublicæ magiſtratum gereret; ita, ut qui eum læderet, contra ipſam Rem-*

Rempublicam & majestatem imperii peccâsse censeretur, quod crimen perduellionis *appellatum est. Re ipsa Labienus hic partim invidiâ Rabirii, quam C. Julius Cæsar concitabat partim morte patrui sui in eodẽ tumultu occisi ad accusationem hanc adductus fuit. Causa autẽ Saturnini occisis sic habebat. Cùm Saturninus in tribunatu suo per parricidium obtento multa insolenter, & crudeliter ageret, per vim legẽ tulisset Agrariã, Servilium Glauciam Consulẽ urbi voluisset obtrudere, Memmium Consularẽ Candidatum interfecisset &c. Senatusconsultum factum est, ut providerent Consules,* NE QUID RESPB. DETRIMENTI CAPERET: *quod erat extremum in malis remedium quœrere. Consules igitur hoc Senatusconsulto armati ad arma vocant, L. Flaccus cum M. Antonio extra urbem cum præsidio collocatur, Marius Saturninum cum Glaucia, Sauffejo, L. Æquitio & Labieno in Capitolium confugientem persequitur, ibi cùm incisis fistulis aqua deficeret, in Marii fidem se dedere coguntur. Marius quasi cum eis lege acturus, in curiam illos includit: sed multitudo furens eô irrumpit, omnesq; interficit. Saturninum interemisse Scæva Q. Crotonis Servus dicitur, & ob id eo ipso die manumissus, ac libertate*

dona-

donatus; caput tamen Saturnini Rabirius in ludibrium per convivia circumtulit. Anno igitur tricesimo sexto, postquam hæc contigêre, C Julius Cæsar Labienum subornavit, qui C. Rabirio perduellionis diem diceret. Resq; è voto primùm cecidit, cùm inter Duumviros Judices in tali causa creari solitos, ipse C. Julius & L. Cæsar fuerit. Ab his condemnatus Rabirius ad populum Romanum provocavit, à quo pariter condemnandum sperans Labienus, Carnificem in foro, ubi de Rabirii capite populus R. suffragium laturus erat, constituit: & in campo Martio crucem defigi jussit, ut damnatum Rabirium Carnifex agat in crucem. Rabirium ergo M. Cicero Consul apud populum suscepit defendendum, & crucē de campo, consilio suo, virtute, auctoritate sustulit. Ob id Labienus Ciceronem, ut eum in invidiā populi Romani adducat, judicium perduellionis sustulisse, eumq; populi Romani commodîs inimicum esse dixit, se verò popularem prædicavit. At Cicero laudis suæ testimonium hoc esse duxit, quòd id sustulerit, seq; ob eam rem popularem esse, Labienum verò populi Romani libertati obsistere demonstravit. Negat subinde Saturninum à Rabirio occisum; quamvis, si fecisset, gloriosum fore dicat; sumpsisse

 autem

autem arma Rabirii occidendi causâ, & jure sumpsisse fatetur, tum quòd Senatûs imperio paruerit, tum quòd Rempublicam tuitus cum aliis bonis civibus fuerit. Hæc omnia ad orationis explicationem pertinere visa sunt. Acta est causa primùm apud Duumviros ex antiquo more; deinde reo condemnato, & ad populum provocante, in foro, Comitiis centuriatis: defenderunt Q. Hortensius, & Consul Cicero.

Quæstio est in genere Judiciali: An C. Rabirius perduellionis reus, sit absolvendus?

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

A Causis, propter quas Cicero C. Rabirium defendit, quæq; eædem sunt, propter quas populus Rabirium debet absolvere: harum causarum præcipua est salus Reipublicæ. Consulum enim & Senatûs auctoritas isto judicio non leviter tentatur, ex quo totius civitatis status convelletur &c.

CONFIRMATIO, & CONFUTATIO.

1. Incipit à Confutatione brevi eorum criminum, quæ extra causam Rabirio objecta sunt.

2. Amolitur à se invidiam, & ostendit Cicero, quòd cum laude sustulerit perduellionis judicium atq; ob id popularis sit, minimè verò Labienus adversarius.

3. Demonstrat Rabirium non condemnandum, quia justè arma sumpsit. Prob. 1. Quia sumpsit pro salute communi, ut, etiam occidisset, gloriari liceret. 2. Sumpsit cum voluntate Senatûs, & cum optimis quibusquè Reipublicæ viris, contra Saturninum hostem Reipublicæ judicatum. 3. Imprudens est Labienus, qui dum justa arma Rabirii accusat, simul in pari causa omnes bonos cives, & clarissimos viros condemnat, contra præjudicia, & sensum vel ipsiusmet Labieni, qui in tali re idem fecisset.

PERORATIO deest.

ORATIO.

1. *Periodus quadrimembris.*

ETsi Quirites, non est meæ consvetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quemq; defendam; 2. Propterea quòd cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis justam mihi causam necessitudinis esse duxi: 3. tamen in hac defensione capitis, famæ, fortunarumq; omnium C. Rabirii, pro-

Loc9 attentionis à pe-

Etsi: Etsi rationem, cur aliquem defendam, plerumq; reddere non soleo; nam ratio & causa mihi est, omnes cives in periculo constitutos defendendi: tamen hic reddam, quia idem, quod me permovit ad defendendum, vos permovere debet ad absolvendum Rabirium.

Quirites: Ad Quirites, hoc est, ad populum, in campo Martio ad comitia centuriata congregatum, hæc oratio habita est. Quirites (ut in oratione pro L. Man.) dicebantur à Romulo Quirino Romæ Conditore &c.

Causam necessitudinis: Conjunctionis, familiaritatis, amicitiæ, ut amicorum nempe causam susciperem.

Defensione capitis: Id est: vitæ: nam etsi cives Romanos aliàs non liceret capite, aut vitâ plectere; licebat tamen hoc in crimine perduellionis, tanquam gravissimo; ergo de hoc damnati, virgis cæsi, & unco per urbis vias tracti, ad extremum cruci, servorũ instar, suffigebantur.

Famæ: Honoris, quem amitteret damnatus & fieret infamis.

Fortunarum: Bonorum, ac divitiarum.

Offi-

proponenda ratio videtur esse officii mei: 4. propterea quòd, quæ justissima mihi causa adhuc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. Nam me cùm amicitiæ vetustas, tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua consvetudo, ad C. Rabirium defendendum est adhortata: tum verò, ut id studiosissimè facerem, salus Reipublicæ, Consulare officium, Consulatus denique ipse, mihi unà vobiscum cum

riculi magnitudine.

Similiter cadentia.

Polysyntheton.

Causæ defensionis cõglobatæ.

Dissoluta.

Conjugata.

Officii mei: Cur hanc defensionem susceperim, cur hoc officium amicitiæ,& charitatis Rabirio exhibeam.

Amicitiæ vetustas: Duplex substantivum; elegantiùs, quàm vetus *amicitia, humanitas, respublica.*

Dignitas hominis: Erat enim Senator Rabirius; erat Eques Romanus.

Perpetua consvetudo: Cicero enim permultos defendit, paucos admodùm accusavit; quòd autem C. Verrem accusaverit;id se fecisse dicit,magis ut Siculos defenderet, quàm ut Verrem accusaret.

Studiosissimè: Libentissimè, diligentissimeq;.

Salus Reipublicæ: Consequentur enim multa mala in Republica, si Rabirius damnetur. Audebunt enim & alii accusare eos, qui simili modo pro bono Reipublicæ egregium aliquid fecerunt; audebunt post longum tempus vindictam quærere, & defensores Reipublicæ opprimere.

Consulare officium, Consulatûs: Quid hic differunt ista duo? primò dicit: facere hoc volo, quia Consul sum & Consulare officiũ ita poscit. Dein Consulatus à vobis mihi *commendatus*, demandatus, hoc poscit: ergo facere debeo, quia id ita mihi à vobis demandatum est,ut Consul tuear hanc causam vobiscum ita conjunctam; est enim ma-

Repetitio. cum salute Reipublicæ commendatus coëgit. Non enim C. Rabirium culpa *Causa finalis.* delicti, non invidia, vitæque turpitudo, non deniq; veteres justæ, gravesque inimicitiæ civium in discri- *Adjunctio.* men capitis vocaverunt: sed ut, illud sum-

major vis addita in his verbis: *mihi unà vobiscum cum salute reipublicæ commendatus.* Vel sic: Consul Cicero hanc causam egit, & res ipsa Consularis erat; ergo hic à loco conjugatorum ducit argumentum, ut alibi, & est exemplum in Cypriano.

Non enim: Causa, cur in judicium vocetur Rabirius, non tam est in ipsius persona, sed majestatem & dignitatem nostræ reipublicæ aggrediuntur adversarii, eamq; oppressam volunt. Rabirius Consuli paruit ad arma vocanti (ut ex Argumento orationi præfixo patet) & voluit salvam rempublicam, iis occisis, qui rempublicam opprimunt; hoc nunc crimini datur, sic Consulum & Reipublicæ authoritas petitur.

Culpa delicti: Non aliqua culpa, non delictum; duplex substantivum.

Non invidia: Non odium civium in Rabirium; invidiam Cicero sæpè usurpat pro qualicunq; odio.

Vitæq; turpitudo: Non quòd exosam habeant ejus vitam ob scelera perpetrata.

Veteres justæ, gravesq;: Conjungenda hæc sunt, ut unum sensum efficiant. Labienus accusator non ideo Rabirium perduellionis postulat, quòd jam diu justam & gravem habuerit inimicitiæ causam.

Vocaverunt: In hoc vitæ periculum adduxerunt.

Sed ut illud summum auxilium: Ista causa & accusatio eò tendit, ut tollatur majestas imperii nostri, & præcipuè auxilium illud, sive medium hanc majestatem, & hoc imperium conservandi: nimirum, ut ne liceat Reipublicæ nostræ & magistratui id facere, quod fecit tum, quando contra Saturninum decrevit, *ut videant Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet.* Unde dein orta est cædes

Satur-

summum auxilium majestatis, atquè imperii, quod nobis à majoribus est traditum, de Republica tolleretur: ut nihil posthac auctoritas Senatûs, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem civitatis valeret: idcirco in his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas, solitudoquè tentata est. Quamobrem si est boni Consulis, cùm cuncta

Repetitio.

Metonomya.

Metonomya.

Officium. Consulis.

Saturnini. Hoc igitur est auxilium, quo majestas imperii nostri conservatur, potestas illa magistratûs quam habet à populo per illa verba: *Viderent Consules, ne quid respublica detrimenti caperet.* Tum enim Consules poterant exercitum parare. Socios conducere, bellum gerere &c. aliter verò injussu populi hæ res Consulibus non licebant.

Majestatis: Majestas à magnitudine dicta, est amplitudo & dignitas populi, vel personæ. Hinc crimen majestatis, quod est contra talem amplitudinem, & dignitatem.

Contra pestem ac perniciem: Ut contra pestiferos ac consceleratos cives nihil ampliùs imperium nostrum valeat.

Idcirco in his &c. Ut has res, majestatem & imperium nostri everterent, aggressi sunt Rabirium, senem, infirmũ, solitarium; tropicè dicit *Senectutem &c. solitudinem:* hoc est: hominem quasi ab aliis omnibus derelictum.

Si est boni Consulis &c. Est etiam &c. Amplificatio illius argumentationis suprà positæ: idem, quod me permovit ad defendendum, vos permovere debet ad absolvendum Rabirium. Meum, *Boni Consulis* officium est &c. Vestrum: *bonorum & fortium civium est*, intercludere &c. Consulis partes sunt, ubi extremis conflictatur periculis Respublica, imperio suo uti, nihilq; antiquius ducere Reipublicæ salute &c.

Mēbratim. Similiter cadentia. Disjunctio. Dissolutio.

Officium civium.

Metaphora. Disiunctio. Dissolutio. Antithesis. Complexio.

cta auxilia reipublicae labefactari, convillique videat, ferre opem patriae, succurrere saluti, fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere: est etiam bonorum & fortium civium, quales vos omnibus Reipublicae temporibus extitistis, intercludere omnes seditionum vias, munire praesidia reipublicae, summum in Senatu consilium putare: ea qui secutus sit, laude potiùs & honore quàm poena & supplicio dignum judicare. Quamobrem labor in hoc defendendo praecipuè meus

Auxilia: Ea media, quibus respublica conservanda est.

Intercludere: Obsistere turbulentis, & seditiosis: metaphora à re militari ducta, cùm viae praesidiis occupantur, ne hostibus aditus pateat.

Munire praesidia: Locum illum, in quo praesidium reipublicae est, bene custodire, tueri, firmum reddere.

Summum &c. Vos cives debetis existimare, penes consules vestrum imperium esse, ita ut nisi horum facta defendatis, imperium vestrum nullum sit: in Senatu autem consistere consilium & prudentiam imperii vestri; quidquid hi agunt, actum esse prudenter.

Ea qui secutus: Qui fecerit, quod Consules, quod Senatus voluit, illum laudandum, non plectendum. Rabirius fecit, vel facere voluit (in hoc enim vertitur tota quaestio) quod Consules, quod Senatus decrevit, ergo &c.

Quamobrem: Complexio iterata primi illius dicti: ea, quae movent me ad defendendum; vos permovere debent ad absolvendum & conservandum Rabirium: itaq; ego

labo-

meus est: studium verò conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit. Sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam majorem, magìs periculosam, magìs ab omnibus vobis providendam, nequè à tribunoplebis susceptam, nequè à Consule defensam, nequè ad populum R. esse delatam. Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quàm ut nullum sit posthac in Republica publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furo-

2. *Conciliat attentionē.*

Geminatio. Repetitio. Disjunctio. Simil. cad.

Causa finalis. Traductio. Adjunctio.

laborare debeo,ut eum bene defendam; vestrum simul & meum,tanquam Consulis, officium est, ut conservemus hunc hominem. Nam res est gravissimi momenti &c.

Post hominum memoriam: Nunquam: *vel* quantum hujus ætatis homines meminisse possunt, *vel* post natos homines, &c.

*Magìs providendā:*Cui plus curæ & solicitudinis adhibeatur.

A Tribunopl. Nullus unquam tribunus causam tam periculosam reipublicæ suscepit, quàm Labienus hic,qui in tali re accusat Rabirium,ex qua pendet populi & Senatûs auctoritas, quam ille perditam vult.

*Susceptam,defensam:*Singula hìc membra proprium habent verbum cum figura similiter cadentium; statim in sequente periodo erit opposita figura adjunctionis,ubi unū verbum ad singula membra, vel constructiones trahitur. Notet legens hanc variationem ubiq; occurrentem,& necessariam, ut auditori fastidium non creetur.

Agitur: Salus publica hic attentatur, ne porrò publicum sit Consilium, ne Senatus auctoritatem habeat.

Bonorum: Optimatum, & qui Senatum sequuntur; ut non

Condupli-catio. furorem & audaciam: nullum extremis reipublicae temporibus perfugium, & praesidium salutis. Quae cùm ita sint, primùm, quod in tanta dimica-*Obtestatio, & depreca-tio.* tione capitis, famae, fortunarumquè omnium fieri necesse est, ab Jove Optimo Maximo, caeterisquè Diis, Deabusquè immortalibus, quorum ope & auxilio, multò magìs haec Respublica, quàm ratione hominum, & consilio *Polysynthe-ton.* gubernatur, pacem ac veniam peto: *Similiter cadens.* precorquè ab iis, ut hodiernum diem, & ad hujus salutem conservandam, & ad

non possint, vel non audeant junctis animis obsistere seditiosorum conatibus.

Extremis: In gravissimis, periculosissimis Reipublicæ temporibus.

Perfugium: Ut homines boni non habeant, quò confugiant ampliùs, cùm tali ratione majestas populi & Senatûs vim non habeat. Omnia hæc graviter amplificantur, & pro attentione, pro benevolentia serviunt quàm maximè. Docilitas in re nota Romanis civibus non erat necessaria.

Quæ cùm ita sint: Conclusio Exordii à precatione Deorum ad gravitatem rei magis demonstrandam. In maximis enim periculis ad Deum potissimùm confugimus.

Dimicatione capitis: Periculo vitæ; & hic quidem propriè dimicatio capitis dicitur, nàm in crimine perduellionis & parricidii damnatis vita adimebatur; aliàs damnabantur ad exilium; & tamen dicebatur pœna, vel dimicatio capitis.

Ab Jove O.M. Jovem Capitolinum populus Romanus propter beneficia optimum. Propter vim & potestatem nominàvit maximum.

Pacem ac veniam: Propitiationem, ut nobis sint propitii, ac faveant; remittant pacati, placatiq;, si quid in ne-

ad Rempublicam constituendam illuxisse patiantur. Deinde vos Quirites, quorum potestas proximè ad Deorum immortalium Numen accedit, oro, atquè obsecro, quoniam uno tempore vita C. Rabirii, hominis miserrimi, atquè innocentissimi: salus Reipublicæ vestris manibus, suffragiisquè permittitur; adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipublicæ salute sapientiam, quam soletis. Nunc quoniam T. Labiene, diligentiæ meæ tem-

Distributio.

Adjunctio. Similiter cadens.

CONTENTIO, seu CONFIRMATIO.

nobis culpæ est, & ne in hac causa nos plectere velint ob alia, quæ deliquimus.

Illuxisse: Ut sit hic dies ad Rabirii, & ad nostrã salutẽ.

Deinde vos: Convertitur imploratio à Diis ad Quirites, & absolutio Rabirii rursus cum salute Reipublicæ conjungitur.

Quorum potestas: Vos enim secundùm Deos hunc conservare potestis.

Uno tempore: Simul hic in manibus vestris & suffragiis versatur salus Rabirii & salus Reipublicæ; erga Rabiriũ, tanquam hominem miserum & innocentem adhibete misericordiam; erga Rempublicam, vestram impendite sapientiam. Vocatur hæc figura Distributio, quæ cuilibet parti suum tribuit & adjungit.

Nunc quoniam: Hactenus Exordium, in quo usus est insinuatione, latenter occupando benevolentiam à suo in Rempublicam, ac Rabirium officio, conciliando attentionem à causæ gravitate.

T. Labiene: Hic est, qui diem dixit Rabirio; hic est, contra quem Cicero defendit Rabirium. Ad hunc se convertit Cicero ante ipsam causæ confutationem, & conqueritur, quòd sibi ad defendendum semihoram præscripserit, tempus adeò angustum.

Tem-

temporis angustiis obstitisti, meque ex comparato & constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum còëgisti, parebitur, & quod iniquissimum est, accusatoris conditioni, & quod miserrimum, inimici potestati. Quanquam in hac præscriptione semihoræ, patroni mihi partes reliquisti, Consulis ademisti: propterea quòd ad defendendum propemodum satis erit mihi hoc temporis, verùm ad conqueren-

Synæciosis. *Compar.* *Similiter cadens.* *Similiter desinens.* *Antithbeta.*

Temporis angustiis obstitisti: Meam diligentiam,quâ in hac defensione uti volebam,tu impedire voluisti per hoc, quòd angustum adeò tempus mihi præfinias.

Ex comparato &c. Cùm ego mihi jam certum, & longius quidem temporis spatium ad defendendum constituissem, tu me cogis in semihoræ curriculum; sunt hic Mataphoræ à spatio circi, in quo decurrunt bigæ & quadrigæ: *angustiis, spatio, curriculum.*

*Coëgisti:*Quomodo Labienus Ciceroni præscribere tempus potuit, cùm hic Consul esset? Quia Labienus tribunusplebis prævaluerat potestate facta sibi à populo in Rabirium concitato; & hoc est, quod conqueritur Cicero, parendum inimici potestati, id quod miserrimum; hoc autem indignissimum, quòd accusator voluerit reo tempus præfinire; hoc enim saltem accusatori non licuit, quamvis indicendo certum à magistratu tempus præfiniretur,ut in causa Miloniana accusatori horæ duæ,defensori tres, lege Pompeja.Cùm autem causa hæc ageretur ad populum, tribunusplebis determinavit tempus nomine populi.

Quanquam in hac præscriptione: Non tam injuriam facis Rabirio,quàm mihi Consuli.Satis enim mihi temporis est, ut Rabirium defendam, ejusq; demonstrem innocentiam, quod paucis fieri poterit. At haberem ego Consul mul-

rendum parùm. Nisi fortè de locis religiosis, ac de lucis, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas. Quo in crimine nihil est unquam abs te dictum, nisi à C. Macro objectum esse crimen id C. Rabirio, in quo ego demiror, meminisse te, quid objecerit C. Rabirio Macer inimicus: oblitum esse, quid æqui & jurati judices judicârint. An de peculatu facto, an de tabu-

De Lucis violatis.

Antitheta.
A testimonio judicum.
3.
2. De peculatu.

multas querelas contra te, & tui similes &c.

Nisi fortè: Causa principalis non indiget magno tempore, ut refutetur. Fortè autem alia & leviora crimina plus temporis requirent? Ea quinque sunt à Labieno objecta. 1. De Lucis violatis. 2. De peculatu. 3. De filio sororis necato. 4. De plagio. 5. De impudicitia. Hæc omnia breviter refutat, & paucis difflat.

Locis religiosis: Refutatio primi criminis ex testimonio judicum, qui pro Rabirio judicârunt. Delatus fuit Rabirius, quòd in tumultu Saturnini lucos violârit. Per loca religiosa intelligit tumulos, & sepulchreta, quæ nos Cæmeteria vocamus. Lucus, nemus erat religiosis locis ac delubris vicinum, & ferè Numini alicui sacratum.

Nisi à C. Macro: Aliud tu dicere & objicere non potuisti, quàm Macrum olim objecisse Rabirio hoc crimen. Nescis autem, vel non recordaris æquos & juratos Judices Rabirium ab hoc crimine absolvisse? Fuit hic C. Licinius Macer vir Prætorius, Calvi oratoris pater, biennio ferè, antequam hæc dicerentur, mortuus. Ab hoc accusatus est olim Rabirius, nec tamen condemnatus.

An de peculatu: Fortè plus temporis insumendum putas ad refutandum crimen peculatûs, quod objecisti? Ab-

solu-

bulario incenso, longa oratio est exprimenda? Quo in crimine propinquus C. Rabirii, judicio clarissimo, C. Curtius pro virtute sua est honestissimè liberatus: ipse verò Rabirius non modò in judicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem suspicionem verbo est unquam vocatus. An de sororis filio diligentiùs respondendum est? quem ab hoc necatum esse dixisti, cùm

3. De parricidio.

solutus est Curtius de hoc crimine delatus, Rabirii propinquus; Rabirius ne suspectus quidem unquam fuit. *Peculatus est* furtum pecuniæ publicæ. In illo tumultu, in quo Saturninus occisus est, fortè direptum fuit ærariũ.

Tabulario incenso: Tabularium locus est, in quo acta & publicæ tabulæ reponuntur. Cùm hoc objiceretur Rabirio, nondum patefactum erat, à quo incensum esset, quod Q. Sosius se fecisse postea confessus est.

Propinquus C. Rab. Nam Rabiriam, sororem Rabirii, in matrimonio habuit.

C. Curtius: Est trajectio verborum: *propinquus C. Rabirii C. Curtius:* interserit pro elegantia: *judicio clarissimo.*

Pro virtute sua: Pro sua innocentia.

Liberatus: Absolutus.

Verbo: Ne uno quidem verbo.

An de sororis filio? Tertium crimen objectum: dicebat Labienus Rabirium occidisse sororis suæ, & Curtii filium, & ideò quidem, ut Curtius (qui ut ex priore objecto crimine patet) reus agebatur de peculatu, in judicium per illos dies venire non teneretur. Qui enim funus aliquod ex sua familia ducendum habebat, excusabatur legibus, ne in judicium venire deberet; quàm autem hoc est parùm credibile, inquit Cicero, sororis filium, longè cariorem, quàm maritum sororis, occidere, ut ne maritus

cùm ad judicii moram familiaris funeris excusatio quæreretur. Quid enim est tam verisimile, quàm cariorem huic sororis maritum, quàm sororis filium fuisse? Atquè ita cariorem, ut alter vitâ crudelissimè privaretur, cùm alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur? An de servis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de civibus Ro-

Ironicè.

Geminatio.

4. De Plagio.

tus per duos dies (brevis hæc mora quid juvat?) in judicium venire obligetur?

Ad judicii moram quæreretur &c. Cùm aliquam excusationem quærerent, ne Curtius statim cogatur ad judiciũ.

Familiaris funeris excusatio: Pro excusatione, quòd funus à familia ducendum. Sic enim lex erat: *qui in jus vocatus est, si vadimonium deserit, excusatur, si funus familiare* (id est ex sua familia) *ducat.*

Quàm cariorem: Nunquid credibile est, plùs à Rabirio diligi sororis maritum, quàm sororis filium? Certè non. Proponit Cicero ironicè, ita ut contrarium intelligat.

Ad prolationem judicii: Ut duobus diebus, quibus funus curandum, judicium proferatur? Quæ inde utilitas tanta, ut propterea sororis filius occidatur? Est refutatio per conjecturam.

An de servis: 4. crimen de plagio: est autem *plagium* crimen, quando quis hominem, quem scit esse liberum, emit, venditve, aut pro servo tenet; qui servo aut servæ persvadet, ut à domino, domináve fugiat; vel cùm eum invito domino vinctum habet; dictus plagiarius, quòd qui criminis hujus convictus esset, lege Fabia plagis damnaretur; unde crimen *plagium*, & lex *plagiaria.*

L. Fabiam: Ab aliis scribitur *Flaviam*, sed malè.

Le-

Refellitur publico. Apuliæ & Campaniæ testimonio.

Romanis contra legem Porciam verberatis, aut necatis, plura dicenda sunt, cùm tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur? cumquè ad ejus propulsandum periculum non modò homines, sed propè regiones ipsæ concurrerint: aliquantò etiam latiùs excitatæ, quàm ipsius vicinitatis nomen, ac termini postulabant? Nam quid ego ad id longam orationem comparem, quod est

Hyperbole.

5. De pudicitia violata.

Legem Porciam: Porcia lex memorabilis est à M. Porcio Catone lata, ne quis Magistratus civem Romanum virgis cæderet, necarétve; cùm anteà nudatorū cervix insereretur furcæ, corpus virgis ad necē cæderetur. Itaq; pœna damnatorum postea fuit vel bonorum multatio, vel omnium publicatio, vel aquâ & igni interdictio, hoc est: ut interdiceretur usus earum rerum, quibus vita constabat, ut adeò cogerentur in exilium abire.

Cùm tanto studio: Quis credat, Rabirium servos aut cives Apuliæ & Campaniæ indignè habuisse, cùm tanto studio, tantâ frequentiâ, totæ hic adsint regiones istæ ad laudandum & defendendum Rabirium; ergo nec servos retinuit, nec cives verberavit, aut necavit: id enim si fecisset, odiosus esset. *Studium, voluntas*, propensum & benevolum affectum significat.

Ornetur: Cùm populi ei tantum honorem exhibeant.

Aliquantò latiùs, quàm: Ultra vicinitatis terminos. Non tantùm vicini suis excitati sedibus ad laudandum Rabirium convenerunt: quod argumentum est, eum hominibus carissimum fuisse.

Nam quid ego: Particula pro transitione, & præteritione.

Longam orationem comparem: Hactenus semper in enumeratione 5. istorum criminum objectorum, verbis quidem

est in eadem multæ irrogatione perscriptum, hunc nec suæ, nec alienæ pudicitiæ pepercisse? Quin etiam suspicor, eò mihi semihoram à Labieno præstitutam esse, ut ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad hæc crimina, quæ Patroni diligentiam desiderant, in-

Explodit hoc crimen. Cõclusio de criminibus extra perduellionem.

dẽ diversis, dicit, non opus esse longâ refutatione ad istud, nec ad istud &c. *Nisi fortè pluribûs verbîs respondendum &c. An de peculatu longa oratio? an de sororis filio diligentiùs respondendum? an de servis plura dicenda?* nunc verò: *quid ego ad id longam orationem &c.* En varietatem insignem.

In eadem multæ irrogatione: Intelliguntur hæc, si consvetudo Romanorum in judiciis sciatur. Actor igitur accusatione suâ factâ, rogationem aliquam scribere, & in ea post explicatum crimen, latâ ab aliquo magistratu lege, solebat petere, ut judices, vel populus, qui judicabat, hanc, vel illam reo pœnam multamvè irrogaret, & hæc actio, petitioq; accusatoris dicta est *irrogatio multæ, pœnævè.* Tum audita defensione populus (nam in hac causa populus judicare debebat) dabat suffragia, & vel sententiã ferebat in hanc formulam: UTI ROGAS, quemadmodum legem tulisti, fiat: vel ANTIQUO, id est: abrogo, irritam facio legem.

Perscriptum: In illa multæ irrogatione perscripta erant hæc hactenûs enumerata, & istud etiam crimen de violata pudicitia. Nam priùs crimina scribebantur, & promulgabantur, dein pœna subjiciebatur. Porrò multæ nomine comprehendebatur etiam capitis pœna, etiam exilium &c.

Ut ne plura &c. Quæ Labienus impudicus æquis auribus, aut salvâ fronte non audiret; & sic explodit hanc objectionem de violata pudicitia.

Patroni diligentiam: Claudit horum criminum refutationem juxta illa, quæ suprà: *Patroni partes reliquisti, Consulis*

Oppoſita. intelligis mihi ſemihoram iſtam nimiùm longam fuiſſe. Illám alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam, atquè anguſtam eſſe voluiſti: quæ non oratoris ingenium, ſed Conſulis auxilium implorat, & flagitat. Nam de perduellionis judicio, quod à me ſublatum eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirii. Quod utinam, Quirites, ego id aut primus, aut ſolus ex hac Republica ſuſtuliſſem, utinam quod ille crimen eſſe vult, proprium teſtimonium meæ laudis eſſet? Quid

Similiter cadens.

Ea, quæ Ciceroni objecta.

Optatio.

ſulis ademiſti. Vides, quàm Patroni partes breviter adimpleverim, paucis verbis refutârim, ut diligentem & bonum patronum facere decet.

Alteram partem: Pro altera parte, eaq; principali de occiſo Saturnino plus mihi temporis exoptarem, quæ res non tam indiget bonô, diligente & ingeniosô patronô, quàm *Conſulis* auxiliô & auctoritate.

Nam de perduellionis: Refutatis criminibûs Rabirio objectis extra crimen perduellionis, jam diluit quædam ſibi objecta. Duo enim crimina in Ciceronem conjiciebat Labienus, alterum, quòd perduellionis judicium ſuſtuliſſet, id eſt: quòd ſupplicium ſumi de perduellionis condemnatis prohibuiſſet; alterum: Ciceronem eſſe crudelem, minimèq; pópularem, ſe verè populo favere. Perduellio quid ſit, dixi in Argumento hujus orationis.

Quod utinam: Utinam hæc eſſet propria mihi ſoli laus, aut primus ego tale judicium ſuſtuliſſem, ducerem mihi inſigni gloriæ. Nam ante me, civem Romanum virgis cædendi, capite plectendi poteſtatem jam ſuſtulerunt alii, ut M. Porcius Cato, & C. Gracchus.

Proprium: Mihi nempè ſoli.

Car-

Quid enim optari potèst, quod ego mallem, quàm me in Consulatu meo carnificem de foro, crucem de campo sustulisse? Sed ista láus primùm est majorum nostrorum, Quirites, qui expulsîs regibûs nullum in libero populo vestigium crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorum virorum fortium, qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate legum munitam esse

Similiter cadens.

Diluit objectionem exemplô majorum.

Similiter cadens.

Antithbeta.

Carnificem de foro: Cùm quæstio perduellionis, & judicium de hac exerceretur in foro ad comitia centuriata populi, adducere solebat accusator carnificem, ut inde damnatum abduceret in campum Martium, & in erectam ibi crucem ageret: Cicero ergo prohibens judicium perduellionis, tollit quodammodo carnificem de foro, crucem de campo.

Expulsîs regibûs: Reges primò habuêre Romani, sed horum imperiô, quod annos CCXLIV. duraverat, abrogatô, Consules creati sunt annô ab urbe condita 236. Ultimus Regum erat Tarquinius Superbus; primi Consules L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.

Crudelitatis regiæ: Reges olim, cùm populus nondum liber esset, ejusmodi supplicia capitalia decrevêre in cives; & primus hujus supplicii auctor fuit Tullius Hostilius Rex. Majores nostri cum expulsis regibus etiam expulsum voluêre hoc supplicium in cives.

Multorum virorum fortium: Laus hæc etiam pertinet ad alios egregios viros: ad Porcium Catonem, Sempronium Gracchum, qui leges tulerunt, ne de civibus Romanis supplicium sumi posset. Hi populi libertatem suis legibûs munire voluerunt, & firmam reddere, sed iis legibus, quæ lenes essent, non quæ acerbæ.

Infestam: Passivè hic accipitur, & idem est, ac infestatam, vexatam, vitiatam.

4\. esse voluerunt. Quamobrem uter nostrûm tandem, Labiene, popularis est? *Adjunctio. Repetitio.* Tune, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo Martio, Comitiis centuriatis, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi, & constitui jubes: an ego

Quamobrem: Delabitur ad alterum, quod sibi objectum, se non esse popularem. Est hæc connexio: cùm ergo fecerim ego id, quod est pro bono vestræ libertatis, quis me non potiùs dicet popularem, quam Labienum? Est enim *popularis*, qui saluti populi consulit, qui ea facit, quæ multitudini jucunda & grata: *Optimates* dicebantur principes civitatis, qui Senatûs potentiam amplificabant. *Populares*, qui plebis libertatem adversùs Principum opes tuebantur.

Tuné: Qui carnificem &c. qui vincla; Sic conjunge: an popularis tu, qui carnificem in concione populi, qui vincla adhibes?

Campo Martio: Exactis regibûs ager Tarquiniorum, qui inter urbem & Tiberim fuit, consecratus Deo Marti, *Martius* deinde Campus dictus. In eo centuriata semper habita sunt Comitia.

Comitiis centuriatis: Centuria ordo quidam est, cùm per centum aliquid distribuitur. Unde Equitum, militum centuriæ &c. Erat autem populus R. in classes, id est: ordines V. distributus, & singulæ classes in tribus, curias & centurias. In majoribus comitiis convenerant omnes centuriæ, ideò *centuriata Comitia* dicta sunt. *Comitia* sunt conventus populi.

Auspicato in loco: Hoc est: loco ab auguribus, & per auspicia consecrato; non enim celebrabant Comitia, nisi auspicatò, observatis auspiciis & auguriis, quæ nisi bona fuerint, differebant Comitia. Crux autem locum auspicatum funestatura erat.

ego qui funeſtari concionem contagione carnificis veto? qui expiandum forum populi Romani ab illis nefarii ſceleris veſtigiis eſſe dico? qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus, omnium civium Romanorum integrum jus libertatis defendo ſervari oportere? Popularis verò Tribunus plebis, cuſtos, defenſorque juris & libertatis! Porcia lex virgas ab omnium

Contrarium.
Synonyma.
Similiter cadens.
Adjunctio.
Diſſolutio.
Ironia figura.
Comparatio à cōtrariis.

Funeſtari: Pollui, cōtaminari, crudelitatis probrô aſpergi.

Contagione: Tanquam carnificis præſentia hominibus peſtem afflaret.

Expiandum forum: Expiari dicuntur ea, quæ à labe mundantur; hinc expiare animam à peccatis.

Ab illis veſtigiis: Nefarii ſceleris, nempè carnificis, & crucis.

Caſtam: Caſtum eſt, quod purum, quod mundum eſt, quod non violatum.

Sanctum: Itidem inviolatum, mundum ſignificat; quatuor hic ſunt ſynonyma: *caſtum, ſanctũ, inviolatum, integrũ.*

Jus libertatis: Nam in eo etiam libertatis jus vel maximum erat, ne carnifex civem attingeret: ne civis verberaretur.

Popularis verò: Ironicè: quàm præclarè populo favet, populi libertatem tuetur Labienus!

Cuſtos libertatis: Regibus exactis, cùm patricii & nobiles nimiâ ſuâ potentiâ in tenuiores cives abuterentur, plebs armata in montem ſacrum, qui tria ab urbe paſſuũ millia diſtat, ſeceſſit. Ibi à Senatu impetravit, primùm ut quinque, deinde ut alii totidem *libertatis ſuæ cuſtodes, defenſoresq;* crearentur, qui *Tribuni plebis* dicti ſunt.

Porcia lex: Illa nempè, quam M. Porcius Cato ſtatuit, de qua ſuprà. Obſerva hic comparationem elegantem cum contrariis.

Virgas, flagella, Carnificis: Flagellum atrocius eſt, quàm vir-

um civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella retulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit: Labienus homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injussu vestro judicaretur: hic popularis à Duumviris injussu vestro, non judicari de Cive Romano, sed indi-

virgæ, quas etiam pro insignibus præferri sibi curabant Magistratus; flagellum gestabant carnifices, non lictores. Est enim discrimen quoq; Carnificem inter,& Lictorem. Lictores in urbe domicilium habebant, & Virgarum fasces Consulibus & Prætoribus præferebant. Carnifex extra urbem habitabat, ne civitatem funestaret. Idem advocabatur, siquis perduellionis damnatus esset, siquis vel servus,vel ex infima plebe à Triumviris capitalibus damnatus esset; nolam & flagellum gestabat, præsertim cùm in damnatum animadversus esset: nolam,ut omnes ab ipsius contagione caverent: flagellum, quo damnatum cædebat.

Lictori eripuit: Cavit, ne lictor civem vinciret, & verberaret, & sic libertatem demeret.

C. Gracchus: Legem Semproniam significat, à C.Sempronio Graccho latam; leges enim es familiæ nomine appellabantur. Hac lege pariter sicut & Porciâ non licebat sine jussu populi Romani de capite civis judicare. De his legibus Cicero in Verrem: *O Lex Porcia,Legesq; Semproniæ!* hujusmodi legum præsidio se quoq; defendit Paulus Apostolus, cùm jussu Tribuni loris esset cædendus Jerosolymis, ut est in Actis 22. *Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?*

A Duûmviris: Videtur significare, hanc Rabirii causam primùm apud Duûmviros actam esse, & condemnatam injussu populi; deinde Rabirium ab his provocâsse ad

indictâ causâ civem Romanum capitis condemnari coëgit. Tu mihi etiam Legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cujusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modò suppliciis inusitatis, sed etiam verborum inaudita crudelitate violare libertatem hujus populi, tentare mansvetudinem, commutare disciplinam conatus es? Namque hæc tua, quæ te hominem clementem, popularemque delectant: I Lictor colliga manus: quæ non modò hujus libertatis, mansvetudinisque non sunt,

Repetitio. Conclusio à dissimili.

Similiter cadens. Comparatio Labieni cum aliis.

sed

ad populum. *Duûmviri* sunt duo viri simul ad idem munus constituti, & constituebantur præcipuè, si crimen perduellionis judicandum; primus enim Tullius Hostilius Rex in causa Horatii sororem necantis Duûmviros constituit.

Indictâ causâ: Cùm causa non est dicta, neq; se reus defendit, sive præsens, sive absens per alium.

Inusitatis: Jam pridem enim desitum erat, & desvetum sit animadvertere in cives.

Verborum inaudita crudelitate: Iis nempè verbis crudelissimis, quæ sequuntur: *I lictor, colliga &c.*

Tentare: Id est: invadere, & infesto animo petere ad evertendum: sic dixit suprà: *unius hominis senectus, infirmitas, solitudoq; tentata est.*

Namq; hæc tua: Carmina nempè, ut infrà sequetur.

I Lictor, colliga: Verba sunt Labieni, & Duûmvirorum judicantium, per Prosopopœiam adducta, ad normã & similitudinem eorum, quæ olim Reges & tyranni adhibebant; sicut patet ex Livio lib. 1. ubi à Tullio *hæc lex horrendi carminis* data est; & ideo formulam verborum

etiam

sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii: sed Tarquinii superbissimi, atquè crudelissimi Regis ista sunt cruciatûs carmina: quæ tu homo lenis, ac popularis libentissimè commemoras: CAPUT OBNUBITO, ARBORI INFELICI SUSPENDITO. Quæ verba, Quirites, jam pridem in hac republica non solùm tenebris vetusta-

Ironia.

Metaphora.

Antithet.a Simil: cad.

etiam *carmina* vocat Cicero. Vide statim infrà.

Romuli,aut Numæ Pomp. Non sunt hæc carmina,jussa, & leges alicujus Regis & Principis clementis, qualis fuit Romulus aut Numa, sed truculenti,sæviq; tyranni Tarquinii. Romulus primus urbis conditor & imperii Rex erat, sed non crudelis; Numa Pompilius secundus à Romulo Romanorum Rex,& Religionis auctor maximus justitiâ insignis erat, sed absq; crudelitate.

Tarquinii: Septimi, & ultimi Romanorum Regis, qui à moribus & crudelitate nomen *Superbi* acceperat, quocum Regum etiam nomen expulsum est; hic in Civium Romanorum cruciatu ejusmodi formulâ sæpè usurpabat.

Carmina: Id est: formulæ,voces; quia enim leges & judicium sententiæ promulgabantur per præconem, & quasi decantabantur juxta certam verborum formam,ideò *Carmina* sunt appellatæ. De hac voce etiam in Orat.pro Muræna.

Commemoras: Dicis, recenses, usurpas.

Caput obnubito: Obnubere, est velare,operire, à nube dictum,quæ cœlum operit;inde tropicè mulier, quæ viro traditur,nubere dicitur,quia tum ejus caput velabatur.

Arbori infelici: Dicitur suspendere arbori, de arbore, ab arbore, ex arbore Arbor infelix, crux, patibulum, tanquam lignum maledictum.

Tenebris vetustatis: Non solùm ista verba jam inusitata sunt;quia jacent oppressa tenebris vetustatis,longa antiqui-

ſtatis, verùm etiam luce libertatis oppreſſa ſunt. An verò ſi actio iſta popularis eſſet, & ſi ullam partem æquitatis haberet, aut juris, C. Gracchus eam reliquiſſet? Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho fratris: & tibi acerbior ejus patrui mors eſt, quem nunquam vidiſti, quàm illi ejus fratris, quicum concordiſſimè vixerat? & ſimilis viri tu ulciſceris patrui mortem, atquè

5. *Comparatio Labieni cum C. Graccho.*

Argumentum à majore.

Repetitio.

tiquitate, ſed maximè quia oppreſſa ſunt luce libertatis, & populo libertatem habente non tolerantur. Similis eſt vetuſtas tenebris, libertas luci.

An verò: Siquis *popularis* & juſtus ideò eſſet, quia tale judicium inſtituit, certè Gracchus, qui quàm maximè juſtus & popularis erat, atq; eſſe volebat, tale judicium non omiſiſſet in illum, qui fratrem ſuum Tiberium Gracchum occiderat; ſed Gracchus omiſit; ergo &c. Eſt argumentum à contrario, & auctoritate.

Scilicet graviorem: An major fuit dolor tuus ob occiſum patruum, quàm Gracchi ob occiſum fratrem, certè non. Ergo Gracchus habuiſſet cauſam longè majorem; fratris enim mors dolet magis.

Patrui tui: Actio enim hæc ideò ferè inſtituta eſt à Labieno, quia in illo tumultu, in quo occiſus eſt Saturninus, occiſus etiam eſt Q. Labienus, hujus Labieni accuſatoris patruus.

Fratris: Tiberii Gracchi, qui à P. Naſica in Capitolio occiſus eſt.

Quem nunquam vidiſti: Quia necatus eſt ante ſex & triginta annos.

Quicum: Id eſt, quocum.

Et ſimilis: Repetitio eſt in particula *&*, quæ ter ponitur initiô periodorum: & magis tu doles mortem patrui tui? &

atquè ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? & par deſiderium ſui reliquit apud populum Romanum Labienus iſte, patruus veſter, quiſquis fuit: ac Tiber. Gracchus reliquerat? An pietas tua major, quàm Gracchi? an animus? an conſilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? quæ ſi in illo minima fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Cùm verò his rebus omni-

Alia repetitio. Interrogationib9 inſtat. Adjunctio. Antitheta.

& ulciſceris tu mortē viri ſimilis illi Graccho? & patruus tuus Labienus tam gratus fuit populo Romano, tanto ejus dolore amiſſus, quàm ille Gracchus? Eſt modus loquendi ironicus.

Atq; ille perſequeretur: Anne tu perſequeris mortem viri ſimilis, ſicut Tib. Gracchus fuit, & ſicut (*atq;*) perſecutus fuiſſet (*perſequeretur*) C. Gracchus, ſi voluiſſet, ſi judicâſſet, hoc poſſe, aut debere fieri.

Par deſiderium: Gracchi in magna æſtimatione & amore populi R. fuerunt; plebi enim favebant contra Senatum & Optimates. Eſt igitur hoc exemplum Gracchi valdè bene ad hominem, ut dicimus.

Quiſquis fuit? Eſt ad contemptum Q. Labieni, tanquam ignotus eſſet populo rebus-actis.

Ac T. Gracchus: Tale, quale Gracchus.

Pietas: Erga propinquos nempè.

An animus: Ut non auderet; an *conſilium?* ut non ſciret, quomodo res agenda. *An opes?* ut ſibi ſuæq; cauſæ patronos conciliaret: *an auctoritas?* quâ cauſam evinceret. *An eloquentia?* quâ peroraret, Singularis fuit Gracchi eloquentia à Cicerone alibi laudata; ergo habuiſſet ille adjumenta & cauſas maximas Naſicam interfectorem fratris ſui accuſandi.

Præ tuis facultatibus: Comparatione earum rerum, quæ in te ſunt.

Quan-

mnibus C. Gracchus omnes vicerit: quantum intervallum tandem inter te, atquè illum interjectum putas? Sed moreretur priùs acerbissima morte millies Gracchus, quàm in ejus concione carnifex consisteret: quem non modò foro, sed etiam cœlo hoc, ac spiritu Censoriæ leges, atquè urbis domiciliô carere voluerunt. Hic se popularem dicere audet, me alienum à com-

Conclusio argumenti per comparationem,

Quantum intervallum: Quantum putas te ab illo distare, cùm in singulis fuerit præstantissimus, atq; adeò habuisset causas maximas ad ulciscendum fratrem.

Sed moreretur: Est minor syllogismi, quem ad argumentandum hic adhibuit: *si perduellionis actio popularis esset & æqua, tum Gracchus multò minimè omisisset; At ille millies mori maluit, quàm hoc agere, & adducere carnificem in forum adversùs Civem Romanum*, ergo talis actio non est popularis.

Non modò foro: &c. Leges à Censoribus latæ prohibent, ne carnifices possint esse cives & venire in forum cum aliis ad comitia &c. Et non tantùm hoc; sed ut neq; domum habeant in urbe,& communi äëre,(cœlo) cum aliis in urbe frui non liceat. Ea de causa etiam supplicium in urbe de sontibus non sumebatur, sed extra urbem.

Hic se popularem:Conclusio argumenti contra objectionem Labieni,ubi Cicero ipse explicat, quid sit esse popularem, nempè, addictum esse commodis populi; contrà non est popularis, qui alienus à commodis populi. Tota hæc argumentatio non est extra causam;primò enim Cicero à se amovet invidiam populi, cui displiceret, si popularis non esset; deonerat invidiam in adversarium. 2. hoc tanquam blandimento mitigat iratum & concitatum populum in Rabirium. 3.Jam demonstrat non debere Carnifici tradi Rabirium ob notam crudelitatis, ob le-

& oppositionem Ciceronis & Labieni. commodis vestris: cùm iste omnes & suppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria vestra, ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atquê ex regum commentariis conquisiêrit: ego omnibus meis opibus, *Repetitio. Dissolutio.* omnibus consiliis, omnibus dictis, atquè factis repugnârim, & restiterim crudelitati? Nisi fortè hanc conditio- *A minore.* nem vobis esse vultis, quam servi, si libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent. Mi- *Traductio.* sera est ignominia judiciorum publico-

rum,

leges & libertatem civium Romanorum etiamsi interfe-ctor esset.

Cum iste: Estne popularis ille, qui adversùs libertatem civium omnem illam conquirit suppliciorum crudelitatem, quæ vel nostris temporibus aliquando contigit, vel in annalibus legenda est?

Non ex memoria vestra: Non ex vestra, patrumq; ætate, quâ hæc supplicia inaudita & invisa fuerunt.

Annalium: Annales sunt res singulorum annorum litteris mandatæ. Per commentarios autem Regû intelligit tabulas, in quibus acta regum perscripta erant, & quæ in tabulario publico asservabantur.

Regum: Vel solum hoc nomen libero populo exosum erat; itaq; pro invidia Labieno concitanda sæpiùs adducitur.

Omnibus opibus: Facultatibus, viribus.

Nisi fortè hanc conditionem: Fortè vos cives vultis esse deterioris conditionis, quàm servi ipsi, qui tale aliquid, talem conditionem, talem statum ferre non possent, nisi ferrent spe obtinendæ libertatis.

Ignominia judiciorum publicorum: Judicia publica sunt, quæ vulgò dicuntur criminalia: in ea qui vocatur, non

sine

rum, misera multatio bonorum, miserum exilium: sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. Mors denique si proponitur, in libertate moriamur. Carnifex verò & obductio capitis & nomen ipsum crucis, absit non modò à corpore civium Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Harum enim omnium rerum, non solùm eventus, atque perpessio, sed etiam conditio, exspectatio, mentio ipsa denique, indigna cive Romano, atquè homine libero est. An verò servos nostros horum

Ad commiserationem. Gradatim ascendit ad majora.

Dissolutio. Incisa.

Dissolutio. Incisa.

A minore ad majus.

sine ignominia est, ergo miser est.

Misera multatio: Miserum etiam est, multari bonis, mitti in exilium; non tamen prorsus adimitur omnis libertas; mors etiam tam misera non est, si in libertate moriamur; at sub carnificis manu, obducto capite, in cruce mori, tam misera sunt, ut non tantùm à cive Romano sustineri non debeant, sed neq; videri, neq; cogitari.

Mors si proponitur: Si moriendum, moriamur, modò ne tanquam servi & mancipia.

Horum enim omnium: Nempe carnificis, obductionis capitis, & crucis.

Perpessio: Ipsum supplicium, quod suffertur: *Passionem* dicere Cicero non solet, sed *perpessionem*.

Etiam conditio: Vel ipsa conditio, & ratio, seu modus supplicii hujus, in quod incidere civis Romanus potest.

An vero: Ergonè nos, benigni nempè domini, possumus nostros servos, cùm eos manumittimus, & unam in manumissione vindictam de ipsis summimus, in perpetuum liberare à talibus suppliciis metuendis; nos ipsi verò non erimus

Polysyntheta.
Incisa.

rum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas unâ vindictâ liberabit: nos à verberibus, ab unco, à crucis denique terrore, neque res gestæ, neque acta ætas, neque nostri honores vindicabunt? Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor, & præ me fero, te ex illa crude-

erimus liberi neq; propter res gestas, neq; propter ætatem, neq; propter dignitatem. Nam servi manumissi fiebant liberi, & cives, in quos Lege Porciâ non licebat animadvertere capitali supplicio.

Una vindictâ: Cùm manumitterent, sive liberum abire permitterent servum, Prætor, aut lictor virgâ percutiebat caput servi manumittendi, & hæc pronuntiabat verba: Hunc *hominem liberum esse ajo:* Simul Dominus hæc dicebat: *Abito, quò voles, nihil te moror.* Hæc ergo percussio, vindicta dicitur.

Ab unco: Instrumentum erat, & fustis incurvus, quem impingebat iis, quos ad supplicium trahebat, carnifex. In hac periodo iterum observet tyro modum loquendi sublimiorem per substantiva abstracta vel duplicata. *Suppliciorum metu* pro metuendis suppliciis: *dominorum benignitas liberat:* benigni Domini: *crucis terrore: verberibus, unco, res gestæ, acta ætas, honores nos vindicant &c.*

Quamobrem: Propterea ego non nego me sustulisse hoc judicium perduellionis; observa locutionem passivam pro activa; *te meo consilio depulsum*, pro me depulisse te, sustulisse hoc judicium. Ita frequenter Cicero, & sublimiter.

Profiteor: Plus significat, quàm præcisè fateor, & confiteor. Sic alibi: *non solùm confiteor, sed etiam profiteor:* non solùm tibi fateor, sed publicè, liberè, non coactus affirmo, declaro; *præ me fero;* non dissimulo.

Non

deli, importuna, non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. Qua tu in actione, quanquam omnia exempla majorum, omnes leges, omnem auctoritatem Senatûs, omnes religiones, atquè auspiciorum publica jura neglexisti: tamen à me hæc in hoc tam exiguo meo tempore non audies. Liberum tempus nobis dabitur ad istam disceptationem. Nunc de Saturnini crimi-

Dissolutio. Incisa. Traductio. Enumeratio.

Præteritio.

CONFIRMATIO.

Non *tribunitia:* Quæ importuna, crudelis actio neutiquam tribuni est (qui popularis esse debet) sed regis & tyranni; iterum nomen regium populo exosum ad invidiam Labieni adducit.

Qua tu in actione: In accusatione Rabirii & judicio perduellionis instituendo egisti tu contra majorum exempla, contra leges &c. Sed tamen hæc non amplificabo, non inde te multùm vituperabo, quod possem, si tempus hoc exiguum à te præscriptum pateretur.

Auctoritatem Senatûs: Nam Senatus olim judicavit Saturninum hostem esse, adeoq; posse occidi. Tu in hoc judicio infringere vis auctoritatem Senatûs.

Omnes religiones, atq; auspiciorum &c. Tu enim in *Campo Martio, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium desigi, & constitui jubes.* Quod est contra religionem loci, & auspicia, id est: sacras nostras observationes.

Disceptationem: Ut de his rebus alibi contendamus, & disputemus, erit jam occasio, & tempus.

Nunc de: Ad ipsam nunc causam propiùs accedit, & ad Rabirio objectum crimen, cûm tamen Rabirius Saturninum non interfecerit, sed Scæva Servus Q. Cratonis, Cicero autem optat, ut posset fateri nomine Rabirii hoc, quod ipsi dicunt crimen; non enim tam crimen fore, quàm

DE IPSA NECE SATURNINI. 6.

Synonymia. Articulus. Optatio.

mine, ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. Arguis occisum esse à C. Rabirio L. Saturninum, & id C. Rabirius multorum testimoniis, Q. Hortensio copiosissimè defendente, anteà falsum esse docuit. Ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. Utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem hoc prædicare, C. Rabirii manu L. Saturninum hostem po-

quàm rem Rabirio gloriosam.

Saturnini: Qui cùm esset Tribunusplebis, ex Senatûs-consulto, & à Senatoribus hostis Reipublicæ declaratus, in tumultu occisus fuit; de quo in Argumento Orat.

Clarissimi patrui tui: Vel ironicè Cicero vocat clarissimum (nam suprà contemptibiliter de eo locutus erat) vel ita vocat; quia eum plerumq; sic vocare solebat Labienus. Quintus Labienus vocabatur ille, qui tum occisus fuerat.

Quint: Hortensio: Hortensius causam Rabirii priùs jam apud Duûmviros egerat, & demonstrârat, necem illam non esse factam à Rabirio.

Si mihi esset integrum: Nisi jam antè ostendisset Hortensius, à Rabirio non esse interfectum Saturninum. *Integrum mihi non est*, eleganter dicitur, & significat; *non est in meo arbitrio, vel potestate, non jam convenit, non licèt porrò hoc facere.*

Susciperem: Faterer interfectum à Rabirio.

Facultatem: Utinam mihi liceret!

Prædicare: Profiteri, decantare, palàm gloriari, quasi laudabile. *Prædicare* Cicero sæpè dicit, pro apertè & publicè laudare; deprædicare autem non invenio.

Hostem pop: Hostem enim senatus judicârat.

Nihil

Populi Romani interfectum. Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cùm indicat esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Nunquam, mihi credite, populus Romanus, hic, qui silet, Consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. Quantò jam levior est acclamatio! Quin continetis vocem, indicem stultitiæ vestræ, testem paucitatis? Libenter, inquam, confiterer, si verè possem, aut etiam, si mihi esset integrum, C. Rabirii manu L. Saturninum esse occisum: & id faci-

Acclamatio populi,

Denuò fit acclamatio, sed minor.

Epanalepsis.

Nihil me clamor: Cùm dixisset hæc Cicero, oborta est acclamatio quorundam obmurmurantium, & indignantium, quòd hæc dixisset. Moris enim fuit in concionibus, siquid magistratus diceret, quod populo placeret, ut id acclamationibus exciperent; siquid displiceret, obmurmurarent, & obstreperent.

Commovet: Obmurmurantibus Cicero pro potestate magistratûs, quem gerebat, fortiter & magnâ fiduciâ resistit, ultroq; objurgat.

Imperitos: Rerum ignaros, ut qui nesciant Senatûsconsulto Saturninum hostem Reipublicæ esse decretum.

Qui silet: Qui non acclamat. Pauci ergo fuère, qui obstreperent.

Quantò jam levior: Iterum est acclamatum, sed leviùs, quàm anteà, & exiliùs; ergo graviùs objurgat & compescit penitùs paucos eos obmurmurantes.

Quin: Cur non continetis &c.

Libenter, inquam: Epanalepsis & Geminatio figura est, cùm interjecta longa parenthesi vel digressione, ad institutum revertimur, seu iisdem verbis, seu variatis, eâdem tamen sententiâ.

Si verè possem: Aut etiam &c. Non modò si verum esset;

cinus pulcherrimum esse arbitrarer: sed quoniam id facere non possum, confitebor id, quod ad laudem minùs valebit, ad crimen non minùs. Confiteor, interficiendi Saturnini causâ C. Rabirium arma cepisse. Quid est, Labiene? quam à me graviorem confessionem, aut quod in hunc majus crimen exspectas? Nisi verò interesse aliquid putas inter eum, qui hominem occidit, & eum, qui cum telo occidendi hominis causâ fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra

Licentia.

Apostrophe.

Ex consequentibus, & antecedenti-

set, confiterer, sed etiam, si non jam probâsset Hortensius esse falsum: cujus oratio hanc mihi confitendi criminis facultatem ademit, effecitq;, ne jam sit integrum.

Quod ad laudem: Fatebor id, quod non æquè gloriosum est Rabirio, ac si occidisset; quod tamen æquè tibi servire poterit ad crimen demonstrandum; nam idem est voluisse occidere, & occidisse. Etsi hoc ultimum non fecerit Rabirius, fecit tamen prius, & hoc ex fiducia causæ tibi concedo.

Interficiendi causâ: Voluisse occidere. Quid ultrà petis à me Labiene? nunquid sat magnum crimen fateor?

Interesse: Nisi tu dicas, inter illa duo esse discrimen; quod non est; nam jus Civile ita comparatum fuit, ut consilium delinquendi æquè ac delictum ipsum vindicaretur. Cic. pro Mil. *quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur. Lex non minus eum, qui hominis occidendi causâ cũ telo fuerit, quàm eũ, qui occiderit, punit.*

Si interfici: Si scelus fuit occidere, scelus etiam fuit, velle occidere. Si verò juxta te scelus non esset, sed æquum & justum, velle occidere, etiam actu occidere, scelus non erit, sed æquum & justum. Probandum jam restat,

contra Saturninum sine scelere non possunt. Si arma jure sumpta concedis, interfectum jure concedas, necesse est. *bus & contrariis.*

Pauca quædam deesse videntur.

Fit S. C. ut Marius, L. Valerius Consules adhiberent Tribunosplebis & Prætores, quos eis videretur: operamque darent, ut imperium populi Romani, majestasque conservaretur. Adhibent omnes tribunosplebis præter Sa-

7. Narratio, unde & quomodo Saturnini cædes facta sit.

stat, quòd scelus non sit, voluisse occidere, & idcirco arma sumpsisse. Hoc probandum ex historia rei, quæ tota hic non ponitur, & forte secundum primam partem omissa est. Sequitur statim de Senatûs-Consulto facto, quod satis probat, jure arma esse sumpta ad occidendum Saturninum. Adeoq; non multa desunt ad narrationem rei passim notæ, vel dictæ ab Hortensio.

Fit S. C. Senatûs-Consultum; ita enim per abbreviationem scribitur. Senatus Consultum est Sententia Senatûs auctoritate decreta perscriptaq;. Probat ergo Cicero arma à Rabirio jure sumpta; quia Senatûs Consultum factum est in Saturninum, quo summa potestas Consulibus permissa est, ut *viderent, ne quid Respublica detrimenti pateretur*; quibus verbis in gravissimis negotiis Consules monebantur, ut agerent plena libertate, quæ necessaria essent pro bono Reipublicæ.

C. Marius, L. Val. Qui tum temporis Consules erant.

Quos eis &c. Quos adhibendos esse videretur.

Imperium majestasq;: Ut amplitudo & dignitas Romana detrimentum ne capiat.

Omnes tribunosplebis: Plures enim fuerunt; ab initio quinque; dein etiam decem.

Saturninum, Prætores præter Glauciam: qui Rempublicam salvam esse vellent, arma capere, & se sequi jubent. Parent omnes. Ex ædificiis, armamentariisque publicis arma populo Romano, C. Mario Consule distribuente, dentur. Hîc jam, ut omittam cætera, de te ipso, Labiene, quæro: cùm Saturninus Capitolium teneret arma-

Communicatio cum enumeratione.

Præter Glauciam: C. Servilius Glaucia tum Prætor erat, homo turpissimus, atq; levissimus, quem per translationem Curiæ Stercus dici posse Cic. l. de orat. 3. non negavit, nisi ad turpitudinem rei ejus, unde translatio est, animos eorum, qui audiunt, læderet similitudo.

Qui Rempublicam salvam: Cùm exercitum ducere vellet Consul, ibat in Capitolium, vel in armamentarium. Inde vexilla duo sumebat: unum, quo Equites, alterum, quo pedites evocabat, his verbis: qui Rempublicam vult salvam esse, me sequatur. Refert autem Val. Max. C. Marium Consulem in modum vexilli pileum tum ostentâsse; fortè quia Capitolium à Saturnino jam obsessum erat, nec inde vexillum potuit sumi. Pileus autem signũ erat libertatis, ut alibi dicemus.

Armamentariisq;: Armamentaria vocantur armamentorum, & armorum repositoria.

Hîc jam: Posito ex proxima narratione fundamento, arma à Rabirio sumpta esse auctoritate publica, & Consulari, jam ipsas partes inter se comparat, & Labienum interrogat, quid putet, num hanc, vel illam partem sequi debuerit Rabirius. Ex parte Saturnini fuerê pauci, atq; aliquis etiam libertinus, qui primùm ex vinculis evaserat. Ex altera parte Consules, Senatus, Equester Ordo, omnes boni.

Ex

matus, esset unà C. Glaucia, C. Saufejus, etiam ille ex compedibus, atquè ergastulo Gracchus: addam, quoniam ita vis, eodem Q. Labienum patruum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus. COSS. Pòst cunctus Senatus, atquè ille Senatus, quem etiam vos ipsi (qui hos Patres Conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam

Geminatio.

Ex compedibus: Subornatus ille & fictitius Gracchus, qui se Tib. Gracchi filium fingebat, re ipsa servus fuit nequissimus, in compedibus & ergastulo habitus, ereptus tamen inde à populo claustris convulsis. Hunc quoq; Saturninus in suas partes pertraxerat sub spe obtinendi tribunatûs.

Ergastulo: Locus erat, in quo servi nequiores vincti opus faciebant.

Quoniam ita vis: Quando in illo numero patruũ vis tuũ fuisse, quod nemo tamen scit, propter hominis obscuritatẽ.

Eòdem: Addam eòdem, in eundem locum, ad eosdem.

In foro autem: Illi priores foro expulsi in Capitolium se recepêre; in foro & in urbe persistebant alii meliores, qui alteram partem fecêre.

Cunctus Senatus: Totus Senatus.

P. C. Senatores vocati sunt Patres Conscripti, ex eo, quòd præter Patritios etiam in Senatũ adlecti ex ordine Equestri, & plebejo fuerint, qui diminutum Patrum numerum explerent, qui proinde in Senatum vocati, lectiquè, *Conscripti* vocabantur; mansit deinde hoc nomen penes omnes Senatores.

In invidiam vocatis: Ille tum Senatus fuit contra Saturninum, quem vos aliàs nomini Senatorio infensi cives & plebei, quiq; nunc de istis Senatoribus ita malè loquimini, tantùm ideò, ut toti Senatui possitis detrahere, quem vos, inquam, ipsi, æstimâstis & laudâstis.

diam vocatis, quò faciliùs de hoc Senatu detrahere possitis) laudare consvevistis: cùm Equester Ordo: at quorum? Equitum Romanorum, Dii immortales! Patrum nostrorum, atque ejus ætatis, quæ tum magnam partem Reipublicæ, atquè omnem dignitatem judiciorum tenebat: cùm omnes omnium ordinum homines, qui in salute Reipublicæ salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent: quid tandem C. Rabirio faciendum fuit? De te ipso, inquam, Labiene quæro: cùm ad arma Consules ex S. C. vocavissent: cùm armatus M. Æmilius, Princeps Se-

Exclamatio ad majorê Equestris Ordinis laudem.

Traductio.

Cōminatio. Distributio & catologus

De Senatu detrahere: Pro: *Senatui:* De eo malè loqui.

Dignitatem judiciorum: Qui tum judicia administrabant. C. enim Gracchus legem tulit, ut soli Equites judicarent, qui annos propè quinquaginta continuos judicaverunt; Posteà L. Sylla ab his ad Senatores judicandi potestatem transtulit. Postremò M. Aurelius Cotta legem tulit, ut Equites, Senatores, & Tribuni ærarii judicarent.

Omnium Ordinum: Verbi gratiâ: tribuni ærarii, scribæ, fabri, publicani, Equites.

De te ipso inquam: Repetit figuram Communicationis, & pertexit catalogum omnium virorum illustrium, qui contra Saturninum fuêre.

M. Æmilius: Scaurus, cujus constantiam & gravitatem non semel Cicero laudat. Æmilia gens Romæ imprimis illustris fuit.

Princeps Senatûs: Is ita dictus fuit, qui in legendo Senatu, quod per Censores fiebat, primo loco recitatus est. Qui honor ferè nemini nisi Consulari, & Censorio tribuebatur, & qui semel Principatum hunc acceperat, is dum

Senatûs, in Comitio constitisset; qui, cùm ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat: cùm denique Q. Scævola, confectus senectute, perditus morbô, mancus & membris omnibus captus, ac debilis, hastili nixus, & animi vim, & infirmitatem corporis ostenderet: cùm Lucius Metellus, Sergius Galba, C.

Virorũ illustrium.

Similiter cadens.
Ethopœia.

Antitheta.
Repetitio.

dum vivebat, locum illum, & auctoritatem retinebat.

In Comitio: Sic locus vocabatur in foro, ubi Prætor urbanus jus dicebat, unde Plautus homines litigiosos, Comitiales vocat.

Cùm ingredi vix: Propter adversam valetudinem pedum vix posset incedere, ambulare.

Non ad insequendum: Suam debilitatem pedum judicavit solùm sibi impedimento esse posse in fuga, quam tamen capere noluit; nõ judicavit se ob debiles pedes abesse debere, quin etiam hostes Reipublicæ vellet insequi, saltem exemplo suo & verbis hortando alios: ut id ipsum describit Val. Max. l. 3. de fortitudine; *arma sibi afferri jussit, quibus allatis ultima senectute confectum, & pœnè dilapsum corpus induit, spiculoq; innixus ante fores curiæ constitit, Senatum, & Equestrem ordinem ad exigendam vindictam impulit.*

Q. Scævola: Augur, qui cum L. Metello Dalmatico Consul fuerat. De gente Scævolarum præclara inter Romanos alibi dictum. Origo & nomen est à Scævola illo, qui manum dexteram combussit.

Perditus morbo: Destructus; ita Cic. pro Muræna; *morbô confectus, lacrymis, & mœrore perditus.*

L. Metellus: Dalmaticus, à devictis Dalmatis dictus, qui Consul fuerat cum Scævola; nam consulares hic enumerantur.

Serg. Galba: Sergius Galba Orator, cujus meminit in

C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnesquè, qui tum erant, Consulares, pro salute communi arma cepissent: cùm omnes prætores, cuncta nobilitas, ac juventus accurreret, Cn. & L. Domitii, L. Crassus, Q. Mutius, C. L. Claudius, M. Drusus, cùm omnes Octavii, Metelli, Julii,

Bruto Cicero, ut & reliquorum ferè omnium, qui hìc ponuntur.

C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus : Serranus cum Q. Cæpione, Rutilius cum Cn. Manilio, Fimbria cum C. Mario, Q. Catulus cum eodem Mario Consules fuère, adeoq; hi omnes *Consulares*, id est: olim, Consules: nomen enim hoc post Consulatum manebat.

Cn. & L. Domitii: Duo fratres, *Ahenobarbi:* dicti. Nam alii Domitii dicebantur *Calvini* ad discrimen geminæ familiæ. Ab his descendit Domitius Nero Imperator Romanus, & tyrannus crudelissimus.

L. Crassus, Q. Mutius: Crassus Orator, Mutius, Pontifex. Iste Lucius Crassus à Cicerone in libris de Oratore introducitur loquens; hic quoq; cùm esset annorum 27. defendit Liciniam virginem. Q. Mutius à familia Scævola cognomine dicebatur, superioris Scævolæ filius.

C. Claudius: Posteà Consul cum Perperna. Claudia gens pariter celeberrima plurimos in longam seriem Consules & imperatores dedit.

M. Drusus: Genere & eloquentiâ magnus, Catonis avus, vel ut Cic. pro Milone ait, avunculus. Drusorum cognomen inde habetur, quòd Drusus hostium Duce Drauso cominùs trucidato, sibi posterisq; suis cognomen fecerit.

Omnes Octavii: Gens Octavia à Tarquinio Prisco jam in Senatum adlecta, & à Serv. Tullio facta patritia multos gessit Consulatus, & dedit Octavios, & Octavianos Cæsares Augustos.

Metelli: Clari victoriis & magistratibûs, *Cæciliiq;* omnes appellati. *Julii:*

Julii, Cassii, Catones, Pompeji: cùm Lucius Philippus, L. Scipio, cùm M. Lepidus, cùm Decius Brutus, cùm hic ipse P. Servilius, quo tu imperatore, La-

Julii: Julia familia in duas stirpes scissa fuit, quarum una Juliorum, altera Cæsarum dicta; nomen deniq; in unam coaluit utrumq; à Julo Æneæ filio originem habuit.

Cassii: Etiam Cassia familia Patritia fuit, multis rebus clara.

Catones: Non equidem certum est, plures semper ex eadem familia fuisse, sed sæpè unus duntaxat, ut hic credendum de L. Porcio Catone. Est enim synecdoche: ex pluribus unus. Catones erant Porciæ gentis. Cato cognomen familiæ.

Pompeji: Gens Pompeja primùm inclarescere cœpit post annum sexcentesimum duodecimum Urbis conditæ.

L. Philippus: Qui Consul fuit cum Sext. Jul. Cæsare annô proximô antè Marsicum sive sociale bellum, nimirum V. C. 662. clarissimus vir, & eloquentissimus.

L. Scipio: Consul cum Norbano. Scipiones fuerunt gentis *Corneliæ*, patritiæ & nobilissimæ.

M. Lepidus: Qui Consul cum Q. Catulo, gentis Æmiliæ.

D. Brutus: Qui Consul cum M. Æmilio Lepido. Etiam Brutorum familia Romæ imprimis illustris fuit, & originem habuit à Lucio Junio Bruto, qui à stultitia, quam metu Tarquinii simulabat, *Lepidus* cognominatus est. Hic autem Decius Brutus vocatus, acerrimus libertatis vindex erat.

P. Servilius: Isauricus postea dictus; quia primus omnium Romanorum in Isauriam iter fecit, unde revertens & triumphum, & nomen Isaurici accepit.

Quo tu imperatore: Ergo hic senex, tu juvenis; cùm stipendia facerent, & mererentur (vel mererent) in ætate militari juniore. Qui annos viginti meruerant, dicebantur veterani, emeriti.

Hic

Labiene, meruisti: cùm hic Q. Catulus, admodum tum adolescens, cùm hic C. Curio, cùm denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent: quid tandem C. Rabirium facere convenit? Utrùm inclusum atq; abditum latere in occulto, atquè ignaviam suam tenebrarum, ac parietum custodiis tegere: an in Capitolium pergere, atquè ibi se cum tuo Patruo & cæteris ad mortem propter vitæ turpitudinem confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scævola, cum bonis deniq; omnibus coire non modò salutis, verùm etiam periculi societatem? Tu denique, Labiene, quid

Interrogationibus instat. Synonyma. Repetitio.

S. *Communicatio iterata.*

Hic Q. Catulus: Consul cum M. Lepido, ejus Catuli filius, qui cum C. Mario Consulatum gessit.

C. Curio: Qui cum C. Octavio, Consul, pater ejus Curionis, qui civili bello, pro Cæsare pugnàs in Africa periit.

Quid tandem: In his rerum circumstantiis quid agere debuit Rabirius? vel debuit delitescere, & nihil agere, ut ignavi solent. 2. Vel se conjungere Saturnino cum paucis aliis fugienti in Capitolium. 3. Vel cum bonis & præcipuis viris stare.

Propter vitæ turpitudinem: Eò enim confugerunt non ob justitiam, & æquitatem compulsi, sed propter scelera attentata.

Cum Mario: Cum iis tam egregiis, & nobilibus viris, quos enumeravi.

Coire &c. Id est: facere, vel inire societatem; non modò tuæ saluti consulere, verùm etiam commune periculum communi studio velle propulsare.

Tu deniq; Labiene: Jam tertiò repetit factam Communica-

quid faceres tali in re, ac tempore? cùm ignaviæ ratio te in fugam, atquè in latebras impelleret: improbitas & furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret: Consules ad patriæ salutem ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem, cujus sectam sequi, cujus imperio parere potissimùm velles? Patruus, inquit, meus, cum Saturnino fuit. Quid? Pater quicum? quid? Propinqui vestri Equites Romani? quid? omnis Præfectura, regio, vicìnitas vestra? quid

Similiter cadens.
Compar.
Disjunctio.

Traductio.
Repetitio.
Incisa.

Prolepsis.
Interrogationes.
Incisa.

nicationem, & tria membra superiùs facta iterat. Si dubius tu esses inter hæc tria, & unum oporteret agere, quid faceres? Si delitescere svaderet ignavia: in Capitolium venire furens Saturninus svaderet, viri Optimates & Consules svaderent salutem, & libertatem patriæ defendere, quid ageres?

Sectam sequi: Secta, via quædam est, & ratio, quam quis sequitur; postmodum ad Philosophorum disciplinas, & nunc ad hæreticorum doctrinas accomodatum est. Ergo *Sectam sequi:* est ab alicujus partibus stare.

Patruus inquit: Dices: honestum est, patruum sequi, qui cum Saturnino fuit. Respondetur; at, longè honestius fuisset alios sequi, quàm patruum; patrem nempè propinquos, Equites R.

Pater quicum: Tuus pater quocum fuit? annon cum Saturnino? *quicum* pro *quocum*

Equites R. Ex Equestri familia Labienus erat.

Omnis Præfectura: Synecdoche; id est: omnes ex tota Præfecturà, ex ea regione, ad quam tu pertines; præfectura enim erat certa ditio, quam Præfectus aliquis gubernabat.

Ager

Antitheta. *Simil: cad:* quid? ager Picenus universus, utrùm tribunitium furorem, an Consularem auctoritatem secutus est? Equidem hoc affirmo, quod tu nunc de tuo patruo prædicas, neminem unquam *Repetitio.* *Synonyma.* adhuc de sese esse confessum. Nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honestate, sed etiam simulatione *Concessio.* *Geminatio.* honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. At fuit vester patruus. Fuerit: & fuerit nulla desperatione rerum suarum, nullis do- *Metaphora.* mesticis vulneribus coactus: induxerit

Ager Picenus: Patria tua tota fuit contra Saturninum cum Consulibus; quem ergo potiùs sequi debebas, patruum, vel patrem, & patriam? nec pater, nec patria cum Saturnino fuit. Ager Picenus, est regio Italiæ, quæ hodie Marchia Anconitana appellatur. Ex hoc agro Comitiorum tempore Romam veniebant plurimi.

Prædicas: Palàm dicis, & gloriaris. Nemo adhuc de se confessus est, quod tu prædicas de patruo tuo, quòd cum Saturnino fuerit.

Simulatione: Specie honestatis: *Relictus*; desertus, destitutus.

Nulla desperatione: Esto, quòd Saturninum secutus sit patruus tuus; nec ideò, quia aliter reb9 suis consulere non potuit, quàm in tumultu, & ut in turbido piscetur, quod plerumq; homines desperati solent; verùm amicitiæ causâ; ergo Rabirius quoq; debuit postponere patriam & Rempublicam virtuti, ac honestati?

Domesticis vulneribus: Vulnera domestica sunt mala & detrimenta rei familiaris, hoc est: æs alienum, ut quis desperatione rei familiaris ad res novas, ad conturbandum Reip. statum confugiat.

In

rit cum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriæ præponeret. Idcircone oportuit C. Rabirium desciscere à Republica? Non comparere in illa armata multitudine bonorum? Consulum voci, atquè imperio non obedire? Atqui videmus, hæc in rerum natura tria fuisse: ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut lateret. Latere mortis erat instar turpissimæ: cum Saturnino esse, furoris & sceleris: virtus & honestas, & pudor cum Consulibus esse cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quòd cum iis fuerit C. Rabirius, quos, amentissimus fuisset, si oppugnâsset, turpissimus, si reliquisset.

Mēbratim.

Distributio cum subjectis rationibus.

Dilemma. Complexio.

In rerum natura tria: Elegans trajectio, pro: *hæc tria fuisse in rerum natura:* ista tria ita fuerunt in rerum natura constituta, ut unum necessariò fieri debuerit.

Ut aut &c. Ista tria jam proposuit suprà verbis copiosis & insigni amplificatione; jam nudam argumentationem ostendit, quò meliùs Quirites capiant. Vide, ut singulis partibus rationes brevissimè subjectæ sint. Latere, inquit, non debuit, quia turpe esset; nec cum Saturnino esse: quia scelus commisisset majestatis; cum Consulibus verò esse debuit; quia parere debuit summo magistratui. Virtus, id est: fortitudo opponitur ignaviæ latitandi: honestas, id est: jus & æquitas, sceleri: pudor, hoc est: modestia, furori. Est figura distributionis cum supposita ratione.

Hoc tu igitur: Concludit dilemmate, & principalem quæstionē infert: ergo crimē non fuit cū telo fuisse adversùs Saturninum; crimen erat & turpitudo, si non fuisset.

At

9. *Ex præjudicii, sive rebus jam judicatis.*

quisset. At C. Decianus, de quo tu sæpè commemoras, quia, cùm hominem omnibus insignem notis turpitudinis P. Furium accusaret summo studio bonorum omnium, queri est ausus

Conversio.

in concione de morte Saturnini, condemnatus est; & Sextus Titius, quòd habuit imaginem L. Saturnini domi

Amplificatio posterioris exẽpli.

suæ, condemnatus est. Statuerunt Equites Romani illo judicio, improbum civem esse, & non retinendum in civitate, qui hominis hostilem in mo-

Mẽbratim. Disjunctio.

dum seditiosi imagine, aut mortem ejus ho-

At C. Decianus: Ulteriùs confirmatur, Rabirium justa arma sumpsisse ex duobus præjudiciis, sive exemplis eorum, qui damnati sunt; unus; quia in concione de Saturnini morte conquestus est; alter, quòd Saturnini imaginem domi suæ habuerit.

Quia: Connecte; quia queri est ausus &c.

Omnibus insignem: Hominem vitæ inquinatissimæ, hominem turpissimum.

Summo studio: Faventibus Deciano bonis omnibus.

In concione: Pro Rostris apud populum.

Condemnatus est: Id ipsum testatur Val. Max. l. 8. c. 1. *Decianus non solùm Furium non damnavit, sed pœnas Furio debitas ipse persolvit.*

Sex. Tit. De hoc pariter testatur Val. Max. ibidem: *Hic, cùm esset innocens, & lege agraria apud populum gratiosus, quia Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota concio oppressit.*

Statuerunt Equites R. Tunc enim Equites judicabant.

Aut mortem: Imagines & statuas defunctorum ideò habebant Romani, ut vel eorum mortem honestarent, & defunctis honorem exhiberent; vel misericordiam in populo erga illos commoverent, si miserè necati essent; vel

honeftaret, aut defideria imperitorum misericordiâ commoveret, aut fuam fignificaret imitandæ improbitatis voluntatem. Itaquè mihi mirum videtur, unde hanc, tu Labieno imaginem, quam habes, inveneris. Nam Sext. Titio damnato, qui iftam habere auderet, inventus eft nemo. Quod tu fi audîffes, aut fi per ætatem fcire potuiffes, nunquam profectò iftam imaginem, quæ domi pofita, peftem atquè exilium Sext. Titio attuliffet, in Roftra, atquè in concionem attuliffes, nec tuas unquam rationes ad eos fcopulos appuliffes, ad quos Sex. Titii afflictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres. Sed

Polyfyntheta.
Caufa finalis imaginum.

Allegoria.
Traductio.

vel alios ad defunctorum imitationem excitarent.

Imperitorum: Ita fæpè plebem appellat. Vulgus eft *imperitorum multitudo*.

Per ætatem: Juvenis es, & nefcis, quæ olim acta.

Iftam imaginem: Fortè eadem fuit,quam Titius habuit; aut iftam vocat; quia iftius ejusdem Saturnini imago.

*Peftem atq; exilium:*Calamitatem atq; condemnationē.

In Roftra: Imaginem L.Saturnini Labienus in concione protulerat, ut concitaret populum in Rabirium.

Tuas rationes: Res tuas,vel confilia tua, quibus populum Romanum vis impellere in Rabirii calamitatem.

Ad eos fcopulos: Translatio à navigantibus, qui faltem alieno periculo moniti, maris pericula vitare folent. Scopulus pro periculo, navis pro fortunis, rebus, rationibus; naufragium pro jactura.

Deciani naufragium: Damnati enim Deciani bona publicata funt. *Impru-*

Antitheta, & relata. Traductio.

Argumentum à paritate rationis in aliis, qui pariter damnandi.

Sed in his rebus omnibus imprudentiâ laberis. Causam enim suscepisti antiquiorem memoriâ tuâ: quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses. Qua in causa tute profectò fuisses, si per ætatem esse potuisses; eam causam in judicium vocas? Annon intelligis, primùm quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? Nam si C.. Rabirius fraudem capitalem admisit, quòd arma con-

Imprudentiâ laberis: Metaphoricè labi, pro errare ex imprudentia, & ignorantia.

Antiquiorem memoriâ: Omninò non meminisse potes; nam annis ferè quadraginta ante hanc Rabirii accusationem Saturninus occisus est, Labienus autem modò fuit tribunusplebis, ergo circiter triginta annorum.

Causa mortua: Id est: causa illa peracta fuit, antequam tu in hanc lucem venires.

Tute profectò: Tu ipse fuisses profectò à partibus Rabirii, si tunc vixisses; & alteri hoc crimini das?

Annon intelligis: Disputatum est adhuc ex authoritate publica, arma jure sumpta esse. Disputatur deinceps idẽ argumentum aliter: si damnaretur Rabirius, damnandos esse plures alios, & clarissimos viros, qui tum arma sumpserunt.

Mortuos: Crimen hoc imputandum esset jam mortuis, & aliis vivis.

Summi sceleris: Id est: perduellionis. *Arcessas*, accuses, & in judicium voces, ubi de capite & fortunis suis periclitentur.

Fraudem capitalem: Capitale crimen, quod capite sit luendum. Fraus accipitur à veteribus primùm pro *dolo:* dein-

contra L. Saturninum tulit: huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi ætas illa, quà tum fuit: Q. verò Catulum, patrem hujus, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit: M. Scaurum, illà gravitate, illo consilio, illà prudentia; Duos Mutios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum extra urbem cum præsidio fuit: quorum in hac civitate longè maxima consilia atquè ingenia fuerunt: cæteros pari dignitate præditos, custodes, gubernatoresquè Reipublicæ, quemadmodum mortuos defendemus? Quid de illis honestissimis viris atquè optimis civibus Equitibus Romanis dicemus, qui tum unà cum

Argumentū á minore ad majus.
Dissolutio.
Incisa.
Traductio.

Interrogatio.
Repetitio.

deinde pro *culpa: ne illi fraudi* sit, id est: ne illi culpa imputetur; postremò pro *pœna.*

Deprecationem periculi: Deplusionem vel excusationem: possemus petere, & deprecari, ut ipsi ignoscatur; nam excusari posset, quia juvenis tum fuit: cæteri nullô modô, qui prudentiâ & ætate summâ præditi fuêre.

Q. verò Catulum: Hic multò antè, quàm ista diceret Cicero, superstes ampliùs non erat, à Mario mori còáctus. Sed ejus filius Q. Catulus tum vivebat, à quo Pater Patriæ Cicero vocatus est, oppressa conjuratione.

M. Scaurum: Principem Senatûs, de quo suprà.

Duos Mutios: Q. Mutium Scævolam augurem, & Q. Mutium Scævolam Pontificem, de quibus suprà.

M. Antonium: Consules in urbe cum armis erant. Extra urbem hic M. Antonius, ut opinor, Prætor, cum præsidio est collocatus, siquid foris moveretur.

cum Senatu salutem Reipublicæ defenderunt? Quid de tribunis ærariis, cæterorumquè ordinum omnium hominibus, qui tum arma pro communi libertate ceperunt? Sed quid ego de iis omnibus, qui Consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum Coss. famâ quid futurum est? L. Flaccum, hominem cùm semper in Republica, tum in magistratibus gerendis, in Sacerdotio, cæremoniisquè, quibus præerat, diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? Adjungemus ad hanc labem, ignomi-

10. *Correctio. Argumentũ à minore ad majus. Laus Flacci Cons. Laus Marii Cons.*

Tribunis ærariis: Ærarium locus erat in foro, in æde Saturni, in quo publicæ pecuniæ deponebantur. Ejus procuratio quæstoribus urbanis, & *tribunis ærarii*, vel *ærariis* mandabatur; illi pecuniam publicam expensam & acceptam in tabulas referebant; his nempè tribunis, pecunia, quam militibus in stipendium darent, attribuebatur.

Sed quid? Revocatio est sui ipsius & Correctio.

Consulari imperio: Consulum imperio.

Coss: Significat Consules in plurali, si per duplex S. scribatur. Si per unum: Cos, in singulari accipiendum.

Sacerdotio: L. Valer. Flaccus Marii in consulatu Collega, Flamen Martialis fuit, ut est apud Cic. lib. de Div. 1.

Cæremoniisq;: Rebus sacris, quibus præerat; Flamines autem & Sacerdotes, qui sacra curabant, cavebant diligenter, ne quid sceleratũ susciperent, quo sacra violarentur.

Nefarii sceleris: Perduellionis, sive, ut infrà *Parricidii:* Quod idem est; nam parricidæ quoq; dicuntur perduelles, qui adversùs Principem, aut patriam nefarium quid moliuntur.

Labem ignominiamq;: An inter mortuos alios; tanta, ut tu vis,

miniamque mortis etiam C. Marii nomen? C. Marium, quem verè Patrem Patriæ, parentem, inquam, vestræ libertatis, atquè hujusce Reipublicæ possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? Etenim si C. Rabirio, quòd iit ad arma, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putavit, quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit? Ac, si fides Saturnino data est, quod abs te sæpissimè dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit, idemquè violavit, si in fide non stetit. Quæ fides, Labiene, quî potuit sine

Geminatio.

A minore Ad majus, & à relatis.

Occupatio. Refutatio.

vis, cum labe & ignominia famæ, adjungemus etiam & ponemus C. Marium, alterum,qui tum fuit, Consulem?

Patrem Patriæ: Primus pater Patriæ Cicero vocatus est; hic ita municipem suum Marium vocat,quòd confecto bello Cimbrico Rempublicam maximo periculo liberâsset, ita, ut invidi quoq; conservatam ab eo Rempublicam fateri deberent.

Etenim si C. Rabir: Argumentatio à minore ad majus: si crucem meruit, qui parebat vocanti ad arma; quantò magis, qui ad arma vocavit?

Ac si fides: Anteoccupatio, & responsio ad præcipuam criminationem Labieni,quòd contra fidem datam Saturninus necatus sit. *Fides* significat, quod vulgò *securitatem* dicimus. Promiserat Saturnino Marius securum è Capitolio descensum, tutoq; causam in foro dicturum. Fidem esse violatam queritur Labienus. Cicero respondet. primò; si violata est, violavit Marius, non Rabirius. 2. Fides non est data; quia Senatus, in quo publicum Consi-

si-

Correctio. fine Senatûs-Consulto dari? Adeone
Sententiæ. hospes hujusce urbis, adeonè ignarus
es disciplinæ, consvetudinisq; nostræ,
Synonymia. ut hæc nescias? ut peregrinari in aliena
na civitate, non in tua magistratum
Opposita. gerere videâre? Quid jam ista C. Ma-
Synæciosis. rio, inquit, nocere possunt, quoniam
Nova Prolepsis Labieni. sensu, & vitâ caret? Itane verò?
Tantis in laboribus C. Marius, periculisquè vixisset, si nihil longiùs, quàm
vitæ

filium erat, non approbavit.

Sine S. C. Quale genus fœderis cum his contrahi potuit sine Senatûs auctoritate,quos Senatus hostes judicavit?

Adeonè hospes: Hospites & peregrini, ignari ferè sunt disciplinæ & legum ejus populi, apud quem peregrinantur. In eundem sensum pro Milone dicit Cic: *An verò, Judices, vos soli ignoratis? vos hospites in hac urbe versamini? vestræ peregrinantur aures: &c.*

Disciplinæ: Id est: morum & institutionum.

Magistratum gerere: Id est:tribunatum. Cicero sæpè tribunatumplebis magistratum vocat, etsi alii negent; nam Tribuni neq; purpuram habebant, neq; lictores, neq; in sella curuli sedentes jus dicebant &c.

Quid jam ista? Si damnetur Rabirius, judicii quoq; infamia ad C. Marium pertinebit: sic dixit Cicero. Excepit vel excipere potuit Labienus; quid mortui infamiam curant? percrebuit enim ea tempestate sententia Epicuri, animos mortales esse, adeoq; nec dedecus, nec ignominiam ad mortuos pertinere. Cicero refutat.

Sensu caret: Id est: nihil sentit, quòd anima unà cum corpore interiêrit.

Tantis in laboribus: Si Marius non præsensisset se immortalem esse, nunquam in tot laboribus vixisset &c.

Vitæ

vitæ termini postulabant, spe atquè animo de se, & gloria sua cogitâsset? At credo, cùm innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atquè obsidione Rempublicam liberâsset, omnia sua secum unà moritura arbitrabatur. Non est ita, Quirites; nequè quisquam nostrûm in Reipublicæ periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis, fructuquè ducatur. Itaquè cùm multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi, atquè æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cujusquè animus

Ironia.

Revocat ad Thesin. De immortalitate animarum.

Vitæ termini: Hujus vitæ, quam in corpore degimus.

Innumerabiles: Trecenta quadraginta millia Cimbrorum, Theutonum, & Ambrorum Cajus Marius occidit, ut ait Eutrop. l. 5.

Obsidione: Obsessa enim ab illa immani multitudine videbatur Respublica, cùm in medio imperio versarentur hostes tam propè ab urbe. Dicitur *obsidio* etiam de magnis angustiis, quibus obsidemur.

Omnia secum moritura: Animam, famam, gloriam, & memoriam.

Non est ita: Revocat ad thesin, & digreditur in locum communem de immortalitate animorum, & virorum bonorum felicitate; simulq; ostendit famam præstantium virorum non minùs esse à bonis defendendam, atq; si vivi essent.

Fructuq;: Ut obtineat fructum in posteritate honoris & gloriæ.

Itaq; cùm multis: Sunt multæ aliæ causæ, quæ animorum immortalitatem demonstrent, sed ea etiam maxima, quòd animi seipsis semper ad immortalia adspirent, de posteritate & immortalitate in rebus suis cogitent, & soliciti sint.

mus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. Quapropter equidem & C. Marii, & cæterorum virorum sapientissimorum, ac fortissimorum civium mentes (quæ mihi videntur ex hominum vita ad Deorum religionem & sanctimoniam demigrâsse) testor, me pro illorum fama, gloria, memoria, non secùs, ac pro patriis fanis, atquè delubris propugnandum putare: ac si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minùs strenuè caperem, quàm illi pro communi salute ceperunt. Etenim, Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum glo-

A Thesi ad Hypothesin. Assumptio, & Conclusio argumenti de Mario & similibus. Invocatio testium.

Traductio.

Sententia.

Antitheta.

Præsentit in posterum: Semper cogitat de futuris, sperat futura.

Quapropter: A thesi ad hypothesin descendit, concluditq; assumptionem de Mario & cæteris mortuis, quòd damnandi non sint: & auget comparatione similium & parium.

Civium mentes: Conjunge verbum *testor* post parenthesin, ut clarus tibi sensus sit. Quapropter testor horum virorum mentes, & assevero, iis in testimonium sumptis, me putare, æquè pugnandum esse pro illorum fama, ac pro fanis & delubris.

Ad Deorum religionem: Ad Deorum numerum accessisse, in numero cælitum repositos esse.

Fanis atq; delubris: Pro templis. *Fanum* propriè erat locus Fauno consecratus; *delubrum* locus, in quo se ante ingressum templi deluebant, sed promiscuè accipitur pro templis.

Propugnandum: Pugnandum, repetita præpositione; me putare æquè pugnandum esse pro illorum fama, ac pro tem-

gloriæ. Quare si eos, qui jam de vita decesserunt, ornabimus, justiorem nobis mortis conditionem relinquemus. Sed si illos, Labiene, quos jam videre non possumus, negligis, ne his quidem, quos vides, consuli putas oportere? Neminem esse dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint (quem tu diem in judicium vocas) pubesque tum fuerit, quin arma ceperit, quin Consules secutus sit. Omnes ii, quorum tu ex ætate conjecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei

11.

Transitio à mortuis ad eos, qui vivunt, qui& etiam hoc judicio tenerentur.

templis. Sic Cicero dicit 1. Offic. *propugnare pro æquitate.*

Quare, si: Quòdsi manes lædere, scelus esse duxerimus, & potiùs illos ornare & honorare conabimur, tum nostræ quoq; morti, nostro nomini, & nostræ memoriæ consulemus, ut post mortem ab aliis quoq; ornemur, & honoremur.

Sed si illos: Sed si tu absentes, & jam mortuos non curas, annon saltem attendes ad præsentes, & adhuc vivos, ut ne istos omnes condemnes? jam suprà fecit hanc divisionem: *quales viros mortuos summi sceleris arguas: & quot ex iis, qui vivunt, eodem crimine &c.*

Ne his quidem: Nempe qui vivunt, eidemq; crimini affines sunt.

Illo die: Quo Saturninus occisus est; quo enim die ad arma vocatum est, eodem die Saturninus occisus est.

Quem tu diem: Synecdoche, pro re illo die facta.

Pubesq; tum: Neminem, qui pubes, sive juvenis tum fuerit, & arma ferre potuerit.

Ex ætate conjecturam: Tantùm circumspice, qui nunc ea ætate sint, ut jam tempore, quo Saturninus occisus est, fuerint puberes, facilè colliges, quinam sint.

Antithesis.

A comparatione minoris.

rei capitis C. Rabirii nomine citantur. At occidit Saturninum Rabirius. Utinam fecisset; non supplicium deprecarer, sed præmium postularem. Etenim, si Scevæ, Servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est: quod Equiti Romano præmium dari par fuisset? & si C. Marius, quòd fistulas, quibus aqua suppeditabatur Jovis Optimi Maximi templis ac sedibus, præcidi imperârat, quòd in Clivo Capitolino improborum civium

Cætera desunt.

Rabirii nomine: Ob idem crimen, ob quod Rabirius.

At occidit: Redit ad caput accusationis; & hinc videtur adesse finis orationis. Repetit,quod suprà dixit: utinam-posset hoc cum veritate fateri; etiam præmium se petiturum;concludit ergo, Saturninũ jure occisum esse.

Deprecarer: Non rogarem,quod defendentes solent, ut ei ignosceretur.

Etenim: Si Servo ob id data libertas est, quod libero homini par præmium dabitur?

Scevæ: Hic fuit Q. Crotonis servus, qui Saturninum interfecit, & ob id posteà manumissus est, & libertate donatus.

Quòd fistulas: Aquæ ductus in Capitolium fiebant per fistulas plumbeas, sive tubos plumbeos, qui tubi jubente C. Mario præcisi sunt, & sic aqua negata confugientibus in Capitolium. Necessitate proin coacti dediderunt se.

Jovis Opt: M. Capitolio per periphrasin.

In Clivo Capit: Hic sensus deficit; completur à nonnullis hoc modo:

PE-

Quòd in Clivo Capitolino improborum civium multitudo sese collocârat, Rempublicam servâsse ab universo Senatu judicatus est: cur supplicium in eum constitueretur, & non potiùs præmiũ ei decerneretur, qui improborum ducem sustulisset?

PERORATIO, quæ deest, suppleri non potest; & fortè Cicero dicendo non absolvit plura intra semihoram; dein & Q. Metellus augur vulso signo interrupit omnia.

EVENTUS.

In hac causa á populo suffragia non sunt lata, quod aliàs fieri solebat dicta oratione defensoris; nam Metellus Celer Augur & Prætor rem impedivit. Iste ástu quodam ductus, vel etiam populi sanam non capientis rationem pertinaciâ visâ vexillum, quod in Comitiis è Janiculo erectum fuit, repentè sustulit; quo facto, tanquam sinistris auspiciis vetantibus, populo nihil porrò decernere licuit. Ergo Concio soluta est, Rabiriusq; liberatus. Etsi enim Labieno licebat reum repetere, non tamen fecit.

Axiomata & Sententiæ.

1. *Boni Consulis, & Principis est, cùm cuncta auxilia Reipubl. labefactari, convelliq; videt, ferre opem patriæ, succurrere saluti, fortunisq; communibus, suam salutem posteriorem salute communi ducere.*

2. Bo-

2. *Bonorum & fortium civium eſt, intercludere omnes ſeditionum vias, munire præſidia Reipul. ſummum in Conſulibus, & Principibus imperium, ſummum in Senatu conſilium putare.*
3. *Non multùm intereſt inter eum, qui hominem occidit, & eum, qui cum telo occidendi hominis cauſâ fuit.*
4. *Non eſt quisquam ex iis, qui in Reipublicæ negotiis, periculisq; verſantur, qui non ſpe poſteritatis, fructuq; ducatur.*
5. *Virorum bonorum mentes, cùm divinæ ſint, atq; æternæ, ita præſentiunt in poſterum, ut nihil niſi ſempiternum ſpectare videantur.*
6. *Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ.*
7. *Si eos, qui jam de vita deceſſerunt, ornabimus, juſtiorem nobis mortis conditionem relinquemus.*

ORA-

ORATIO
IN
L. CATILINAM I.
HABITA IN SENATU.

ARGUMENTUM.

LUcius Sergius Catilina, nobili & Patritio genere natus, ab adolescentia semper ad bella intestina, ad cædes, rapinas, discordias civiles animum gerebat propensum, simul & insana Consularis dignitatis ambitione inflammatum; ut istam consequeretur, nihil vel pecuniis, vel armis intentatum reliquit; cûm, res è voto non succederet, & Cicero pessimis conatibus ubiq; adversaretur, furor eum ad extremam audaciam præcipitavit. Consilium igitur capit, & magna conjuratorum manu adjutus statuit, Senatum confodere, Consules trucidare, distinguere incendiis urbem, diripere ærarium, totam deniq; Rempublicam funditus tollere, atq; id

omne

omne agere, quod nec Hannibal videretur optâsse. Socii, quibus id nefas aggressus est, erant Curii, Porcii, Syllæ, Cethegi, Antronii, Vergunteji atq; Longini; quæ familiæ! quæ Senatûs insignia! Lentulus quoq; Prætor huic flagitiosorum catervæ se comitem præbuit, adeò tunc Romanam nobilitatem primùm quidem corrupti ob luxuriam mores, tum quæ sæpè hinc conflatur, rei familiaris egestas, ipsaq; malorum occasio & societas depravabant. Additum erat pignus conjurationis, sangvis humanus, quem circumlatum pateris bibêre. Summum nefas, nisi amplius esset, propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio, nisi Ciceronis industria, prudentia, fortitudo consilia turbâsset. Hic Consul cùm esset, conjuratione penitùs investigata deprehensaq; Senatum in ædem Jovis Statoris convocavit, quò cùm & Catilina singulari venisset audaciâ ratus suâ se præsentia Ciceroni & Senatoribus metum incussurum, hic oratione extemporanea, ira atq; indignatione vim eloquentiæ acuente, Catilinam tanquam hostem Reipublicæ, cædem Senatûs, atq; interitum patriæ molientem, urbe egredi jussit; idq; tanto verborum, sententiarumq; fulmine, ut perculsus Catilina, intempesta nocte, trecentorum armatorum stipatus numero, lictoribus, imperiiq;,

ut

ut Consul, fascibus unà adhibitis, in Manliana ex urbe castra concesserit. Annô urbis Conditæ 690. *VI. Id. Novemb. Consulibus M. Tullio Cicerone, & C. Antonio Habita Oratio in æde Jovis Statoris, quæ erat initio Viæ Sacræ, quâ ad Palatium ascenditur. Orationem posteà scriptam edidit Cicero ut ait Sallustius.*

Quæstio deliberativa est: An Catilina conjuratus patriæ hostis occidendus, an in exilium mittendus? Cicero quamvis mortem promeritum, tamen in exilium mavult discedere.

Divi-

Diviſio Orationis.

EXORDIUM. IN Exordio, quod abruptum, ac plenum iracundiæ, & indignationis eſt, ipſum Catilinam præſentem acriter compellat, ſtatimq; Propoſitionem Orationis ſubjicit, hortaturq;, ut ex urbe diſcedat.

PROPOSITIO: Catilina debet diſcedere ex urbe: vel in exilium, vel in caſtra Manlii: non jam interfici.

CONFIRMATIO. In re nota & atroci, ſine prævia Narratione Confirmationem aggreditur, & Propoſitionem probat 1mò: quia urbi patet conjuratio, & totius anteactæ vitæ ratio.
2. Quia ipſi Catilinæ optandum, ac jucundum eſt proficiſci ad caſtra Manlii.
3. Quia utile eſt Reipublicæ, non jam interfici Catilinam.

EPILOGUS. In Epilogo hortatur conjuratos, ut exeant, ac Rempublicam, bonosq; inſidiis & metu liberent, Jovemq;, ut Urbi ſuæ adſiſtat, precatur.

ORA-

ORATIO.

QUousquè tandem abutêre, Catilina, patientiâ noſtrâ? quamdiu etiam furor iſte tuus nos eludet? quem ad finem ſeſe effrænata jactabit audacia? nihilnè te nocturnum præſidium Palatii, nihil

EXORDIUM EX ABRUPTO. *Interrogatio. Apoſtrophe, Synonyma.*

Quousq; tandem: Sapienter conſiderat hanc partem Quintil. & ait: Figuratum eſt, quoties non ſciſcitandi gratiâ aſſumitur Interrogatio, ſed inſtandi; quantò enim magis ardet hic locus, quàm ſi diceretur: *diu abuteris patientia noſtrâ &c. patent tua conſilia.* Obſervanda hic etiam eſt congeries verborum ac ſententiarum idem ſignificantium, quæ ad amplificationis granditatem ac vehementiam pertinet; item numerus verborum, membra non longa, ut irati ſolent loqui &c.

Abutêre patientiâ: Quousq; nos patiemur te, & tu noſtrâ patientiâ non emendaberis?

Noſtrâ: Senatûs, & Conſulum.

Eludet? Quamdiu tu furibundus homo nobis inſultabis? meliùs: *furor tuus*, per Metonymiam, & ſubſtantivum abſtractum. In verbo: *eludet*, magnum pondus eſt; dicuntur enim eludere ii, qui per ridiculum homines contemnunt.

Effrænata: Metaphoricè, *audacia*, quod verbum plerumq; in malis rebus dicitur: *ſeſe jactabit:* adhuc gloriabitur? &c,

Nihilnè: Repetitio cum interrogatione & adjunctione (nam uno verbo ad finem adjecto ſex membra concludit) præcipuè hic ſervit; ab eodem enim verbo cùm incipimus ſæpiùs, acriter & inſtanter loquimur.

Nocturnum præſidium: Periculoſis temporibûs præſidi-

um

Repetitio. *Adjunctio.* nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi Senatûs locus, nihil horum ora vultusquè moverunt: Patere tua consilia non sentis? Constrictam jam horum omnium conscientiâ teneri conjurationem tuam non

um Palatio imponi solebat: quòd illud qui occupâsset, urbem facilè in potestate habiturus videretur.

Palatii: Est collis Romanus, in quo olim Evander, & Romulus habitabant, non Capitolium, sed alius ex septem montibus, isq; munitissimus, dictus Palatium, vel mons Palatinus.

Urbis vigiliæ: Decreverat enim Senatus,ut per totam urbem vigiliæ haberentur, iisq; minores magistratus præessent.

Munitissimus habendi Senatûs: Templum Jovis Statoris dicit; Senatus legitimus, id est: ordinarius juxta leges, qui singulorum mensium Calendis & Idibus haberi solebat, in curia habebatur; indictus autem, qui scil. nova causâ adveniente indicebatur, in loco augurato haberi solebat. Hunc igitur Senatum in templo Jovis Statoris habuit Cicero;de quo sic infrà: *Magna Diis immortalibus habenda gratia est, atq; huic ipsi Jovi Statori &c.*

Horum ora: Scil. Patrum & Senatorum. Vides horum ora expallere,& te torvè aspicere: *ora* pro *vultibus*, pars pro toto,& per Synonymiam priùs partem, dein ipsum totum.

Patere tua consilia: Nisi tua consilia paterent omnibus, non impositum esset Palatio præsidium, non haberentur vigiliæ, non conspirarent omnes boni &c. A consequentibus probat patere ejus consilia.

Constrictam: Metaphoricè; quasi immanis quædam fera laqueis constringitur, sic tu & tua conjuratio constricta

non vides? Quid proximâ, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii ceperis, quem nostrûm ignorare arbitraris? O tempora! O mores! Senatus hæc intelligit, Consul videt, hic tamen vivit. Vivit? Imò etiam in Senatum venit: fit publici consilii particeps: notat & designat oculis ad cædem unum-

Repetitio. Simil: desi. Traductio. Ab adjūctis loci, personarū, temporis &c. Exclamatio cum indignatione, Conduplic. Correctio. Mēbratim.

cta tenetur in omnium conscientia, ut nemini extorqueri, & contrarium persvaderi possit *Conscientia*, pro scientia. Non enim accipiendum, quia sibi conscii sint, sed quia sciant & nôrint.

Proxima: Quam hodiernus dies consecutus est; *Superiore*, id est: proximam præcedente nocte enim potissimùm cum conjuratis consilia capiebat, quô illa nocturnis tenebris forent occultiora.

Quos convocaveris? Socii à Catilina convocati, præcipui & nobiliores fuêre XL. facilè, & ex his aliqui Senatores, Prætores, Quæstores, & Tribuniplebis.

O Tempora! O mores! O tempora, nimirum infelicia, & misera. O mores, corrupti, & pessimi! Hanc exclamationem ut insignem Martialis quoq; notavit:

Dixerat O mores! O tempora! Tullius olim,
Sacrilegum strueret cùm Catilina nefas.

Senatus intelligit: Senatores hoc sciunt, & patiuntur. Cæsim loquitur, quia in indignatione.

Vivit? Reprehendit & corrigit seipsum, quôd non satis dixerit, qui vivere adhuc eum dixerit; mox subjungit graviora.

Fit publici Consilii particeps: Quid autē vel indignius, vel exitiosius, quàm consilia, quæ capiuntur ad conservandam Rempublicā cum iis ipsis, qui de ea opprimenda cogitant, communicari.

Notat & designat: Considerat nos singulos, & de iis, qui non suarum sunt partium, cogitat quomodo eos, &

 quan-

Ironia. unumquemque nostrûm. Nos autem viri fortes satisfacere Reipublicæ videmur, si istius furorem, ac tela vitemus. Ad mortem, te, Catilina, duci jussu Consulis jam pridem oportebat: in te conferri pestem istam, quam tu in nos omnes jamdiu machinaris. An verò vir amplissimus, P.

CONFIRMATIO.

quando, qua ratione neci dedat.

Nos viri fortes: Ironicè, suam & aliorum ignaviam accusat, qui sibi Reipublicæ satisfacere videntur, si Catilinæ arma ipsi declinent, cùm eum interficere deberent.

Ad mortem: Merebaris interfici, Catilina; sed interim & nobis, & tibi expedit, ut ex urbe discedas. Incipit jam hic propositio & scopus orationis, qui consistit in duabus sententiis: *mereris mortem:* (quæ sententia multorum fuit) & hanc jam primò adductis probationibus confirmat: alteram sententiam eligit Cicero: *discedendum tibi ex urbe*, quod est mitius consilium, & nunc quidem utilius etiam nobis, Catilinæ salubrius. Ergo principalis propositio est hæc: *abeat Catilina.*

Jussu Consulis: Sed poteratnè Consul imperare, ut quisquam ad mortem duceretur? Poterat, ubi ei ex S. C. commissa erat Respublica.

Conferri pestem: Tu morte plecti debuisses, qui nobis mortem minaris. Pestis per metaphoram accipitur pro morte, pernicie, exitio, calamitate.

An verò. Si jure interfici potuit Gracchus minùs reus, & privata auctoritate Scipionis: quantò magis tu Catilina interficiendus auctoritate publica Consulum, qui tam graviter reus es? Argumentum à minori, in quo non solùm totum toti, sed etiam partes partibus comparantur. Nam Catilina Graccho, status Reipublicæ orbi terrarum, mediocris labefactio incendiis & vastationi orbis, privatus consulibus comparatur & opponitur.

P.

P. Scipio, Pontifex Maximus Tiber. Gracchum mediocriter labefactantem statum Reipublicæ privatus interfecit: Catilinam verò, orbem terræ cæde atque incendiis vastare cupientem nos Consules perferemus? Nam illa nimis antiqua præterео, quòd P. Servilius Ahala Sp. Melium novis rebus studentem manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac Republica virtus, ut viri

Exemplis probat, & comparatione minoris.
Contraria.
Præteritio.

Condupli-catio.

P. Scipio: P. Cornelius Scipio Nasica, ejus, qui optimus vir à Senatu judicatus erat, nepos; illius, qui Censor porticus in Capitolio fecerat, filius; pronepos autem Cn. Scipionis celeberrimi viri, P. Africani Patrui ipsius autem Tiberii Gracchi consobrinus.

Pontifex Maximus: Pontifices, Sacerdotes, Augures, ii erant, qui Diis sacrificabant, & res sacras alias peragebant. Plerumq; ex nobilioribus & Patriciis ad id delecti. Unus Pontificum omnium supremus erat, qui maximus dicebatur, populi tributis comitiis ad hoc munus destinatus; & hic officium suum semel obtentum stabile habebat, neq; dum moreretur: poterat etiam alia simul munera & magistratus gerere.

Tib: Gracchum: De hoc Tiberio Graccho vide Orationem pro C. Rabir. n. 5.

Privatus: Pontificatus enim magistratus non erat. Pontificatus non finiebatur nisi morte: nullus autem magistratus apud Romanos perpetuus erat, nisi unius & alterius, qui eum sibi per vim vendicârunt. Quodsi Pontifex simul esset Prætor, vel Consul, quod interdum fiebat, tunc habebat magistratum, & auctoritatem publicam; at iste non fuit.

Nam illa: Nam particula sæpè adhibetur pro figura præteritionis, aut etiam anteoccupationis.

Q. Servilius: Hic est, qui magister Equitum cùm esset, in

viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coërcerent. Habemus Senatus-consultum in te Catilina, vehemens & grave: non deest Reipublicæ consilium, neque auctoritas hujus Ordinis: nos, nos, dico apertè, Consules desumus. Decrevit quondam Senatus, ut

Mēbratim.

Geminatio.

2.

in medio foro Spurium Mælium novis rebus studentem, nimirum regiæ dominationis introducendæ causâ largitionem in cives facientem, occidet. De quo Liv. Florus, Val. Max.

Civem perniciosum: Eum, qui bella intestina movebat, severiùs vindicabant, quàm ipsos hostes externos.

S. C. Senatus Consultum per abbreviationem. Senatus Consultum est id, quod Senatus jubet, atq; constituit; cùm enim difficile esset totum semper populum in unum vocare, æquum visum est, ut Senatus vice populi, qui in Republ. aliàs libertatem & potestatē habebat, consuleret, & decerneret. Erat autem mira vis in hac voce apud Romanos, & Senatus Consultum tanquam lex gravissima censebatur. Quale autem erat hoc Senatus Consultum in Catilinam? Primò Senatus decreverat, permittendam Consulibus potestatem, ut viderent, *ne quid Respublica detrimenti caperet.* Secundò: Catilina Reipublicæ hostis decernebatur.

Non deest: Respublica, sive Senatus nomine civiū, fecit, quod erat officii sui, adhibuit consilium & prudentiam, fecit, quod dignum sua erat auctoritate; nos Consules non egimus statim, quod potuimus, & debuimus. Seipsum incusat, ut ostendat, adhuc clementiæ se studere, & exilium potiùs velle.

Decrevit quondam: Ostendit exemplô, quanta potestas per ejusmodi Senatus-Consultū permittatur Consulibus.

L. *Opi-*

ut L. Opimius Conf. videret: NE QUID RESPUBLICA DETRIMENTI CAPERET. Nox nulla intercessit; interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre natus, avo, majoribus: occisus est cum liberis M. Fulvius Consularis. Simili Senatûsconsulto, C. Mario, & L. Valerio Coss. est permissa Respublica. Num unum diem posteà L. Saturninũ tribunum pl. & Cajum Servilium Præto-

Ab inductione exemplorum.

Incisa. Dissolutio.

L. *Opimius:* Ab hujus nomine vina Opimiana, id est optima & dulcissima dicta sunt. Sic enim scribit Plinius l. 14. c. 4 *L Opimio Consule, cùm C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis interemptus est, ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant &c. durantq; adhuc vina ducentis ferè annis, jam in speciem redacta mellis &c.*

Ne *quid Resp:* Si hæc formula decreti fuit, tunc more Romano magistratui, & Consulibus potestas maxima permittebatur, parandi exercitum, coërcendi, plectendi &c. aliter sine jussu populi non licebat hæc facere, quod alibi dictum consultò hic repetimus.

Nox nulla: Id est: eodem adhuc die, quo S.C. factum est.

Propter quasdam: Est hyperbole in extenuando & minuendo. Non enim erant suspiciones, sed planè seditiones.

M Fulvius: C. Gracchi in ferendis legibus seditiosis socius; quia cum Graccho contra salutem Reipublicæ fecerat, Senatûs sententiâ pariter interfectus est eodem die; tum ejus domus eversa, bona publicata.

C Mario & L. Valer. Tota res est in Oratione pro C. Rabirio n. 7.

Coss: Formula est abbreviationis, & significat Consules in num. plurali.

C. Servilium: Glauciam cognomine, qui tempore Saturnini Prætor fuit, & cum Saturnino occisus.

torem mors ac Reip. pœna remorata est? At nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis? Habemus enim hujusmodi Senatûsconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum: quo ex Senatûsconsulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, & vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Cupio, P. C. me esse clemen-

Metaphora.

Similitudo.

Conduplicatio.
Simil: cad:
Contraria.

Mors ac pœna remota est? Annon eodem die puniti & occisi sunt?

Vicesimum: Integrum numerum amat Orator. Erat enim hic tantum duo devicesimus, seu decimus octavus dies post factum S. C. Sic in Pisonem de tempore Saturnini occisi XL. dixit annos, cùm tantùm essent triginta sex. Sic centumviri dicebantur, cùm essent centum & quinque. Sic Virgilius Græcos mille navibus ad oppugnãdam Trojam venisse dicit, cùm alii plures affirment fuisse.

Hebescere aciem: Metaphoricè quasi de gladio dicit. Est enim S. C. datum, tanquam gladius, quo necetur Catilina; quòd autem tamdiu quiescat, velut rubigine acies ejus hebescit, & obtunditur.

Horum auctoritatis: Vim gladii, quem nobis dedit horum Senatorum auctoritas.

Vivis & vivis: Hac geminatione quasi amentata validiùs contorquetur oratio; & illud quoq; ad vehementiam aptissimum est, quòd statim verbum par pari, contrarium contrario reddidit: *non ad deponendam &c.*

Cupio P. C. Jam ad Patres, & Senatores orationem convertit, ideoq; multò leniore, & remissiore dicendi genere utitur.

Me esse clementem: Hoc dicit ad amoliendam à se opinionem crudelitatis, ad quam superior oratio vergere vi-de-

mentem: cupio in tantis Reipubl. periculis me non dissolutum videri: sed jam me ipse inertiæ, nequitiæquè condemno. Castra sunt in Italia contra Rempublicam in Etruriæ faucibus collocata: crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem imperatorem castrorum, ducemquè hostium intra mœnia atquè adeò in Senatu vide-

Repetitio.

Mēbratim.

debatur. Cupio, inquit, eam moderationem tenere, ut neq; crudelitatis famam subeam (quod fieret, si statim ad extrema remedia decurrerem) neq; rursus in tanto periculo dissolutus, ac negligens habear. Sed planè dum crudelitatis opinionem refugiens, diem ex die duco, neq; me satis pro rei magnitudine severè gero, fit, ut ipsi mihi mea hæc non jam clementia, sed inertia ac nequitia videatur.

Dissolutum: Negligentem, remissum, frigidum.

Inertiæ, nequitiæq;: Inertia hic significat dissolutionem, ac remissionem animi. Iners enim dicitur, qui nihil agit, qui non movetur. Ovid: *Nec quicquam nisi pondus iners.* Itaq; Cic. inertissimos homines alibi fortissimis opponit. Idem ferè hic significat nequitia. Est enim nequam, qui nulli rei utilis est, & nequitia contrarium vitium frugalitati est. Hinc frugi hominem dicimus, qui utilis est, suaq; bene agit &c. item *redire ad bonam frugem* ille dicitur, qui antè nequam fuerat.

Castra sunt: Cnæus Manlius, qui sub L. Sylla strenuè militaverat, in Etruria Fesulis cùm alios multos, tum L. Syllæ veteranos milites imperio Catilinæ habebat.

In Etruriæ faucibus: In egressu Etruriæ, id est Fesulis, propè quas Florentia non multò post deducta colonia est.

Imperatorem: Catilinam:

Atq; adeò: Significat: *imò, & quod deterius est.*

detis, intestinam aliquam quotidie perniciem Reipublicæ molientem. Si te jam, Catilina, comprehendi, si te interfici jussero, credo, erit verendum mihi, ne non hoc potiùs omnes boni seriùs à me, quàm quisquam crudeliùs factum esse dicat. Verùm ego hoc, quod jam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor, ut faciam. Tum denique interficiêre, cùm jam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non jure factum esse fateatur. Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives, & vives ita, ut nunc vivis, multis meis & firmis præsidijs obsessus, ne com-

Repetitio. Synonyma. Ironia.

PROPOSITIO, ET STATUS QUÆSTIONIS. *Repetitio. Synonyma.*

Conduplicatio. Traductio.

Si te interfici: Si te jam interfecero,non est, cur verear, ne quisquam me ob eam rem crudelitatis accuset. Nondum tamen id faciam: sed exspectabo,dum scelus tuum ita omnibus cognitum, patefactumq; sit, ut ne ipsi tui similes te audeant defendere.

Credo: Ironiæ nota.

Omnes boni: Qui nempè Reipublicæ studiosi sunt.

*Serius à me:*Si te interfici jussero, nemo ex bonis civibus id à me factum crudeliùs dicet,sed omnes potiùs dicent, priùs fieri oportuisse.

Verùm ego hoc: Hactenus primam sententiam de interficiendo Catilina confirmavit. Jam ad suam sententiam, quam ipse amplectitur, venit & ad principalem propositionem;*Jam non interfici debet Catilina,sed ex urbe emitti.*

Præsidiis obsessus: Quæ scilicet in urbe collocavi, ut nocturnum præsidium Palatii, & vigilias.

Com-

commovere te contra Rempublicam possis. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur, atque custodient. Etenim, quid est, Catilina, quod jam amplius exspectes, si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere voces conjurationis tuæ potest? si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta jam istam mentem (mihi crede) oblivi-

3.
1. *Argumentum, quo svadet discessum.*
Allegoria.
Antithesis.

scere

Cōmovere: Ut nihil attentare possis contra Rempublicā.

Non sentientem: Cùm non animadvertes.

Adhuc: Hucusq;: quæ ejus propria significatio est, in qua Cicero usurpare solet.

Speculabuntur: Observabunt, explorabunt oculis. Nam specula, eminentior locus est, è quo itinera & viæ aliquorum observari & inspici possunt. Oculi speculabuntur, aures custodient, ut si quid audiverint, mox referant.

Etenim quid est: Svadet ei discessum ex urbe. Ratio 1. quia urbi patet conjuratio. Nihil est igitur Catilina, quod jam exspectes te posse efficere, cùm & tua consilia jam pateant, & sic observaverit; cōsultiùs ergo facies, si cœpta deseras, mentem mutes &c.

Nox tenebris: Per metonymiam. Si latere non possunt etiam ea, quæ aguntur noctu: si non sunt privata, sed fiunt publica, quæ etiam inter privatos parietes aguntur. *Illustrantur*, refert ad noctis tenebras; *erumpunt*, ad privatæ domûs parietes.

Muta jam istam mentem: Non cohortatur eum ad sanitatem: quod te frustrà facturum sentiebat: sed ait: nihil esse, quod in urbe manens de cæde atq; incendiis cogitet: quare aliud ei consilium capiendum & in Manliana castra exeundum.

Mihi crede: Non est in sensu connectendum cum ver-

bis

Synonyma. ſcere cædis, atque incendiorum; teneris undiquè: luce ſunt clariora nobis tua conſilia omnia: quæ etiam licet mecum recognoſcas. Meminiſtinè, me ante diem XII. Kalendas Novembris dicere in Senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus eſſet in ante diem VI. Kal. Novembris, C. Manlium

Primum Conſilium de Cicerone occidendo.

bis immediatè antè poſitis; ſed: muta mentem, obliviſcere cædis, mihi crede, teneris undiq;.

Teneris undiq;: Arcana tua conſilia tenemus, & ſcimus omnia. Iſtud nunc probandum ſuſcipit, & ad hoc tres partes adhibet. 1. Per chronologiam, ſeu enumerationem temporis, quo ſuam, Ciceronis, cædem deſtinârit; quo deſtinârit cædem Optimatum; quo occupare Præneſten voluerit. 2. Per narrationem de ſuperioris noctis conſilio. 3. De proviſione & cautione Ciceronis. Iſtas tres partes in marginalibus obſerva.

Recognoſcas: Si oblitus es, ea tibi in mentem revocabo.

Ante diem XII. Kal. Idem eſt dicere: duodecimo Kalendas, & ante diem XII. Kalendas: idem, tertio Kalendas, tertio Nonas, tertio Idus ac in die tertio ante Kalend. die 3tio ante nonas &c. ſemper enim dies numerantur, qui ſunt ante Kalend. Ante diem XII. Kal. Nov. eſt vicesimus primus Octobr. De Kalendis diximus in prima parte. Hoc addo, quia Græci non habebant Kalendas, ideò ad Græcas Kalendas ſolvere ſe velle dicunt, qui nunquam volunt ſolvere.

Fore in armis: Manlium fore in armis, qui infra ponitur.

In ante diem VI. Kal. Manlium fore in armis certo die, nempè viceſimo ſeptimo Octobris: eſt idem iterum loquendi modus ut ſuprà in diem nimirum ſextum ante Kalendas Nov.

C. Manlium: Hic poſtea belli faciendi princeps fuit, & ei Catilina in prælio dextrum cornu attribuit. Hunc

Man-

lium audaciæ ſatellitem, atque admi- niſtrum tuæ? Num me fefellit, Catilina, non modò res tanta, tam atrox, tam incredibilis, verùm, id quod multò magis eſt admirandum, dies? Dixi ego idem in Senatu, cædem te Optimatum contuliſſe in ante diem V. Kalendas Novembris. Tum cùm multi Principes civitatis Româ non tam ſui conſervandi, quàm tuorum conſiliorum reprimendorum causâ profugerunt. Num inficiari potes, illo ipſo die te meis præſidiis, meâ diligentiâ cir-

Geminatio. A minore.

De cæde optimatum deſtinata.

Manlium Plutarchus Mallium vocat. De eo jam ſuprà dixit Cicero.

Num me fefellit? Nunquid ego non tantùm rem ſcivi, ſed etiam diem? minimas ſcivi circumſtantias, ergo etiam res majores.

Dixi ego idem: Ille ipſe ego dixi.

Optimatum: Optimates dicti ſunt, qui Reipublicæ commodis, & Magiſtratûs majeſtati ſtuduerunt, homines non ſe & ſua quærentes neq; vitiis aut ſiniſtris paſſionibus ſervientes.

Contuliſſe: Propoſuiſſe, deſtinâſſe.

In ante diem V. Kal. Nov. Intellige,ut ſuprà,in diem, qui eſſet ante Kal. Nov. quintus, id eſt: 28. Octobr.

Cùm multi Principes Civit: Præcipui civitatis. Inter hos fuit M. Craſſus,quem Catilina miſſis litteris admonuerat, ut ex urbe diſcederet; magnā enim cædem fore; quas litteras unà cum aliis eodem argumento ſcriptis ad alios, hic M. Craſſus comitante M. Marcello & Scipione Metello, ad Ciceronem intempeſta jam nocte attulit, ut & illum admoneret inſtantis periculi, & ſuſpicione ſe exſolveret, in quam propter Catilinæ familiaritatem venerat, has litteras poſtridie Cicero in Senatu recitavit.

Non tam ſui conſervandi; Non tam propter ſuam,quàm Reipublicæ ſalutem. *Diſceſ-*

Adjunctio.	circumclusum commovere te contra Rempublicam non potuisse, cùm tu discessu cæterorum, nostra tamen, qui
De occupăda Præneste.	remansissemus, cæde contentum te esse dicebas? Quid? cùm tu te Præneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse confideres:
Incisa.	sensistinè illam Coloniam meo jussu, meis præsidiis, custodiis, vigiliisquè esse munitam?
Repetitio. Incisa. Simil. cad. 4.	Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non modò audiam, sed etiam videam, planèquè sentiam.
2. Narratio de superio-	Recognosce mecum tandem noctem illam superiorem; jam

Discessu cæterorum: Contentus eras,quòd alii quidem discesserint, satis multi tamen adhuc superfuerint ad cædem, ut Cicero, & alii.

Quid? Transitio.

Præneste: Hoc Præneste, & hæc Prænestis auctore Servio dicitur, Præneste oppidum altum erat & munitum, de quo Virgil. *Quiq; altum Præneste viri &c.* In eo fuit nobile templum Fortunæ, cujus pavimentum Lithostratis stravit L.Sylla. Oppidum hoc occupare voluit Catilina. Jam rudera tantùm extant & nomen, quod titulum adhuc præbet uni ex septem antiquioribus Episcopatibus, quibus Cardinales insigniuntur.

Kalendis Novembribus: Primo die Novembris.

Nihil agis &c. Quasi per gradus ad id,quod summum est, progreditur oratio. Magnum est enim,quidquid agat Catilina, scire Ciceronem: majus, quidquid moliatur: longè maximum verò, quidquid cogitet.

Superiorem: Priorem noctem statim infra dicit; intelligit non proximam, postquam Cicero hanc orationem habuit,

jam intelliges multò me vigilare acriùs ad salutem, quàm te ad perniciem Reipublicæ. Dico, te priori nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Læcæ domum: convenisse eodem complures ejusdem amentiæ, scelerisquè socios. Num negare audes? quid taces? convincam, si negas. Video enim esse hîc in Senatu quosdam, qui tecum unà fuerunt. O Dii immortales! ubinam gentium sumus? in qua urbe vivimus? quam Rempublicam habemus? Hîc, hîc sunt nostro

ris noctis consilio.
Synœciosis.

Interrogationibus instat.
Digressio.
Exclamatio.
Apostrophe.
Conduplicatio.
Definitio.

habuit, sed illam, quæ & istum diem,& noctem proxima antecesserat.

Inter falcarios: Aliqui sic intelligunt: ad domum Læcæ, quæ est inter falcarios, id est: in eo vico, ubi habitant falcarii. Alii intelligunt inter falcarios,id est: satellites falcibus armatos,qui à falcibus falcarii,sicut à sica sicarii dicuntur. Erat enim falx quoq; bellicum instrumentum adunco ferro præfixum quod & navale & murale erat.

Num negare audes? Urget confessionem Catilinæ ex silentio, & præsentium quasi testimonio. Observandus hîc est ordo Ciceronis,qui primò rem, ut est,proponit: deinde confirmat,ex Catilinæ silentio: tum demum ad amplificationem progreditur artificiosè. Amplificatio enim,nisi explicata, & confirmata re, locum habere non potest.

O Dii immortales! Digressio per exclamationem ad exaggerandam præsentis statûs indignitatem, ex loci circumstantia, quòd conjurati sint in Senatu, ex adjunctis personarum, ex definitione curiæ, ex eo,quòd Consul sciat, & non tantùm non puniat, sed nec verbò violet reum, id est: non pronuntiet sententiam capitalem.

Orbis

Repetitio. *Annominatio.* *Comparatio à majore.* *Metaphora* *Regreditur ad inceptã narrationẽ.* *Similiter cadentia.* *Hypotyposis nocturni consilii.*

ſtro in numero, P. C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo, graviſſimoquè conſilio, qui de meo, noſtrûmquè omnium interitu, qui de hujus Urbis atquè adeò orbis terrarum exitio cogitent; hoſce ego video Conſul, & de Republ. ſententiam rogo: &, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuiſti igitur apud Læcam illa nocte, Catilina: diſtribuiſti partes Italiæ: ſtatuiſti, quò quemquè proficiſci placeret: delegiſti, quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: deſcripſiſti urbis partes ad incendia: con-

Orbis terræ ſanctiſſimo: Senatum definit.

Atq; adeò: Neq; ſolùm de interitu urbis conſilia habent; quin imò de interitu imperii totius orbis.

Hoſcè ego video: Tales Senatores ego Conſul præſentes video. Salluſtius nominat XI. Sanatores, qui fuerunt ex conjuratione: Lentulum, M. Porcium Læcam, P. Antronium, Longinum, Cethegum, Varguntejum, Annium, Beſtiam, Curium P. & Ser. Syllas.

Voce vulnero: Id eſt: prodo, accuſo, nomino; vel nondum capitalem, ut jam dixi, ſententiam profero.

Fuiſti igitur: Regreſſio ad narrationem, quâ ſigillatim partes exponuntur.

Diſtribuiſti partes: Catilina Manlio Hetruriam, Picenũ Septimio, Apuliam Julio aſſignârat: duodecim opportuna urbis loca ad incendia delegerat, quibus Statilius & Gabinius præfecti eſſent.

Quos Romæ relinqueres: Conſtituit Catilina, ut Lentulus in urbe remaneret, Caſſius incendiis, Cethegus cædibus præponeretur.

Con-

confirmâsti, te ipsum jam esse exiturum: dixisti, paululum tibi esse etiam nunc moræ, quòd ego viverem. Reperti sunt duo Equites Romani, qui te istâ curâ liberarent, & sese illa ipsa nocte paulò ante lucem me meo in lectulo interfecturos pollicerentur. Hæc ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimisso comperi: domum meam majoribus præsidiis munivi, atquè firmavi: exclusi eos, quos tu manè ad me salutatum miseras, cùm illi ipsi venissent, quos ego jam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse

Enumeratio partium. Membratim sine conjunctione.

Mĕbratim. Similiter cadens.

Confirmâsti: Affirmâsti.

Paululum tibi moræ. Nihil te remorari, nisi quòd ego adhuc viverem.

Duo Equites: Hos Sallustius C. Cornelium & L. Varguntejum, Plutarchus & Appianus, Cornelium & Cethegum nominant.

Cœtu dimisso: Id est: dissoluto: dicitur enim dimitti. Senatus, dimitti exercitus, dimitti dicuntur discipuli finitâ scholâ &c.

Comperi: Plutarchus scribit, quôd per Fulviam ei innotuerit, quæ media nocte ipsamet ad Ciceronem profecta hoc ei indicavit Fulviam hanc amabat Q. Curius Senator, unus ex conjuratis, omnemq; rem ei patefecerat. Fulvia mox ad Ciceronem detulit.

Exclusi eos: Illi autem exclusi ita clamârunt pro foribus, ut rem propè proderent. Ita Plutarchus.

Quos tu manè: Hi enim duo Equites Romani ceperant consilium, ut prima luce ad Ciceronem Consulem, tanquam salutatum venirent, & intromissi more, & jure amicitiæ, eum in lecto suo trucidarent.

Id temporis: Circa illud tempus, eo tempore, uti etiam dicimus, *id ætatis.*

Quæ

5.
Concessio, & hortatio plena indignatione.
Synonyma.
Cæsim.

esse prædixeram. Quæ cùm ita sint, Catilina, perge, quò cœpisti: egredere aliquando ex urbe: patent portæ, proficiscere. Nimiùm diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnes tuos: si minùs, quàm plurimos. Purga urbem. Magno me metu liberabis, dummodo inter me, atquè te murus intersit. Nobiscum versari jam diutiùs non potes: non feram, non patiar, non sinam. Magna Diis immortalibus est habenda, atquè huic ipsi Jovi Statori, anti-

Repetitio.
Synonyma.

Quæ cùm ita: Argumentationis summa & complexio. Si omnia tua consilia nota sunt, exire debes. Sunt autem nota; igitur est exeundum. Annota autem, ut hæc tota pars tum brevibus membris, tum incisis contineatur, quod dicendi genus & ad vehementiam, & ad imperandum, atq; perterrefaciendum est aptissimum.

Egredere: Est concessio similis illi Virgilianæ; „*Sequere Italiam ventis, pete regna per undas;* In quem modum etiam dixit ad Judam proditorem Servator noster; *quod facis, fac citiùs. Joan:* 13.

Murus intersit: Parietes privati sunt, muri verò, & mœnia publica sunt: ut janua privatorum ædificiorum est, porta publicorum, murus urbis. Sensus: dummodò tu extra urbem sis, ego in urbe.

Nobiscum versari: Nam aut tibi abeundum est, aut moriendum.

Magna Diis immortalibus: Hoc & ad pietatis significationem injicit, & ad quandam orationis dignitatem.

Jovi Statori: Cujus in templo Senatus habebatur. Cûm Sabini cum Romulo bellũ gerentes, Capitoliũ Tarpejæ Virginis Vestalis proditione occupâssent, Romulus

antiquiſſimo Cuſtodi hujus urbis, gratia, quòd hanc tam terram, tam horribilem, tamquè infeſtam Reipublicæ peſtem toties jam effugimus. Non eſt ſæpiùs in uno homine ſumma ſalus periclitanda Reipublicæ. Quamdiu mihi, Conſuli deſignato, Catilina, inſidiatus es, non publico me præſidio, ſed privatâ diligentiâ defendi. Cùm proximis Comitiis Conſularibus me Conſulem in Campo, & competitores tuos interficere voluiſti; compreſſi conatus tuos nefarios amicorum præſidiô,

Repetitio.

3. pars. De cautione Ciceronis.

Antitheta.

Probat de aggreſſoribus privatis.

lus inclinata ſua acie, fuſaq; ad veterem portam Palatii, ab Jove precatus eſt, ut fœdam ſuorum fugam ſiſteret, ibiq; Jovi templum vovit, quod à Jove Statore, tanquam à ſiſtendo exercitu, poſtea dictum.

Infeſtam Reip: peſtem: Infeſtum dicitur, quod malum infert cuipiam. De *peſte* jam ſuprà. Cicero ſæpè peſtem & perniciem appellare ſolet id, quod damnum affert maximum.

Toties: Intelligendum de inſidiis Ciceroni privatim factis, & antè Conſuli deſignato, & nunc Conſulatû gerenti.

Non eſt ſæpiùs: Periculum hoc, à quo nunc ſumma ſalus Reipublicæ pendet, non eſt tolerandum, ut intentetur ſæpiùs. Nunc Conſul ſum, & cum Conſule ruet Reſpublica; quamdiu deſignatus tantùm fui, potui pericula hæc experiri, & privatâ diligentiâ repellere; ſed nunc dum me petis, totam Rempublicam petis.

Proximis Comitiis: In quibus deſignatus. Conſules fuerunt Silanus & Muræna.

In Campo: Martio.

Competitores tuos: Silanû & Murænam; de qua re multa in Orat. pro Muræna.

Compreſſi conatus: Deſcendi, inquit pro Muræna, *in campum cum firmiſſimo præſidio fortiſſimorum virorum, &*

dio, & copiis, nullo tumultu publicè concitato: deniquè, quotiescunquè me petîsti, per me tibi obstiti: quamquam videbam, perniciem meam cum magna calamitate Reipublicæ esse conjunctam. Nunc jam apertè Rempublicam universam petis: templa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam deniquè totam ad exitum, ac vastitatem vocas. Quare, quoniam id, quod est primum, & quod hujus imperii, disciplinæqué majorum proprium est, facere

Traductio.

Nūc de aggressione Reipublicæ.

Enumeratio partium.

cum illa lata, insigniq; lorica &c.

Me petîsti: Me aggressus es: verbum gladiatorium;gladiatorum enim impetus, ictus & impressiones, vocantur *petitiones.*

Nunc jam apertè: Dissimilia pericula dissimile præsidium requirunt. Quamdiu me privatim petisti, insidias tuas à meo capite privato præsidio depuli. Nunc apertè universam Rempublicam petis, quare alia ratione coërcendus es.

Rempubl. universam: Duæ sunt amplificandi rationes; una, cùm posita quapiam re tota,partes illius enumerando prosequimur; ut hic, cùm Rempublicam dixisset,addit templa Deorum, tecta urbis, & cætera. Altera, cùm à partibus ad totum: ut si dixisset, tecta, templa, Italiam, Rempublicam, universum deniq; imperium.

Ad exitium &c.vocas: Vis inferre exitium,& devastare.

Quod est primum: Quod est præcipuum, ut populum Rom. ad arma vocem ex S. C. & te interficiam.

Disciplinæq; majorum: Hæc enim vis & auctoritas Senatûs Consulto in atrocioribus periculis data est à majoribus.

Non-

cere nondum audeo: faciam id, quod est ad severitatem lenius, & ad communem salutem utilius. Nam si te interfici jussero, residebit in Republ. reliqua conjuratorum manus. Sin tu, quod te jam dudum hortor, exiêris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna, & perniciosâ sentina Reipublicæ. Quid est, Catilina, num dubitas id me imperante facere, quod jam tuâ spontè faciebas? Exire ex urbe jubet Consul hostem: interrogas me: num in exilium? non jubeo: sed si me con-

Svasio partis lenioris, & hortatio.

Compar. Similiter cadens.

Allegoria.

Sermocinatio.

Nondum audeo: Ut ne nimiùm severitatis partes dicar amplecti.

Ad severitatem: lenius: Minùs severum.

Exhaurietur sentina: Allegoria est à navi, in cujus sentinam, infimam navis partem, aquæ confluunt, quæ ibi corruptæ malè olent. Sentinam igitur hic fœdam hominum colluviem vocat, quæ exhaurienda est.

Quid est: Continuatur hortatio ad lenitatis partes, sed additur circumstantia exilii: abi in exilium. Attamen rei invidia per severioris imperii inflexionem declinatur. Severius enim videbatur, nondum dictâ causâ civem, præsertim tantæ familiæ, exiliô damnare. Argumenta hortationis tria sunt. 1. Ab adjunctis personæ Catilinæ. 2. Ab auctoritate Senatûs. 3. Ab adjuncta invidia Ciceronis, quam ille libenter subibit pro Republica.

Consul: In hoc nomine auctoritas jubentis est: *hostem:* vim habet, quòd mereatur expelli.

Non jubeo: Jubet, ut exeat ex urbe, non jubet, ut in exilium. Nam id invidiosum esset Romæ, & pœnè regium, si Consul juberet civem in exilium ire; populus jubere potest.

6. *Ratio* I. consulis, svadeo. Quid est enim, Catilina, quod te jam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, extra istam conjurationem perditorum hominum, qui te non metuat; nemo, qui te non oderit? quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est: quod privatarum rerum dedecus non hæret infamiæ? quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus unquam tuis, quod flagitium à toto corpore abfuit? Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum il-le-

Traductio. *Vita privata Catilinæ scelerata.* *Synonymia.* *Enumeratio partium.* *Adjunctio.*

Quid est enim Cat. Quasi depositâ Consulis personâ, svasoris personam suscipit, ut, quod posteà dicet, videatur non odio, sed misericordiâ Catilinæ moveri. Svadet igitur, ut ex urbe exeat; quòd vita ei svavis esse non possit, ubi oderit omnes, odio sit omnibus &c. Ratio I. hujus svasionis est à persona Catilinæ, hoc syllogismo: *Si suspectus & infensus es, abi in exilium: sed suspectus & infensus es, ergo abi.* Minor primò tractatur, & probatur à vita & factis Catilinæ.

Extra istam conjurationem: Exceptis tuis conjuratis: *extra* enim pro *præter* dicitur.

Quæ nota non inusta: Inurere notam, pro eo, quod est ignominiam & dedecus afferre. Metaphora est ab iis notis, quæ pecudibus, aut mancipiis inuruntur.

Domesticæ turpitudinis: Domesticus hic accipitur pro privata vita Catilinæ, quam primò tanquam sceleratissimam describit; tum ad publicam transgreditur. Argumentatio est: quia tam sceleratus es, omnibus infensus & exosus es.

Non hæret: Non insidet, non infixum est.

Abfuit: Negativum verbum, quod scelera tantò efficaciùs exprimit: omnia scelera habuisti, quod scelus abfuit à te?

Corruptelarum illecebris: Blanditiis, quibus corrumpebas.

Fa-

lecebris irretîsses, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem prætulisti? Quid verò? Nuper, cùm morte superioris uxoris, novis nuptiis domum vacuam fecisses, nonné etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulâsti? Quod ego prætermitto: & facilè patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut extitisse, aut non vindicata esse videatur. Prætermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis idibus senties. Ad illa venio, quæ

Polysyntheton. *Compar.* *Adjunctio.* *Præteritio.* *Polysyntheton.* *Præteritio.* *Vita publi-*

Facem prætulisti: Potest hoc intelligi propriè, quòd euntibus ad lupanaria, & ad scorta præiverit, prælata,ut noctu fieri solet, face. Vel translatè,quòd sicuti præeunt, qui faces ferunt, sic Catilina junioribus ad scelera dux & auctor fuerit.

Morte superioris uxoris: Superiorem uxorem occidisti, & per hujus mortem ad novas nuptias vacuam fecisti domum, ut alteram nempè, evacuata domo, posses ducere; sed postquam hoc egisti, nonne aliud & incredibile scelus adjunxisti? Quod illud? Cicero non vult explicitè dicere. Est autem,quòd vel filium occiderit Aureliæ Orestillæ obtinendæ causâ, ut habet Sallustius; vel quòd filiæ suæ ex adulterio susceptæ, & adhuc virgini ipse pater vitium obtulerit, ut habet Plutarchus.

Prætermitto ruinas: Ad vitam sceleratam privatā pertinet etiam rei familiaris ruina & disperditio. Ruina rei familiaris vel fortunarum metaphoricè dicitur ab ædificiis caducis, quæ corruunt; sic corruêre, & dilapidatæ sunt fortunæ à Catilina.

Proximis idibus: Idibus; id est: medio mense debebant solvi usuræ, debita &c. fœneratoribus & creditoribus.

ea Catilinæ Jcelerata. quæ non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem, ac turpitudinem, sed ad summam Rempublicam, atquè ad omnium nostrûm vitam, salutemquè pertinent. *Complexio.* Potestné tibi hæc lux, Catilina, aut hujus cæli spiritus esse jucundus, cûm scias, horum esse neminem, qui nesciat, te pridie Kal. Jan. Le-

Catilina autem tum temporis magnũ æs alienũ in urbe habuit, multa debita; & Cicero bona eorum, qui debita contraxerunt nomine Catilinæ, jam sub auctione venalia in proximas idus proposuit, nisi solverent Sensurum itaq; tunc Catilinam, sibi fortunarum ruinam imminere; tantum enim æris alieni contraxisse, ut fortunis omnibus exui necesse sit.

Ad summam Rempublicam: Summa Respublica est res, quæ pertinet ad salutem totius Reipublicæ.

Hæc lux: Hæc vita.

Cœli spiritus: Spiratio aëris, sive hæc vita, synonymicè, quæ sine spiritu esse non potest. Concludit hic id, quod cœperat: *quid est enim, quod te delectare possit &c.*

Pridie Kal. Jan. Quæ hic posita sunt, historica elucidatione indigent. M. Æmilio Lepido, & L. Volc. Tullo Coss. P. Antronius & Cornelius Sulla, designati Consules, propter ambitum puniti sunt, & à Consulatu rejecti. In eorum locum substituti L. Aurel. Cotta & L. Manilius Torquatus: Catilina repetundarum reus factus, adeoq; Consulatum petere prohibitus, indignatione & odio in Rempublicam accensus cum illis rejectis Consulibus consilium iniit ad Kal Jan. interficiendi novos Consules, & restituendi Consulatum iis, qui abdicare coacti erant, occupatamq; Rempublicam pro sua libidine moderandi. Id consilium initum est circa Nonas Decembris. Hujus rei causâ Cicero ait Catilinam *pridie Kal. Jan.* *in*

Lepido & Tullo Coss. stetisse in Comitio cum telo? manum Consulum, & principum civitatis interficiendorum causâ paravisse? sceleri ac furori tuo non mentem aliquam, aut timorem tuum, sed fortunam Populi Romani obstitisse? Ac jam illa omitto. Neque enim sunt aut obscura, aut non multò com-

Similiter cadens.

Præteritio. Polysyntheton.

Repetitio.

in Comitio stetisse cum telo: tum, ut opinor, cùm abeuntes à magistratu Consules ad populum è Rostris verba facerent. Postridie cùm M. Crassus, qui & ipse conjuraverat, mutatô consiliò non affuisset: ideòq; C. Julius Cæsar, ipse quoq; ejus conjurationis particeps, signum, quod convenerat, non dedisset (erat autem signum, ut togam de humero dejiceret) res ulteriùs progressa non est: sed dilata in Non. Febr. Tum quoq; aliquod amicum populo Rom. Numen effecit, ut Catilina, priusquàm armati convenissent, signum daret; id Populo R. saluti fuit. Hæc ex Sallustio, Asconio, Svetonioq; collecta.

In Comitio: Comitium locus erat foro conjunctus & pars fori, ubi decernebatur, quidquid ex usu Reipublicæ esset decernendum, & ubi causæ agebantur.

Cum telo: Non licebat, neq; in Comitium, neq; in forum venire cum telo, sive cum armis.

Manum: Conjunge: *paravisse*, milites & socios subornâsse ad occidendos Consules & principes Civitatis.

Non mentem: Tibi injectam, aut mutatam, quòd consilium mutaveris.

Sed fortunam: Quòd factum non sit illud, ad quod parâsti manum militum, obstitit fortuna populi R. Per fortunam pop. R. cui Cicero multa ubiq; adscribit, intelligenda est Deorum erga populum R. singularis benevolentia, ac divina quædam mens & voluntas omnia in populi R. utilitatem dirigens.

Non multo: Sic conjuge: non multò posteà, paulò pòst commissa.

commiſſa poſteà: quoties tu me deſignatum, quoties Conſulem interficere conatus es? Quot ego tuas petitiones ita conjectas, ut vitari non poſſe viderentur, parvâ quadam declinatione, & ut ajunt, corpore effugi? Nihil agis, nihil aſſequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore, nequè tamen velle ac conari deſiſtis. Quoties jam tibi extorta eſt iſta ſica de manibus? quoties verò excidit caſu

Repetitio. *Inciſa.*

Repetitio. *Allegoria.*

Caſu

Quoties deſignatum: Anno illo, antequam Conſulatum inirem. *Quoties Conſulem:* anno, quo jam conſulatum gero.

Petitiones ita conjectas: Petitiones conjicere gladiatores dicuntur, cùm adverſario vulnus infligere conantur.

Corpore effugi: Duobus modis adverſarii petitio vitari ſolet, ut aut objectu & oppoſitu alicujus rei ictus repellatur, aut declinatione corporis irritus reddatur, hoc poſterius vocabant: *corpore effugere.* Virgilius: *Corpore tela modò, atq; oculis vigilantibus exit.* l. 6.

Nihil aſſequeris: Non aſſequeris, nihil efficere potes; omnia, quæ agitas, ſunt irrita; omnia enim, quæ moliris, tempeſtivè ſcio.

Mihi latere: Mihi incognitum eſſe. Non eſt contra Latinæ linguæ conſvetudinem dicere: *hoc latet mihi*, ſicut: *hoc patet mihi.* Frequentiùs tamen cum accuſ.

In tempore Tempeſtivè, maturè. Dicimus etiam tempori, & tempore, per ellipſin.

Velle, ac conari: Voluntas enim conatum præcedit.

Extorta iſta ſica: Allegoricè: Quoties nos noſtris conſiliis occurrimus, ne quod cogitabas, patrare poſſes; ſicut furioſus nocere ampliùs non poteſt, ſi gladiùs ejus manibus fuerit extortus. *Sica* erat gladius parvus.

casu aliquo, & elapsa est? Tamen eâ carere diutiùs non potes: quae quidem quibus abs te initiata sacris, ac devota sit, nescio, quòd eam necesse putas esse Consulis in corpore defigere. Nunc verò quae est ista tua vita? Sic enim jam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordiâ, quae tibi nulla debetur. Venisti paulò antè in Senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemi-

7. *Antitheta. Traductio. Synœciosis.*

Ab adjunctis.

Casu aliquo: Quoties etiam conatus tuus casu aliquo, & formâ Reipublicae elusus est?

Initiata sacris: Videris vovisse alicui Deo, te sicam illam in Consulis corpore defixurum; hac enim Cottam primò & Torquatum, deinde me Consulem saepè jam è medio tollere conatus es. Cultri in mactandis victimis adhibiti propriè tantùm sacris erant addicti, ac devoti, ut non liceret in profana re uti. Sic Catilina sicam suam videtur consecrâsse, & addixisse solummodò occidendis Consulibus.

Nunc verò: Hactenus vitam Catilinae malè actam descripsit, quòd manifesta sit conjuratio, manifestae insidiae, manifesta scelera. Addit nunc commune omnium odium, tacitam senatûs condemnationem, metum patriae &c. quae ex prioribus consequuntur.

Paulò antè: Hoc ipsò die venit in Senatum Catilina, aut dissimulandi causâ, aut sui expurgandi, aut suâ praesentiâ Ciceroni metum injiciendi.

Necessariis: Propinquis.

Contigit nemini: Moris enim semper fuit, ut qui in Senatum intraret, eum saltem amici & propinqui salutarent.

Vocis

Antithcta. nemini, vocis exſpectas contumeliam, cùm ſis graviſſimo judicio taciturnitatis oppreſſus? Quid, quòd adventu tuo iſta ſubſellia vacuefacta ſunt? Quòd omnes Conſulares, qui tibi perſæpè ad cædem conſtituti fuerunt, ſimul atquè aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam, atquè inanem reliquerunt? Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? Servi mehercle mei, ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relin-

Communicatio Triplex Comparatio à minore.

Vocis contumeliam: Quid exſpectas contumelioſam illam vocem, quâ Patres dicant: abi in exilium; cùm tacito ſuo judicio, quo te nequè ſalutandum exiſtimant, id ſatis dicant.

Taciturnitatis: Illorum ſilentium, quòd te non ſalutent, acerbo ſatis judicio te premit, te condemnat. Quid ergo damnationis vocē exſpectas, qui tacito judicio es damnatꝰ?

Subſellia vacuefacta: Illa, in quibus Catilina ſedebat. Non tamen Senatores abierunt ex Senatu, ſed in aliam partem diſceſſerunt; nam erant ſubſellia ad dexteram, & ſiniſtram.

Omnes Conſulares: Diſtingvit Conſulares, qui vel Conſules fuêre, vel deſignati, à reliquis; hi enim in loco honeſtiori ſedebant, eratq; malum ſignum, quò iſti diſcederent.

Tibi perſæpè: A te.

Quo tandem animo: Aggreditur nunc præclarum illum locum comparationis, qui maximè accomodatus eſt ad illuſtrandum. Triplex autem eſt comparatio, altera à ſervis, altera à civibus, tertia à parentibus, & eſt à minore: ſi me ſervi timerent, ut te cives, profectò mihi domum deſerendam arbitrarer. Latet pariter enthymema.

Domum meam: Cujus ipſe dominus ſum, in quam ſervis nul-

relinquendam putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Et, si me meis civibus injuriâ suspectum tam graviter atquè offensum viderem: carere me aspectu civium, quàm infestis omnium oculis conspici mallem. Tu cùm conscientiâ scelerum tuorum agnoscas odium omnium justum, & jam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes, sensusquè vulneras, eorum aspectum, præsentiamquè vitare? Si te parentes timerent, atquè odissent tui, nequè eos ulla ratione placere posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquò concederes; nunc te Patria, quæ communis est omnium nostrûm parens, odit, ac metuit: & jam diu te nihil judicat nisi de parrici-

Enthymema.

Synœciosis.
Antitheta.
Enthymema.

Metaphora.
Conjugata.

Enthymema.

dio

nullum, sed omne meum jus est, relinquerem propter servos, ita me odio habentes: tu urbem, à qua tota odio haberis, & in quam tibi nullũ jus est, relinquendã non putabis?

Injuriâ: Nullo meo merito. *Haud injuriâ:* jure. Altera comparatio; si, inquit, vel injuriâ & nullo meo merito, me civibus odio esse scirem, urbem relinquerem; quid te facere oportet, qui justissimum in te omnium odium agnoscis?

Sensusq; vulneras: Oculis eorum ingratissimus accidis, vel tuo aspectu oculos eorum & mentes lædis.

Si te parentes: Tertia argumentatio & comparatio: si te parentes tui ita metuerent, atq; odissent, secederes; idem igitur facere debes, cùm te metuat, atq; oderit patria: *patria, parens* conjugata sunt.

Te nihil judicat: Sic conjunge; jam diu judicat, te nihil aliud cogitare, nisi de parricidio suo. Parricidium

enim

Compar. dio suo cogitare; hujus tu neque auctoritatem verebere, neque judicium
Adjunctio. sequêre, neque vim pertimescες? Quæ
Repetitio. tecum, Catilina, sic agit, & quodammodo
Prosopopœia. tacita loquitur: Nullum aliquot
Repetitio. jam annis facinus extitit nisi per te:
Conversio. nullum flagitium sine te: tibi uni
Traductio. multorum civium neces, tibi vexatio,
Similiter cadens. direptioquè Sociorum impunita fuit, ac libera: tu solùm ad negligendas leges ac quæstiones, verùm etiam

enim est cædes, & strages patriæ.

Hujus tu &c. Amplificatio de patria. Non habebit hanc apud te auctoritatem patria, ut eam verearis, eam timeas, ei obedias? Dictio eleganter figurata.

Quæ tecum: Prosopopœiæ exemplum pulcherrimum, quâ Patria loquens ad Catilinam inducitur.

Sic agit: Tecum sic loquitur.

Quodammodo tacita: Per hoc mitigat figuram; nimis audax foret, si absolutè diceret: *Patria sic tecum agit.*

Per te, sine te: Ejusdem verbi ad extremum conversio.

Tibi uni: Nemo præter te civium Romanum impunè occidit; tu occidisti plures.

Direptioq; Sociorum: Catilina Prætor Africam miseris modis divexaverat. Hoc tu impunè fecisti; quia hactenus nullas dedisti pœnas.

Negligendas leges &c. Catilina neglexit leges, ac quæstiones; quia nullo earum metu à peccando continebatur. Easdem perfregit; quia cùm in judicium iteratò adductus esset, & manifesti criminis teneretur, aliquâ tamen viâ elapsus est. Accusatus primùm fuerat repetundarum, sed absolutus per prævaricationem accusatoris P. Clodii. Cædis etiam reus, pariter est absolutus.

etiam ad evertendas, perfringendasquê valuisti. Superiora illa, quanquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc verò me totam esse in metu propter te unum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium inire posse, quod à tuo scelere abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atquè hunc mihi timorem eripe: si est verus, ne opprimar; sin falsus: ut tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, ut dixi, Patria loquatur, nonnè impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid? quòd tu te ipse in custodiam dedisti? Quid? quòd vitandæ suspicionis causâ apud

Dilemma.

8.

A proprio Catilinæ judicio.

Superiora illa: Antecedentia, & olim facta.

Ut potui: Quantum potui.

Quidquid increpuerit: Qualiscunquè strepitus, & tumultus oriatur, ut statim à te proficisci credatur.

Quod à tuo scelere: Quod tu sceleratus non audeas, non attentes.

Quamobrem discede: Claudit sermonem patria, per dilemma. Discede, sive metus iste meus vero nitatur fundamento, sive falso; si enim falso; libera patriam tuam ab hoc metu, quam aliter liberare non potes, quàm discessu. Si vero: ergo hoc ipso abeundum est tibi, ne Patria, parens tua opprimatur.

Quid? quòd tu? Tu ipse te condemnas: nam qui custodiâ te dignum judicat, carcere dignus est; tu talem te judicâsti. *Quid? quòd:* est modus transitionis, & auxesis.

apud M. Lepidum te habitare velle dixisti? A quo non receptus etiam ad me venire ausus es: aquè ut domi meæ te asservarem, rogâsti. Cùm à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quòd iisdem mœnibus contineremur, ad Qu. Metellum Prætorem venisti? à quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, M. Marcellum demigrâsti: quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vin-

A majore.

Ironia.
Compar.
Simil. cad.

Apud M. Lepidum: Qui Consulatum cum Volcatio gesserat. Lepidus cognomen erat, familia & gens vocabatur Æmylia, Romæ inprimis illustris.

Responsum tulisses: id est:accepisses: sic ferre punctum, & ferre tribum est, accipere tribûs suffragia. Horat. *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* Sic & dicimus *repulsum ferre*, id est, accipere.

Parietibus, mœnibus: De his jam dictum suprà N. 5.

Q. Metellum Prætorem: Q. Cæcilium Metellum Celerem dicit: qui, biennio de more interjecto, Consulatum posteà cum L. Afranio gessit.

M. Marcellum: Verisimiliter duo in Senatu fuêre M. Marcelli; nam hunc, quem primò nominat, Cicero videtur ironicè virum optimum, & *videlicet* diligentissimum, *fortissimum* appellare. Paulò infrà: *si fortissimo viro M. Marcello dixissem*, verè laudat illum alterum Marcellum, pro quo etiam extat Oratio ad Cæsarem.

Demigrâsti: Ex illorum domo migrâsti in domum M. Marcelli.

Quæ

vindicandum fortissimum fore putâsti. Sed quàm longè videtur à carcere, atquè à vinculis abesse debere, qui seipsum jam dignum custodiâ judicaverit? Quæ cùm ita sint, Catilina, dubitas, si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis suppliciis justis, debitisquè ereptam fugæ, solitudiniquè mandare? Refer, inquis, ad Senatum; id enim postulas, & si hic Ordo placere sibi decreverit, te ire in exilium, obtemperaturum esse dicis. Non referam; id, quod abhorret â meis moribus, & tamen

Conclusio.

Anteoccupatio.

Quæ cùm: Conclusio svasionis jam sæpè iterata, & potissimùm in fine argumentationis iteranda.

Si emori: Si non potes à te impetrare, ut hìc moriaris, sive manus tibi ipse inferens, sive aliena manu utens, fuge hinc in solitudinem.

Æquo animo: Si hoc sponte & libenter in te suscipere non potes.

Ereptam: Ut tuam vitam subtrahas debitis suppliciis, abi, fuge in alias terras, alias regiones.

Fugæ mandare: Profugere: *solitudini mandare:* est se occultare, hominum aspectum vitare.

Refer, inquis: Sed dices, si totus Senatus me abire jubeat, abibo. Refer igitur ad Senatum, propone Senatui, ut suffragia det: *Referre* âd Senatum, est ponere in deliberationem Senatûs, ut fiat Senatûs Consultum. Consulis autem officium erat, referre ad Senatum, nec aliter nisi ipso referente S. C. fieri poterat.

Placere: Est verbum usitatum in Senatûs Cunsultis; locô, *decernimus*, dicebant: *placet hoc fieri.*

Non referam: Non faciam hoc, non proponam Senatui,

Membratim.
Dissolutio.
Synonyma.

Interrogatio.
Repetitio.
Similiter cadens.
Antitheta.

Ab authoritate Senatûs.

men faciam, ut intelligas, quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina: libera Rempublicam metu: in exilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere. Quid est, Catilina, ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur, tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo, P. Sextio, si fortissimo viro M. Marcello dixissem: jam mihi Consuli hoc ipso in templo Senatus jure optimo vim & manus intulisset. De te autem

tui, id enim abhorret à natura mea, quæ me esse clementem cupit; si referrem, facerem, quod severum Consulem decet.

Faciam, ut intelligas: Ecce; vis scire, quid sentiant Senatores? Scies. Dico igitur: abi in exilium Catilina. Vide, nemo Senatorum obstrepit; omnes taciti audiunt; si displiceret meum hoc dictum, certè obstreperent. Observa hic, quanta sit Oratoris astutia; nam & declinat invidiam relationis, & tamen, quod vult, efficit.

Horum silentium: Senatorum.

Patiuntur: Non obloquuntur; non obsistunt.

Quid exspectas? Ut suam auctoritatem, suam sententiam declarent loquendo, quando eam hoc silentio satis demonstrant.

P. Sextio: P. Sextio Gallo, qui hoc ipso tempore Quæstor erat C. Antonii Consulis, & pro quo erat Oratio Cicer pro Sextio.

M. Marcello: Hic ille est, ut antè dixi, quem posteà apud Cæsarem defendit Cicero.

Hoc ipso in templo: Etsi loco sanctissimo, Senatus tamen ob dicti atrocitatem mihi vim inferret. *Cum*

autem, Catilina, cùm quiescunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cùm tacent, clamant. Nequè hi solùm, quorum tibi auctoritas est videlicet cara, vita vilissima: sed etiam illi Equites Romani, honestissimi, atquè optimi viri, cæterique fortissimi cives, qui circumstant Senatum: quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paulò antè exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te jam diu manus, ac tela contineo, eosdem facilè adducám, ut te hæc, quæ jam pridem vastare studes, relinquentem, usquè ad portas prosequantur.

Distributio. *Synonyma.* *Antitheta.*

Ironia. *Ab auctoritate & judicio omnium.*

Simil. cad. *Polysyntheta.* *Compar.* *Adjunctio & Disjunctio.*

Cùm quiescunt: Amplificatio verbalis; silentio suo decernũt.

Neq; hi solùm: Non solùm Senatores, sed & Equites, cæteriq; cives, qui circumstant Senatum, silentiô significant, placere, ut tu in exilium proficiscaris.

Est videlicet cara: Ironicè; quos, inquit, à te contemni quis non putet, cum de illorum cæde cogites?

Circumstant Senatum: Extra subsellia Equites & cives stabant, exspectantes rei eventum.

Paulò antè: Cùm venires in Senatum, & illi suam de te mentem etiam verbis clarè satis explicarent. Vel credibile est, populum paulò antè Ciceroni loquenti applausisse, ut solebant, durante concione.

Quorum ego vix: Quos vix retineo, ne manus jam diu intentatas tibi inferant: nunquid eos facilè inducam, ut te exeuntem in exilium ad portas comitentur.

Quæ jam pridem vastare: Hanc urbem, has domos, quas tu devastare vis.

Ad portas prosequantur: Mos antiquus erat prosequen-

 di

9. *Correctio. Repetitio cum Interrogatione. Optatio.*

tur. Quanquam quid loquar? Te ut ulla res frangat? tu ut unquam te corrigas? tu ut ullam fugam meditêre? tu ut ullum exilium cogites? Utinam tibi iſtam mentem Dii immortales darent! Tametſi video, ſi mea voce perterritus ire in exilium animum induxeris, quanta tempeſtas invidiæ nobis, ſi minùs in præſens tempus, recenti memoria ſcelerum tuorum, at in

Metaphora.

di eos ad portas urbis,qui in exilium abirent: ſic in Catilinaria II. *Vel ejecimus, vel emiſimus, vel ipſum, egredientem urbe, proſecuti ſumus.*

Quanquam quid: Reprehendit ſe ipſum,quôd tam multis verbis cohortatus fuerit Catilinam, ut in exilium ipſe ſponte, ad bonum patriæ, abiret; ait enim hoc ab homine non corrigendo exſpectari non poſſe.

Meditêre: Cogites de fuga.

Utinam tibi iſtam mentem: Hoc conſilium, ut in exilium fugere velles. Mentem hominibus injici à Diis, crebra eſt locutio apud veteres,qui credebant, conſilia, quæ capiuntur, omnia hominibus immitti à Diis. Chriſtiani quoq; agnoſcunt liberas hominum actiones dirigi à Divina Providentia, ita tamen, ut recta & honeſta conſilia ſemper immittantur divinitùs in noſtros animos, vitioſa autem quæ ſunt,ea ex naturæ noſtræ corruptione proficiſcantur. Plura de hoc veterum dicto in oratione Miloniana.

Tametſi video: Vovet Cicero, ut abeat, etiamſi ſibi magna inde invidia confletur;modò fiat ſalvâ Republicâ.

Mea voce: Mea oratione.

Animum induxeris: Inducere animum, & in animum inducere, eſt velle, ſtatuere, perſvaderi &c.

Si minùs in præſens: Si non quidem nunc, cùm ſcelera Catilinæ ſunt in recenti memoria; ſaltem impoſterum

Sed

in posteritatem impendeat. Sed est tanti, dummodò ista privata sit calamitas, & à Reipublicæ periculis sejungatur. Sed tu ut vitiis tuis commoveâre, ut legum pœnas pertimescas, ut temporibus Reipublicæ cedas, non est postulandum. Nequè enim is es, Catilina, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore revocârit. Quamobrem, ut sæpè jam dixi, proficiscere: ac si mihi ini-

Repetitio.

Distributio. Subjecta cū adjūctis, & Antithesis.

Simil. cad.

Adjunctio.

Sed est tanti: Tanti Reipublicæ interesse duco, te ex urbe exire, ut modò id fiat, non recusem omnem invidiæ tempestatem subire.

Privata calamitas: Dummodo ista calamitas, quam ego accipiam ex invidia mihi conflanda, privata sit, & me solùm contingat, neq; sit cum Reipublicæ totius periculis conjuncta.

Sed tu ut: At tu non moveberis à te ipso, vel à cognitione criminum, vel à metu legum, vel ab utilitate Reipublicæ.

Temporibus Reipublicæ cedas: Ut tu æquo & lubente animo facias, quod præsens status Reipublicæ postulat fieri, aut injungit faciendum.

Pudor à turpitudine: Reflecte te, quomodo suprà positis hæc subjiciat. I. *Ut vitiis tuis commoveâre:* non enim te pudor à turpitudine; Ut legum *pœnas pertimescas:* non enim te metus à periculo: *Ut temporibus Reipublicæ* &c. non enim te ratio à furore revocat. Observa etiam tria esse, quæ à peccato prohibent: pudorem, metum, & rationem. Nullum horum Cicero ait in Catilina valere. Deniq; eleganter turpitudinem pudori, periculum metui, furorem rationi, singula singulis opposuit, & omnia hæc ad unum verbum in fine positum revocavit.

Si mihi inimico: Sive mihi conflare invidiam, sive laudi meæ servire vis, egredi debes.

Dilemmatis pars 1. inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam, rectà perge in exilium: vix feram sermones hominum, si id feceris: vix molem istius invidiæ, si in exilium ieris jussu Consulis, sustinebo.

Dilemmatis pars 2. *Concessio. Mēbratim. Disjunctio. Similiter cadens. Antitheta. Correctio.* Sin autem servire meæ laudi & gloriæ mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos cives: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exsulta impio latrocinio, ut à me non ejectus ad alienos: sed invitatus ad tuos isse videaris. Quanquam quid ego te invi-

Ut prædicas: Quemadmodum dicis,me inimicum tuũ.

Conflare invidiam: Metaphoricè: *facere invidiam*,sicut venti conflant tempestatem, sic tu mihi tempestatem invidiæ.

Vix feram sermones &c. Scio,multi de me loquentur, & contumeliis me afficient, vix sustinebo tantam molem, & ut suprà, tantam tempestatem invidiæ, sed abi, modò Respublica salva sit.

Servire meæ laudi: Laudem mihi facere; apparebit enim veram esse conjurationem, quam detexi ego; esse te hostem patriæ; & sic ego consequar laudem viri vigilantis pro bono patriæ &c.

Importuna: Cicero importunum pro malo, crudeli, & inhumano sæpè dicit.

Secerne te: Separa te â bonis.

Exulta impio latrocinio: Est enim hoc bellum impium, illatum patriæ, *parricidium:* gaude de rebus tam malis. Membratim hic locutus est, quod non solùm amplificationis, sed etiam urgendi gratiâ fit.

Quanquam: Quid opus est,ut tibi stimulos addam, qui sponte curris, ut ad tuos conjuratos,& præmissos venias. Novum jam struit argumentum svasionis. Optabile est

Cati-

invitem, à quo jam ſciam eſſe præmiſſos, qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati? Cùm ſciam jam pactam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem? A quo etiam Aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam eſſe confido, & funeſtam futu-

Novum argumentum, ut diſcedat. Geminatio.

Catilinæ & jucundum proficiſci ad caſtra Manlii.

Eſſe præmiſſos: Jam enim ad caſtra Manlii ſuorum multitudinem præmiſerat, & ipſe ſperans Ciceronem ea nocte interfectum iri, proxima nocte ex urbe ſe exiturum confirmaverat.

Tibi præſtolarentur: Cum accuſandi & dandi caſu hoc verbum uſurpatur, ut Cic. ad Attic. l. 2. *In Formiano tibi præſtoler &c.*

Ad forum Aurelium: Ut forum Julium, forum Cornelium, forum Sempronium, forum Appii: ita forum Aurelium oppidum fuit, haud procul ab urbe, in via Aurelia, quæ in Etruriam fert. Vulgari nunc vocabulo. *Monte Alto* dicitur. Nomen & originem habuit ab Aurelio quodam, qui Aureliam viam Româ Piſas usq;, ſub initium haud dubiè ſubactæ à Romanis Etruriæ ſtravit.

Diem: Tempus, quo in caſtris Manlii eſſe deberes, jam pactum eſſe, & decretum.

Aquilam illam argenteam: Romanarum legionũ proprium fuit ſignum Aquila; cùm enim hæc avis Jovi adverſùs Titanas proficiſcenti in auſpicio apparuerit, eam pro indicio victoriæ habitam, exercitui pro ſigno dedit; quo factum eſt, ut prima apud Romanos legionis cohors eam haberet pro ſigno militari. Erat autem effigies aquilæ vel argentea, vel aurea, in quodam veluti parvo ſacello vel ſacrario incluſa, atq; ſic impoſita haſtæ, ex inferiori parte acutæ, quò in terram defigi poſſet. Portabat is, qui Aquilifer dicebatur.

Perniciosam & funeſtam: Spero, hanc aquilam non tibi felix,

futuram, cui domi tuæ sacrarium sceletum tuorum constitutum fuit, sciam esse præmissam. Tu ut illâ diutiùs carere possis, quam venerari ad cædem proficiscens solebas? A cujus altaribus sæpè istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti? Ibis tandem aliquando, quò te jam pridem tua ista cupiditas effrænata, ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu non modò otium, sed ne bel-

10. *Ex attributis personæ. Antitheta.*

Distributio. Disjunctio. Simil. cad. Compar. Dissolutio.

felix, sed ferale signum fore.

Sacrarium sceletum: Sacrarium est repositorium sacrorum: cùm domi tuæ asservaretur hæc aquila, asservabatur in sacrario non sacro, sed scelesto, & receptaculo omnium scelerum.

Ut possis: Quomodo tu possis?

Ad cædem proficiscens: Alii venerantur hæc signa, cum ad justum pergunt bellum; tu ejus auspicium imploras ad cædes & latrocinia facienda.

A cujus altaribus: Postquã huic aquilæ sacrificâsti, manum, quâ priùs altare contingebas, mox admovisti ad parricidia.

Incredibilem voluptatem: Jucundum est Catilinæ discedere ad castra Manlii, ubi bello & cædibus indulgebit; ergo eat. Sic ulteriùs propositionem & svasionem urget.

Ad hanc: Nimirum insanam voluptatem, quam capis ex bello, quod patriæ infers, ad quam insaniam natura te trahit tua, & voluntas; & mala fortuna te ad hoc malum reservavit.

Non modò otium: Tu non tantùm non amas pacem, sed neq; bellum aliquod honestum & justum; bella, quæ concupi-

bellum quidem, nisi nefarium concupîsti. Nactus ex perditis, atquè ab omni non modò fortuna, verùm etiam spe derelictis, conflatam improborum manum. Hîc tu quâ lætitiâ perfruêre? Quibus gaudiis exultabis? Quanta in voluptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorum nequè audies virum bonum quemquam, nequè videbis? Ad hujus vitæ studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui: jacere humi non

Antithesis.

Traductio.
Synonyma.
Disjunctio.

Polysyntheton.

cupiscis, debent esse nefaria. *Otium*, pro pace consvetum est Ciceroni.

Improborum manum: Socii tui & conjurati, quos nactus es, quos conduxisti, sunt pessimi. Inter hos, si adveneris, quomodo non exultabis?

Quâ lætitia: Gradatim ad majus ascendit. 1. *Lætitiâ:* 2. *exultabis:* 3. etiam *in voluptate bacchabere*. Bacchari vocabulum est voluptatis longè gravissimum, id est: *furere*. Bacchantes enim in Orgiis Bacchi vibrabant caput & manus, & saltationibus furebant, & in Bacchanalibus omnium libidinum & flagitiorum licentia erat, quæ postmodum Romæ tamen acerbissimis suppliciis expiabantur Liv. l. 39.

Ad hujus vitæ: Ad talem vitam tu pridem te comparâsti laboribus etiam duris, sed pro scelere, non pro virtute susceptis.

Meditati: Id est: exercitati.

Qui feruntur: Qui vulgò dicuntur à te fieri.

Jacere humi: Catilina patiens inediæ, algoris, vigiliæ erat suprâ, quàm cuiquã credibile est, ut ait Sallustius. Solent autem, & qui de nocte grassantur, & qui furtivos sequuntur concubitus, sæpè jacere humi, & sub dio pernoctare coacti, sicut Ovidius de amante & milite canit:

Pervigilant ambo, terrâ requiescit uterq;,
Ille fores Dominæ servat, at ille Ducis.

Stuprum pro scorto. non modò ad obsidendum stuprum, *Metonymia.* verùm etiam ad facinus obeundum: *Simil: cad:* vigilare non solùm insidiantem somno maritorum, verùm etiam bonis otiosorum. *Ironia.* Habes, ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis, frigoris, inopiæ rerum omnium: quibus te *Incisa.* *Dissolutio.* brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci tum, cùm te à Consulatu

Utriusq; igitur rei causâ ad ponendum humi corpus exercitatum dicit esse Catilinam.

Ad obsidendum stuprum: Allegoricè; sicut qui obsident urbem, sic tu excubas, & obsides fores fœminæ, ut stuprum possis committere.

Ad facinus obeundum: Ad hominem occidendum.

Insidiantem somno maritorum: Exspectare, quoad mariti dormiant, ut uxoribus eorum potiâre.

Bonis otiosorum: Ut spolies eos, qui in pace & tranqullè vivunt. *Otium* enim est *pax* Ciceroni, ut antè dixi; *otiosus*, in pace vivens, pacisq; cupidus. Dies igitur noctesq; cogitat Catilina, ut bello civili moto illis, qui pacem malebant, bona eripiat, & sibi vindicet.

Ubi ostentes &c. Quàm præclara hæc est patientia! cum irrisione dicit. Non enim patientia erat, sed pertinacia quædam ex libidine nata. Patientiam definit Cicero: *est honestatis, aut utilitatis causâ rerum arduarum, ac difficilium voluntaria, ac diuturna perpessio.*

Confectum: Conficere hic significat enecare, excruciare, consumere. Sic dicitur: *confectus curis, confectus morbô, confectus seniô.*

Tantum profeci: Acclamatio, quâ Cicero suam operam commendat in eo, quòd Catilinam à Consulatu repulerit. Nam nisi hoc factum esset, justum bellum gerere Consul videri possit; nunc autem latrocinium potiùs, non bellum nominari debet ab homine privato & exule gestum.

Ten-

latu repuli, ut exul potiùs tentare, quàm Conſul vexare Rempublicam poſſes: atquè ut id, quod eſſet à te ſceleratè ſuſceptum, latrocinium potiùs, quàm bellum nominaretur. Nunc ut à me, P. C. quandam propè juſtam Patriæ querimoniam deteſter, ac deprecer, percipite, quæſo, diligenter, quæ dicam, & ea penitus animis veſtris, mentibusquè mandate. Etenim, ſi mecum Patria, quæ mihi vitâ meâ multò eſt carior, ſi cuncta Italia, ſi omnis Respublica loquatur: M. Tulli, quid agis? tunè eum, quem eſſe hoſtem comperiſti, quem ducem belli futurum vides, quem exſpectari Impera-

Oppoſita.

Secundum argumentũ.
Attentio.

Proſopopœia, in qua etiam ante-occupatio.
Repetitio.
Repetitio.
Disjunctio.

Tentare: Laceſſere, & commovere.

Latrocinium: In nomine belli eſſet aliquid honeſtatis, & auctoritatis. Ergo non bellum Catilinæ, ſed latrocinium vocat.

Nunc ut à me: Renovat attentionem, explicaturus, cur Catilinam ejicere potiùs, quàm interficere malit. Argumentũ eſt hoc: utile eſt Reipublicæ non interfici Catilinã.

Propè juſtam: Ex parte enim juſta eſſe videtur.

A me deteſtor: Depellam graviter teſtando, & *deprecer*, amoveam à me, non ſine adhibita prece, quâ patriam rogo, ne hoc mihi vitio vertat, quod in ejus bonum faciendum judico. *Deteſtari* eſt vehementer teſtari, ſe aliquid nolle, aliquid à ſe abeſſe velle; *deprecari* etiam ſignificat depellere, à ſe removere, execrari, deteſtari. Sic: deprecor calumniam, ignominiam, invidiam.

Etenim ſi mecum: Proſopopœia Patriæ loquentis ad Ciceronem, in qua Catonis, Catuli, & quorundam Senatorum

Definitiones. *Annominatio.* *Repetitio.* *Adjunctio, & disjunctio.* *Subjectio.*

peratorem in Castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem conjurationis, evocatorem servorum, & civium perditorum exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonnè hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mosnè

rum severa sententia contra leniorem Ciceronis sententiam continetur, eamq; Cicero sibi ipsi objicit; at deberet Catilina interfici, dicunt isti vel in eorum persona, nostra Patria &c.

Evocatorum Servorum: Evocatio, unde evocator, erat proprium nomen, quo utebantur ad conducendos eos milites, qui vel cogebantur, vel sub spe libertatis obtinendæ adducebantur. Evocator igitur hic dicitur; quia servos in militiam vocavit ad pileum, ut dicebant, id est: ostenso pileo, & promissa libertate. Erat enim pileus libertatis & nobilitatis signum.

Immissus in urbem: Contra urbem, tanquam hostis.

Mactari: Atrox verbum; Catilina tanquam homo execrabilis mactandus non aliter ac victima; de hac enim propriè verbum *mactare* dicitur.

Quid tandem impedit: Argumentum ab enumeratione partium per remotionem hoc modo: Quod Catilinam non interficis, oportet te aut more majorum, aut legibus, aut invidiæ metu impediri. At neq; majorū mos, neq; lex ulla, neq; invidiæ metus impedire te debet; nihil igitur causæ est, cur eum non interficias potiùs, quàm ex urbe emittas. Propositio sive major, tanquam certa ponitur, neq; opus habet probatione. Assumptionis, quæ tripartita est, singulæ partes adhibitis rationibus confirmantur. Itaq; procederet argumentatio adversùs Ciceronem, nisi Cicero posteà ostenderet, præter has tres aliam quandam

subes-

mosnè Majorum? At persæpè etiam privati in hac Republica perniciosos cives morte multârunt. An leges, quæ de Civium reorum supplicio rogatæ sunt? At nunquam in hac urbe ii, qui à Republica defecerunt, civium jura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Præclaram verò populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione majo-

Enumeratio partium.
A minore.

Ironia.

subesse causam, cur Catilinam emittendum potiùs, quàm interficiendum putet.

At persæpè: Confirmatur prima pars Assumptionis per locum à minore, hoc modo: quod privatos homines in hac Republica non vetitum est facere; id multò animosiùs facere debet is, cui commissa Respublica est; at sæpè etiam privati perniciosos cives morte multârunt; multò magis igitur idem tibi faciendum est.

An leges: Confirmatio secundæ partis: hostes civium non debent gaudere legibus & juribus civium; Catilina, hostis est &c. intelligit Leges Porcias & Sempronias, de quibus alibi.

Rogatæ: Factæ, conditæ.

An invidiam: Tertia pars Assumptionis duabus rationibus confirmatur. 1ma est: Qui summis populi beneficiis usus est, is, ubi populi salus agitur, nullam recusare invidiam, nullum subterfugere periculum debet; tu à populo, quæ maxima exspectari beneficia poterant, consecutus es; non est igitur, cur in illius salute conservanda ullam invidiam, aut ullum periculum extimescas.

Per te cognitum: Qui non per alios & majores tuos inclaruisti, sed solùm per te, atq; adeò hominem novum.

Nulla commendatione majorum: Explicat ipse priorem Phrasin: qui non inclaruisti commendatione & nobilitate majorum.

Ad

majorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter invidiam, aut alicujus periculi metum salutem civium tuorum negligis. Sed, siquis est invidiæ metus, num est vehementiùs severitatis, ac fortitudinis invidia, quàm inertiæ, ac nequitiæ pertimescenda? An, cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt: tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum? His ego sanctissimis Reipublicæ vocibus, & eorum hominum, qui idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu judicarem, P. C.

Correctio sententiæ.

A consequentibus. Dissolutio. Incisa. 12.

Refutatio anteoccupationis, &

Ad summum imperium: Consulatum; *per omnes honorum gradus*: Quæsturam, Ædilitatem majorem, Præturam.

Sed siquis est: Secunda ratio tertiæ Assumptionis. Si ob metum invidiæ parcis Catilinæ: nihil agis; in eandem enim aut majorem invidiam incides, vel ob inertiam, vel ob nequitiam; quàm ob severitatem, & fortitudinem.

Inertiæ: Si eris desidiosus, & negligens in vindicandis maleficiis. Inertia & nequitia jam suprà fuit explicata.

An, cùm bello: Vide amplificationem à consequentibus, & effectis belli; dicere poterat: *An cùm bellum illuderit &c.* Sed amplificat.

Invidiæ incendio: Primùm dixit propriè *tecta ardebunt:* mox id, quod proprium, transfert ad conflagrationem invidiæ: quam Metaphoram sæpè adhibet Cicero: *conflagrare invidiâ, infamiâ &c.*

His ego: Claudit prosopopœiam. Dixit suprà: si mecum ita Respublica loquatur; nunc ego his sanctissimis ejus vocibus pauca respondebo.

Ego, si hoc optimum: Propositam argumentationem solvit dua-

P. C. Catilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri, & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & su-

Prosopopœia. Exemplis confirmat. Comparatio à minore.

duabus rationibus & propositionibus adductis. Prior propositio: ego, si id è Republica fore judicâssem, Catilinam nullâ interjectâ morâ, morte multâssem. Ratio: non enim metuerem, ne ulla tam pulchrum facinus invidia sequeretur. Quòd si aliter caderet; tamen gloriam eam potiùs, quàm invidiam ducerem. Altera propositio: Sed satiùs esse duco, ut emittatur. Ratio: quoniam eo interfecto video fore, ut hoc malum reprimatur tantùm paulisper: ejecto autem, & profligato cum suis, ut in perpetuum comprimatur.

Usuram horæ: Tempus & vitam ad unicam horam.

Gladiatori isti: Catilinæ; est nomen ad contemptum, & significat hominem cædibus inhiantem, ut alibi diximus.

Etenim si: Ab exemplis, & comparatione. De occiso Saturnino est Oratio pro Rabirio.

Gracchorum: De duobus Gracchis, Tib. Graccho, & Cajo Graccho fratribus aliquoties jam facta est mentio. Prior occisus fuit à Publio Nasica. Cajus Gracchus biennio pòst, cùm montem Capitolinum occupâsset, jussu Opimii Consulis est interfectus. Uterq; quia popularis auræ plùs satis avidus, & de seditione suspectus.

Flacci: Flacci erant è familia Valeria, seu Valesia, & cognomentum hoc, ut Plinius significat, acceperunt ab auribus pendulis, ac demissis. Non tamen hic est ille Flaccus, pro quo extat Oratio Ciceronis; sed alius, M. Fulvius Flaccus dictus, qui in seditione C. Gracchi socius, pariter se in montem Aventinum receperat, & L. Opimii Consulis jussu interfectus, atq; in Tiberia præcipitatus est.

superiorum complurium sangvine non modò se non contaminârunt, sed etiam honestârunt: certè mihi verendum non erat, ne quid hoc parricidâ civium interfectô invidiæ mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maximè impenderet, tamen hoc animo semper fui, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem. Quanquam nonnulli sunt in hoc Ordine, qui aut ea, quæ imminent, non videant: aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, conjurationemquè nascentem non credendo corroborave-

Simil: desin.

Sententiæ.

Commutatio.

Allegoria.

Superiorum complurium: Multorum aliorum, qui superioribus annis vixerunt.

Sangvine: Metonymia: effundendo eorum sangvinem, eos occidendo.

Parricida civium: Jam diximus parricidæ nomen transferri etiam ad eos, qui patriam violenti aggrediuntur.

Mihi redundaret: Ita hic Cicero cum Dativo: sæpiùs cum accusativo addita præpositione.

Quòdsi: Refutatio objectæ invidiæ ex dissimili: non invidia esset, sed gloria.

Quamquam nonnulli: Sunt aliqui *in hoc ordine*, ex Senatoribus, qui non attendunt ad futura & consequentia, quæ imminent, & hinc imperiti putant, statim ad supplicia procedendum; vel alii sunt; qui vident quidem pericula, sed improbi dissimulant; hos alii imperiti, & alii improbi sequuntur.

Mollibus sententiis: Sunt, qui mitiorem sententiam amplexi hoc ipso spem Catilinæ res suas exequendi majorem fecerunt.

Non credendo: Sunt, qui non credunt vera esse, quæ de

verunt. Quorum auctoritatem secuti multi, non solùm improbi, verùm etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter, & regiè factum esse dicerent. Nunc intelligo, si iste, quò intendit, in Manliana castra pervenerit: neminem tam stultum fore, qui non videat conjurationem esse factam: neminem tam improbum, qui non fateatur. Hoc autem uno interfecto, intelligo hanc Reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quòd si se ejecerit, secumquè suos eduxerit: & eodem

Ex consequentibus.

Geminatio.

Paronomasia.

Metaphoræ, & Allegoriæ.

de Catilina ego detexi,& sic non credendo conjurationi à Catilina cœptæ, & nascenti vires præbuerunt, permiseruntq;, ut posset crescere, corroborari.

Imperiti: Simplices,& uti dicunt,idiotæ, qui quæ imminent,non vident.

*Animadvertissem:*Si supplicium sumpsissem de Catilina.

Crudeliter & regiè: Dicerent me nimiam & regiam potestatem mihi arrogare. Regum crudelitas & superbia apud Romanos propè in proverbium abiêrat; & regium idem significabat, atq; arrogans, superbum,crudele.

Hoc autem uno interfecto: Adducit adjuncta & incommoda interfecti; commoda verò,si emittatur Catilina.

Reprimi, non comprimi: Ad tempus, & aliquamdiu reprimetur malum, non totum, nec in perpetuum comprimetur.

Se ejecerit: Metaphoricè,& significanter hoc dicit, si se ejecerit, & tanquã ex naufragio ad Manliana castra appulerit. Ejectus enim is est, qui ex naufragio littori se salvus applicat.Ita Virg. l. 4. *Ejectum, & littore egentem excepi,*

Col-

eodem cæteros undiquè collectos naufragos aggregaverit: extingvetur, atquè delebitur non modò hæc tam adulta Reip. pestis, verùm etiam stirps, ac semen malorum omnium. Etenim jam diu, P. C. in his periculis conjurationis insidiisquè versamur: sed nescio, quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audaciæ maturitas in nostri Consulatûs tempus erupit. Quòdsi ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus curâ & metu esse relevati: periculum-

Metaphora.
Metonymia.
Allegoria.

Collectos naufragos: In eadem metaphora, quâ priùs dixit: *ejecerit*. Socios sibi adjunxerit, qui per scelera atq; flagitia cùm decoxissent, & quasi navi fracta fortunas amisissent, in littus pariter, vel potiùs ad scopulum Manlianum ejecti convenirent.

Extingvetur: Plurimis in hoc contextu metaphoris tanquam stellulis orationem illustrat; quales sunt *ejecerit*, *naufragos*, *extingvetur pestis*, *stirps*, *semen*; *adulta pestis*, pro matura, diu crescente, jam robusta: simpliciter dixisset; si exiverit, malum omne cessabit.

Malorum omnium: Substantivè, id est: incommodorum, ne de hominibus intelligas.

Etenim jam diu: Mala ista crescunt jam diu, & maturescunt, maturaq; & adulta sub meo Consulatu simul erumpunt omnia. Si Catilina interficeretur, cessaret malum paulisper, sed posteà vehementiùs ingravesceret. Ecce, quomodo id ipsum amplificet, pro meliore captu in amplificatione moretur, explicet magis, magisq;.

Ex tanto latrocinio: Ex tanta conjuratorum, & latronum turba.

Relevati: A morbo, à peste videbimur convalescere, sed ad breve tempus.

Resi-

riculum autem residebit, & erit inclusum penitùs in venis, atq; in visceribus Reipublicæ. Ut sæpè homines ægri morbo gravi, cùm æstu, febriquè jactantur, si aquam gelidam biberint, primò relevari videntur: deinde multò graviùs, vehementiùsquè afflictantur: sic hic morbus, qui est in Republica, relevatus istius pœnâ, vehementiùs reliquis vivis ingravescet. Quare P. C. secedant improbi, secernant se à bonis, unum in locum congregentur: muro deniquè, id quod sæpè jam dixi, secernantur à nobis: desinant insidiari domi suæ Consuli, circumstare tribu-

Similitudo.

PERORATIO.

Mēbratim.

Dissolutio.

Residebit, & erit inclusum: Perstat in translatione pestis, aut ulceris pestiferi, quod si nondum maturum ferro aperiatur, aut aliter reprimatur, tum sanies ipsa in venis atq; in visceribus penitùs residet majore cum periculo.

Ægri morbo gravi: Graviter ægroti.

Æstu, febriq;: Æstuante febri. Explicat Cicero suam allegoriam, & exornat similitudine: ubi videbis Rempublicam corpori, conjurationem febri, Catilinæ supplicium potui aquæ gelidæ comparari.

Afflictantur: Morbò nimirum; id est: graviùs ægrotant.

Reliquis vivis: Si superstites sint conjurati reliqui.

Quare P. C. Brevis est peroratio, caretq; affectibûs, qui in Exordio, & Contentione vehementes fuerunt; solummodò Consul Cicero suam erga patriam, ac Deos pietatem exhibet contra impium Catilinam, ejusq; socios.

Consuli: Mihi nempe Ciceroni.

tribunal Prætoris urbani, obſidere cum gladiis Curiam, malleolos, & faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inſcriptum in fronte uniuscujusque, quid de Republica ſentiat. Polliceor hoc vobis, P. C. tantam in nobis Coſſ. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in Equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis conſenſionem, ut Catilinæ profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis. Hiſce omnibus, Catilina cum ſum-

Apoſtrophe ad Senatores. Repetitio. Enumeratio.

Diſſoluta.

Apoſtrophe

Tribunal Prætoris urbani: Ceſſent homines iſti circumſtare Prætorem urbanum, qui jus dicebat inter cives de creditis & debitis pecuniis; qui hac ratione Prætorem deterrere volunt, ne contra ære alieno gravatos jus dicat.

Obſidere cum gladiis: Comparebat enim jam anteà Catilina & ſocii ad Curiam cum armis,ut interficerent Conſules & Senatores. Omittant jam hoc & abeant.

Malleolos: Malleoli erant inſtrumenta ad incendendã urbem per modum ſagittarum,vel manipulorum ex ſparto & pice confectorum; jaciebantur in muros & ædes, easq; incendebant.

Inſcriptum in fronte: Per improborum diſceſſum, quid quisq; de Republica ſentiat, ex fronte cognoſcatur, & ex vultu remanentium;tanquam in frontibus ſcriptum eſſet, quo quisq; animo ſit.

Polliceor hoc: Apoſtrophe ad Senatores, quibus omne ſuum ſtudium pollicetur ad extingvendam conjurationẽ.

In vobis auctoritatem: In Senatoribus; eſt enumeratio omnium & præcipuorum Ordinum.

Patefacta &c: Aſcendit gradatim ad majus.

Hiſce omnibus: Repetitur complexio & concluſio totius

summa Reipublicæ salute, & cum tua peste, ac pernicie, cumquè eorum exitio, qui se tecum omni scelere, parricidioquè junxerunt, proficiscere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Jupiter, qui iisdem, quibus hæc Urbs, auspiciis à Romulo es constitutus: quem Statorem hujus urbis atquè imperii verè nominamus: hunc, & hujus socios à tuis aris, cæterisqué templis, à tectis urbis ac mœnibus, à vita, fortunisq; civium omnium arcebis: & omnes bonorum inimicos, hostes patriæ, latrones Italiæ, scelerum fœdere inter se, ac nefaria societate conjunctos, æternis suppliciis vivos, mortuosq; mactabis.

ad Catilinã, & imprecatio.

Apostrophe ad Jovem Statorem.

Enumeratio partium. Compar.

Periphrases, & definitiones.

tius orationis cum apostrophe ad Catilinam, & imprecatione omnis mali, in ipsum, & socios redundaturi.

Tum tu, Jupiter: Continuatur dirarum imprecatio factâ Apostrophe ad Jovem præsentis templi Præsidem, ut Catilina cum sociis expellatur, & sempiternâ pœnâ torqueatur.

Iisdem auspiciis: Historia, unde Jupiter Stator dictus, jam suprà enarrata; à Romulo nempè Conditore urbis, etiam Jupiter Stator dictus, & urbis Servator constitutus.

Verè nominamus: Quia Jovis nomine, & ope Romani, Sabinis insectantibus, constitêre, & ab eo servata hæc urbs, imperiumq; constitutum.

Bonorum inimicos: Definit & describit conjuratos, sociosq; per periphrasin.

Æternis suppliciis vivos, mortuosq;: Ex hoc loco religio elucet Ciceronis, ut qui Deum ultorem malorum, & animos nostros immortales agnovisse significat.

ORATIO I.

EVENTUS.

Vehemente hac Oratione perterritus Catilina, cùm pauca quædam ſui purgandi causâ dixiſſet, Senatores autem & præſentes omnes obſtreperent, hoſtem ac parricidam vocarent, furibundus ſe domum proripuit, ac nocte intempeſta cum trecentorum ſatellitum comitatu urbe eſt egreſſus, jubens etiam conſularis dignitatis inſignia, faſces, atq; ſecures ſibi præcedere. Lentulus in urbe remanſit, & ad præſtitutum diem, quo Catilina arma urbi cum Manlio illaturus erat, viros, faces, arma ubiquè diſpoſuit. Sed detectæ á Cicerone inſidiæ ſunt, Lentulus cum aliis parricidis in carcere ſtrangulatus, ipſe deniq; Catilina cum toto ſuo exercitu fuit oppreſſus. Quàm atrociter tum dimicatum ſit, hiſtorici deſcribunt; ita quidem, ut neminem hoſtium bello ſuperfuiſſe teſtentur. Quem quisq; (ait Florus) in pugnando ceperat locum, eum amiſsâ animâ corpore tegebat. Catilina longè á ſuis inter hoſtiū cadavera repertus eſt, pulcherrima morte, ſi pro patria ſic cecidiſſet.

Axio-

Axiomata & Sententiæ.

1. *O tempora! O Mores!*
2. *Fuit ista quondam in Republica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quàm acerbissimum hostem coërcerent.*
3. *Senatûs-Consultum inclusum in tabulis, est tanquam in vagina reconditum.*
4. *Viro forti magni facienda non est calamitas privata, si à communibus Reipublicæ periculis sejungatur.*
5. *Qui in profundum sceleris venêre, eos neq; pudor à turpitudine, neq; metus à periculo, neq; ratio à furore solet revocare.*
6. *Patria, ejusdemq; bonum nobis ipsâ vitâ nostrâ multò debet esse carius.*
7. *Nec propter invidiam, nec alicujus periculi metum salus civium (aut animarum) est negligenda.*
8. *Siqua invidia metui debet, ea, quæ inertiæ est, & nequitiæ, vehementius pertimescenda est, quàm quæ severitatis, ac fortitudinis.*
9. *Hoc animo semper esse debemus, ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putemus.*
10. *Sæpè mollibus remediis aluntur morbi, &*

nascentes non credendo corroborantur; alii ad breve quoddam tempus relevantur; periculum autem residet, & inclusum est penitùs in venis, atq; visceribus.

11. *Sunt mala: quæ paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi possunt.*

12. *Ut sæpè homines ægri morbo gravi, cum æstu, febriq; jactantur, si aquam gelidam biberint, primò relevari videntur: deinde multò graviùs, vehementiùsq; afflictantur: ita & morbus Reipublicæ (vel animæ) interdum relevatur quidem, sed paulò pòst vehementiùs ingravescit.*

ORA-

§ * §

ORATIO PRO L. MURÆNA.

ARGUMENTUM.

LUcius Licinius Muræna, patrem, qui L. Muræna pariter appellabatur, secutus in bellum Mithridaticum, cum eo triumphavit; mox Quæstor unà cum Servio Sulpitio factus est; deinde Legatus L. Lucullo in Asiam contra Mithridatem datus; ubi singulari fide, ac diligentia industriam suam Imperatori probavit. Ex eo Ædilitatem & Præturam obtinuit, in qua Prætura ludos fecit, quos in Ædilitate prætermiserat. Præturam primùm Romæ, deinde in Gallia Transalpina gessit. Inde petiît Consulatum cum Servio Sulpitio, qui tum in jure civili florebat; item cum Decio Junio Syllano & L. Catilina, cùm essent Consules M. T. Cicero, & C. Antonius Anno Urbis Condi-

tæ 690. quo tempore Lucullus ex Provincia cum exercitu ad triumphum revertebatur. Celebrata ergo sunt pro more Comitia Consularia, in quibus cùm Muræna Sulpitium & Catilinam vicisset, ipse cum Syllano Consul designatus Magistratum hunc ineunte novo anno, & decedente ex Consulatu Cicerone, atq; Antonio erat initurus. Offensi ea re Sulpitius, & nonnulli alii accusationem adornabant adversùs Murænam, quòd in petendo Consulatu crimen ambitûs commisisset, id est: studiosius, impensiusq;, contra mores, & leges Civitatis, per largitiones, aliosq; illegitimos modos dignitatem hanc petiisset, obtinuissetq;. Accusatores fuêre Serv. Sulpitius, M Forcius Cato, Cn. Postumius cum subscriptoribus aliis. Defenderunt Murænam Cicero Consul, Q. Hortensius, & M. Crassus. Capita accusationis, rationemq; defensionis videre licet in sequente Analysi, & synopsi totius Orationis.

Oratio est generis Judicialis: Servius enim accusat, & contendit, Murænam de Consulatu dejiciendum; Cicero defendit, & in hac dignitate conservandum demonstrat.

Habita est Cicerone Consule Anno V. C. 690. apud Judices. Di-

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

Cicero Consul Muræmam amicum suum, & designatum Consulem, Diis anteà commendârat, nunc accusatum judicibus commendat, tum officii sui, seu defensionis rationem contra accusatores probat.

PROPOSITIO. Muræna non est Consulatu dejiciendus.

CONFIRMATIO, & CONFUTATIO.

Partitio totius Orationis hæc est: Tria sunt accusationis capita, quæ singula contra Murænam vim non habent.

Primum ad infamandam L. Murænæ vitam pertinuit, ut inde tali honore indignus probetur.

Respondetur: nihil est in vita Murænæ reprehendendum, quin potiùs ejus vita maximis laudibus plena demonstratur.

Secundum: Muræna dignitate inferior est Sulpitio, & hic Consulatu dignior.

Respondetur: Muræna est Sulpitio par genere & gestis honoribus, arte etiam, & in modo petendi hunc honorem, Sulpitio superior.

Tertium & principale: Muræna commisit crimen ambitûs. Refutatur, & quæ objecta sunt ad demonstrandum hoc crimen, vel facta esse negantur, vel si facta sunt, rectè, legitimè non contra leges facta esse demonstrantur.

Quin potiùs Reipublicæ utile ac necessarium ostenditur, ut nunc Murænam habeat Consulem.

PERORATIO.

Concluditur tota Oratio hortando Judices ad conservandum Murænam, excitando erga eum affectû misericordiæ, consulatum ejus, hominis dignissimi, utilissimum fore promittendo.

ORA-

ORATIO.

Periodus ampla, & trimembris.

QUæ precatus sum à Diis immortalibus, judices, more, institutoque majorum, illo die, quo auspicatò Comitiis Cen-

Quæ precatus sum: Breviter: quod in Comitiis, cùm L. Muræna Consul renuntiaretur, à Diis publicè precatus sum, ut Murænæ Consulatus universæ Reipublicæ felix, faustusq; esset: idem rursus precor, & ut retinere Consulatum L. Muræna vestris sententiis possit, & ut ea res Reipublicæ bene eveniat. Jam observa 1. amplificationem verbalem: adduntur ablativi: *more, institutoq; majorum: comitiis centuriatis: unà cum salute.* Fit distributio & enumeratio: *mihi, magistratui, populo, plebi, pacem, tranquillitatem, otium, concordiam.* Duplicantur substantiva: *more, institutoq;: vestræ mentes, atq; sententiæ, voluntatibus, suffragiisq;.* Observa 2. quàm splendidâ & diductâ periodô ordiatur: In principiis quàm maximè decoro & ornatui serviendum, & aures auditorum devinciendæ.

A Diis immortalibus: Solebant magistratus in publicis populi alloquiis solenniter ab initio Deos precari, & aliis populi Romani salutem commendare, felicitatemq; petere, ut & alibi Cicero meminit, & Livius lib. 39.

Auspicatò: Felicibus auspiciis priùs de cælo servatis. Nihil enim majoris rei aggrediebantur Romani, nisi habitis priùs superstitiosis observationibus, & signis, num cœlum & Dii faverent. Erat autem auspicium propriè divinatio sumpta ex gestu, vel cantu avium, tanquam avispicium.

Comitiis centuriatis: Sunt Comitia conventus publici;

&

Centuriatis L. Muræнam Consulem renuntiavi: ut ea res mihi, magistratuiquè meo, populo, plebiquè Romanæ, bene, atquè feliciter eveniret: eadem precor ab iisdem Diis immortalibus ob ejusdem hominis Consulatum una cum salute obtinendum, & ut vestræ mentes, atquè sententiæ cum populi Romani voluntatibus, suffragiisquè consentiant, eaquè res vobis, populoquè Romano pacem, tranquillitatem, otium, concor-

Enumeratio partium.

Dissoluta. Synonyma.

& alia vocabantur *centuriata:* alia *Curiata*, alia *tributa*. *Centuriata* fuerunt maxima, in quibus Consules & reliqui magistratus creari solebant à populo, ex singulis centuriis secundùm censum, ordines, & ætates descripto. *Curiata* erant minora, in quibus populus promiscua multitudine non quidem de creandis magistratibus, sed de exercitu, legibus, legatis, legionibus, provinciis &c. suffragium inibat. *Tributa* seriùs introducta sunt, in quibus tributim, & per tribus suffragia colligebantur.

Consulem renuntiavi: Id est: declaravi.

Populo, plebiq́: Populus significat multitudinem civium, in quibus etiam sunt ordines nobiliores, ut ordo Equester; plebs autem significat alios quoscunq́; notæ inferioris.

Cum salute obtinendum: Ut absolvatur Muræna, & vestris sententiis, suffragiisq́; consulatum, ad quem electus, renuntiatusq́; jam est, obtineat.

Vestræ mentes &c. Judices alloquitur.

Pacem, tranquillitatem &c. Per dilatationem, nec otiosè, partes ponuntur pro toto, & species pro genere; *Otium* est propriè vacatio à labore, cui opponitur *negotium*, & accipitur pro pace & quiete.

Quòd si

Periodus bimembris. cordiamquè afferat. Quòdsi illa solemnis Comitiorum precatio consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reipublicæ dignitas postulat: idem ego sum precatus, ut eis quoquè hominibus, quibus hic consulatus, me rogante, datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperèq; eveniret. *Synonyma. Traductio.* Quæ cùm ita sint, judices, & cùm omnis Deorum immortalium potestas aut translata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum: idem Consul eum vestræ fidei commendat, qui antea Diis immortalibus com-

Quòdsi &c. Quæ preces solemnes in Comitiis à me Consule ad Deos factæ, quandoquidem, uti dubium non est, aliquid valent apud Deos, Reipublicæ nostræ semper faventes: ideò pariter preces effudi pro Muræna privatim, ut & ipsi hic Consulatus faustus, felixq; sit.

Consularibus auspiciis consecrata: Quæ precatio majorem religionem accepit, quòd facta sit cum auspiciis Consularibus; nisi enim favissent auspicia de cœlo servata, nec haberi Comitia, nec Muræna eligi potuisset.

Eis quoq; hominibus: Neminem alium intelligit, quàm Murænam; loquimur enim sæpè in plurali per synecdochen, cùm vel unum intelligimus.

Me rogante: Non precante, sed interrogante: ut cùm diceret: *Rogo vos, interrogo vos, Quirites, velitisnè L. Murænam Consulem fieri?* Quod si populus probabat, suffragiorum tabellas ferebat ita inscriptas U. R. id est: Uti Rogas.

Quæ cùm ita sint: Quia vos Judices & Magistratus nomine Deorum & authoritate in terris estis, Murænæ dignitatem & salutem vobis quoq; commendo, rogoq;, ut be-

commendavit: ut ejusdem hominis voce & declaratus Consul & defensus, beneficium populi Romani cum vestra, atque omnium civium salute tueatur. Et, quoniam in hoc officio studium meæ defensionis ab accusatoribus, atq; etiam ipsa susceptio causæ reprehensa est, antequam pro L. Muræna dicere instituo, pro me ipso pauca dicam: non quò mihi potior hoc quidem in tempore sit officii mei, quàm hujusce sa-

Respondet objectis sibi criminibus.

beneficium â populo sibi collatum retinere Muræna possit ad vestram & omnium salutem, nevè cum periculo civitatis ab hoc officio & custodia Reipublicæ abstrahatur.

Ejusdem hominis voce: A me olim renunciatus Consul, nunc in judicio defensus.

Et quoniam: Quæ hactenus dixerat, pertinebant ad captationem benevolentiæ judicum, quibus æquè, ac ipsis Diis & commendavit, & commendat causam salutemq; Murænæ. Jam verò affert rationem suæ defensionis, seu officii contra duos Murænæ accusatores, Catonem, & Sulpitium: sic igitur ait: *Sed quia reprehendi me animadverto, quòd hanc causam susceperim, initio orationis cogor pro me ipso pauca dicere.*

Studium meæ defensionis: Sublimitas styli Ciceroniani sæpè in eo consistit, ut substantiva, eaq; duplicata abstractè sumat: potuisset hic dicere: *quia reprehendunt accusatores, me hunc defenderè, causam hanc suscipere:* at ille: *studium meæ defensionis: susceptio causæ reprehensa est.* Amoliri à sua persona Orator debet in exordio, quidquid obesse potest, & tunc, ut ipse Cicero hic, majore aget cum auctoritate.

Non quò mihi potior: Non quòd mei ipsius defensio in hac causa mihi potior sit, & majori in cura, quàm defensio Murænæ.

Hujuscè: Murænæ. *Meo*

salutis defensio: sed, ut meo facto vobis probato, majore auctoritate ab hujus honore, fama, fortunisquè omnibus inimicorum impetus propulsare possim. Et primùm M. Catoni, vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti momenta officiorum omnium de officio meo respondebo. Negat fuisse rectum Cato, me & Consulem & legis ambitûs latorem,

Dissolutio. 2. Allegoria. Capita criminum Ciceroni objectorum per Polysyndeton.

Meo facto vobis probato: Postquam effecero, ut factum meum (susceptionem defensionis) approbetis.

Ab hujus honore &c. Id est: Murænæ. Partes pro toto.

Inimicorum impetus: Id est: accusatorum: ut defendere possim, quæ objiciuntur.

Ad certam rationis normam: A fabrorum amussi, perpendiculoq; pulchra est translatio, continuata in sequentibus verbis: *dirigenti, perpendenti momenta. Norma* enim est regula, & instrumentum fabrorum.

Momenta officiorum: Pondus & gravitatem officiorum, quanti quodlibet officium sit faciendum, quanti unum alteri præferendum.

Negat fuisse rectum: Tria capita objectionum Catonis valdè instanter proponit per polysyndeton, ut ipsa propositionis vehementia aliquid de fide illarum detrahat. Sunt autem hæc: 1. quòd Consul: 2. quod lator legis de ambitu: 3. quòd tam severè gesto consulatu nunc reum de ambitu defendat.

Legis ambitûs: Qui tulit legem, ne quis ambiret. Ambitus propriè est circuitus; per translationem dicebatur de iis, qui honorum cupidi circuibant per tribus, & appellantes populum, ejusdem suffragia corrogabant, item de iis, qui profusione munerum & largitionibus corrumpebant populum, & suffragia mercede comparabant, quod crimen *ambitûs* dicebatur, & legibus latis puniebatur.

Attin.

rem, & tam severè gesto Consulatu, causam L. Murænæ attingere. Cujus reprehensio me vehementer movet, non solùm ut vobis, judices, quibus maximè debeo, verùm etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atquè integerrimo viro, facti mei rationem probem. A quo tandem M. Cato, est æquius Consulem defendi, quàm à Consule? Quis mihi in Republica potest aut esse debet conjunctior, quam is, cui Respublica à me uno traditur sustinenda, magnis meis laboribus & periculis sustentata? Quòdsi

Apostrophe.
Interrogatio.
Translatio.

Attingere: Id minus est, quàm defendere, ut major Catonis indignatio ostendatur.

Probem: Id est: faciam, ut approbetis.

A quo: Primum ex tribus objectis capitibus refutat. Ibit dein ordine ad reliqua. Argumentatio est talis: *Consul à Consule est defendendus; Muræna est designatus Consul, ergo à Consule Cicerone est defendendus. Propositio* proponitur per figuram interrogationis, & probatur per inductionem trium similium.

A me uno &c. Ego sum, qui Rempublicam hactenus à me administratam (translatè *sustentatam*) nunc etiam sustinendam trado Murænæ, ergo meritò Socius Socium defendo.

Quòdsi in &c. Sensus est: si venditor præstare periculum judicii emptori debet, & siquis alius vendicare rem venditam velit, in judicio venditor pro tali stare debet, & de re vendita testari æquum etiam est, ut cùm mea voce Muræna renuntiatus Consul sit, à me quoq; defendatur, ne ei hic honos eripiatur.

In iis rebus repetendis: Si repetantur ab alio res illæ, quæ *mancipi sunt:* hoc est: quæ in nostro mancipio sunt, nostro dominio, & juri subjectæ sunt, ut à nobis vendi & alie-

Argumentū à simili per inductionē.

Quòd si in iis rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit: profectò etiam rectiùs in judicio Consulis designati, is potissimùm Consul, qui Consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani, defensorquē periculi esse debebit. Ac si, ut nonnullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causæ pu-

Ab exēplo. Adjunctio. Ab adjunctis.

alienari possint. Est hic antiquus loquendi modus, & *mancipi* accipitur indeclinabiliter, sicut *frugi*, *nihili &c*. Qui emebat tales res, quæ in alterius mancipio fuêre, dicebatur has res habere *mancipi*.

Periculum judicii præstare: h. e. suo periculo alterum in judicio defendere.

Qui se nexu: Juxta juris antiqui formulam dicebatur *se nexu obligare*, qui res in mancipio habitas, vendit. Nam talis venditio fiebat duplici modo, aut *nexu*, aut *cessione*. De cessione non est hic locus dicendi. *Nexu fiebat:* sic: adhibebantur quinque testes, & aliquis, qui libram tenebat, dictus libripendens; tum is, qui mancipium emit, & accipit, æs tenens ita dicebat: hunc ego hominem ex jure Quiritûm meum ajo, isq; mihi emptus est hujus ære, æneaq; libra. Deinde ære percussit libram, idq; æs dedit ei, à quo mancipium accipiebat. Ille autem, qui æs accepit, vicissim, & nexu quodam venditionis se obligavit, quòd ei relinquere vellet mancipium, & eum etiam in re accepta contra alios defendere. *Mancipatus* dicitur, qui in alterius potestate est, *emancipatus*, qui potestate illa solutus, & liberatus.

Auctor beneficii: Sicut venditor, ille emptori auctor est juris in rem emptam, sic & honoris Consularis Murænæ auctor Cicero.

Ac si: Secunda similitudo à patronis causarum.

Po-

publicè constitueretur, is potissimè honore affecto defensor daretur, qui eodem honore præditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quàm facultatis. Quòdsi portu solventibus, ii, qui jam in portum ex alto invehuntur, præcipere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & lo-

Allegoria.

Polysyndeton.

Simil: cad:

Potissimè: Adverbia superlativi gradus alia in o, alia in um, alia in e tantùm exeunt. Meritissimò, non meritissimè. Plurimùm, non plurimè: doctissimè, non doctissimùm dicimus. Ut autem minimè & minimùm, ita potissimè & potissimùm dicimus: hoc sæpissimè; illud rarissimè.

Honore affecto: Id est: magistratum gerenti. Est enim *affecto* dativi casus. Insinuat hic, turpe esse, principem magistratûs ab inferioris ordinis homine salutis & dignitatis propugnationem postulare debere.

Quòdsi portu &c. Tertia similitudo à navigantibus: naturâ fit, ut eorum salus nobis curæ sit, qui in eadem pericula ingrediuntur, quibus ipsi perfuncti sumus. Videmus enim, quàm diligenter consulant navigaturis hi, qui jam in portum ex longa jactatione invehuntur. Quod cùm ita sit, æquum est, me perfunctum pœnè hoc magistratu, & prævidentem, quantæ tempestates futuro Consuli subeundæ sint, ei non deesse, sed eum auctoritate mea, quantum possum, defendere.

Ex alto: Id est: ex mari; mare etiam Cicero interdum vocat *altum*, ne pòeticam vocem tantùm esse credas; sic in Verrinis, & alibi. Sic etiam vocat *profundum: jecissem me potiùs ipse in profundum*, pro Sestio: idem etiam *salum* pro mari dixit pro A. Cæcinna.

Præcipere: Monita dare & jussa solent, denuntiant ipsis pericula, quales tempestates metuendæ, ubi Prædones, ubi loca periculosa.

locorum; quòd natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur: quo tandem me animo esse oportet, propè jam ex magna jactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reipublicæ tempestates esse subeundas? Quare si est boni Consulis, non solùm videre, quid agatur, verùm etiam providere, quid futurum sit: ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit, duos Consules in

Annomina-tio.

Quòd natura affert: Quia naturaliter ita fieri solet.

Ut eis faveamus: Solemus affici eorum periculo, quorum similia sustinuimus; in quem sensum apud Virgilium Dido: *Non ignara mali miseris succurrere disco.*

Quo tandem me animo: Conclusio ad argumentationem ab simili: observa, non dicere Oratorem: *ergo & ego &c.* sed figuratè suam conclusionem proponere.

Ex magna jactatione: Id est: Reipublicæ tempestate.

Terram: Id est: finem mei Consulatûs, qui Kalendis Januarii futurus est.

Reipublicæ tempestates: Ut maneat in allegoria. Tempestatum autem nomen præclarè transtulit ad motus & perturbationem Reipublicæ.

Duos Consules: Unus enim duntaxat futurus fuisset Syllanus pariter declaratus, si declaratus Muræna jam in hoc judicio causâ caderet. Sulpitius enim accusator Murænæ, & competitor vel desistebat à petendo Consulatu, vel quia designatus nondum erat, Kalendis Januarii non poterat statim inire magistratum. Intelligi etiam posset de Catilina tum temporis petente Consulatum; nam hic non tam Consul, quàm eversor patriæ futurus fuisset; ergo si ipse Consul, & non Muræna, tantùm unus, nempè Syllanus, non duo forent.

Ka-

in Republica Kalendis Januar. esse. Quod si ita est, non tam me officium debuit ad hominis amici fortunas, quàm Respublica Consulem ad communem salutem defendendam vocare. Nam quòd legem de ambitu tuli, certè ita tuli, ut eam, quam mihimetipsi jam pridem tulerim de civium periculis defendendis, non abrogarem Et enim si largitionem factam esse confiteretur, idquè rectè factum esse defenderem, facerem

Adjunctio. Similiter cadens.

3.
2dam objectionem Catonis refutat.
Ex contrario.
Periodicè.

Kalendis Januar. Prima die Januarii, qua die Consules inibant,& incipiebant magistratum. Kalendas primum cujusvis mensis diem veteres dixêre, à *calando* seu vocando græcè καλέω, quia singulis Kalendis convocabatur populus Romanus, & pronuntiabatur, quot dies à *Kalendis* superessent ad *Nonas*. *Nonis* confluere solebat populus ad urbem, ut disceret, quid eo mense in divinis, humanisq; rebus facto opus esset.

Non tam officium: Non modò privato officio, ut Consul Consulem defendam, adductus sum, sed etiam Respublica me adversùs impendentia pericula firmum cogit comparare præsidium.

Nam quòd legem: Nam hic est particula inceptiva, neq; servit tantùm trito, vulgatoq; modo, sed sæpè pro anteoccupatione, aut pro subjectione ironica in interrogationibus: e. g. *Nam quòd me tecum iracundè agere dixisti; non est ita. Nam quid ego de Gratidio dicam?* Cicero.

Quam mihimetipsi tulerim: Quam mihi proposuerim sanctam, & semper servandam. Fateor me legem tulisse de ambitu; sed illa vetere lege humanitatis, ut amicum & Collegam defendam, non sum solutus &c. Lex alia & prior mihi fuit, quam mihi tuli de civium periculis propulsandis.

Largitionem factam: Ad emenda nempe populi suffragia.

Argumentationis clausula per interrogationem.
Ad 3tiam objectionem de inconstantia.

cerem improbè, etiam si alius legem tulisset: cùm verò nihil commissum contra legem esse defendam, quid est, quòd meam defensionem latio legis impediat? Negat esse ejusdem severitatis, Catilinam, exitium Reipublicæ intra mœnia molientem, verbis & pœnè imperio urbe expulisse; & nunc pro L. Muræna dicere. Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam verò gravitatis, severitatisquè personam non appetivi: sed

Metaphora.

ab

Quid est? Conclusio argumentationis per figuram interrogationis; cur ergo objicitur, quòd faciam contra meammet legem, cùm ego non defendam meæ legis violatæ reum, sed defendam, quòd meam legem non violârit. Lex autem à Cicerone lata hæc erat. Cùm Catilina omnia moliretur, ut ipse Consul designaretur, referente Cicerone placuit Senatui, ut ad pœnam, quæ aliàs crimini ambitûs constituta erat, decem annorum exilium adderetur.

Negat esse: Respondet ad tertium, se contra Catilinam fuisse severum; quia id erat necesse pro salute Reipublicæ, & nũc & naturâ suâ, & quia id causa postulat, esse lenẽ.

Verbis, & pœnè imperio: Nam Cicero oratione I. in Catilinam habita, eum in exilium spontè abire, coëgit.

Has partes lenitatis: *Pars* dicitur impositum & susceptum munus per translationem vel ab oneribus, quorum alii alias partes sufferunt, cùm unus ferre totum nequeat: vel ab actionibus comicis, in quibus hi illam, alii aliam, primam, secundam, postremam partem habebant.

Severitatisq; personam: Est etiam translatio de scena: acto-

ab Republica mihi impositam sustinui, sicut hujus imperii dignitas in summo periculo civium postulabat. Quòdsi tum, cùm Respublica vim & severitatem desiderabat, vici naturam, & tam vehemens fui, quàm cogebar, non quàm volebam: nunc cùm omnes me causæ ad misericordiam, atquè ad humanitatem vocent, quanto tandem stu-

Periodus bimembris.

Conclusio epicherematis per interrogationem.

actores enim in fabulis aliorum personas repræsentant, & ideò in lingva Latina omnis expressio, & quasi conformatio in vita, moribus, negotiis &c. *persona*: dicitur, hinc elegantes sunt hæ phrases: hominis severi vel lenis personam agere, personam imponere, impositam sustinere &c.

Quòdsi tum: Est hìc quasi comparatio minoris ad majus: si tum mihi severitatem causa Reipublicæ imposuit contra naturam, consvetudinemq; meam; quantò magis nunc debeo lenitatem amplecti, ad quam me simul natura, consvetudoq; mea, simul & aliæ causæ suprà enumeratæ, atq; adeò plures causæ contra unam, è contra naturam meam vocant?

Vici naturam: Docet me lenitatem natura, ut suprà: egi contra hoc dictamen naturæ coactus ob bonum Reipublicæ: in hunc quoq; sensum & pulcherrimè loquitur pro Sylla; *me*, inquit, *natura misericordem, patria severum, crudelem nec patria, nec natura ipsa voluit. Deniq; istam ipsam personam vehementem & acrem, quam mihi tum tempus & Respublica imposuit, jam voluntas & natura ipsa detraxit. Illa enim ad breve tempus severitatem postulavit: hæc in omni vita misericordiam, lenitatemq; desiderat.* Et sententiæ & verba hæc digna sunt, quæ exscribantur hìc tota, atquè iterum iterumquè legantur.

Transitio ad Sulpitii conquestionem.

studio debeo naturæ meæ, consvetudiniq; servire? Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ fortasse etiam alia in parte Orationis dicendum nobis erit. Sed me, Judices, non minùs hominis sapientissimi, atquè ornatissimi, Ser. Sulpitii conquestio, quàm Catonis accusatio commovebat: qui gravissimè, ac acerbissimè ferre dixit, me familiaritatis, necessitudinisquê oblitum, causam L. Murænæ contra se defendere. Huic ego, Judices, satisfacere cupio, vosquè

Naturæ &c. servire Sic & dicit alibi, servire valetudini, utilitati, gloriæ, pietati.

Ac de officio: Illustris transitus ad Sulpitii querelam, reservatâ in alium & commodiorem locum accuratiore objectionum Catonis refutatione. Observa autem claras has transitiones rebus multum perspicuitatis afferre, ut & meminerit auditor, quid audiêrit, & ut sciat de alio sibi deinceps audiendum, idq; fit, quando vel amplior fuit argumentatio, vel res ipsa postulat; talis est illa etiam transitio pro lege Manilia: *Satis mihi multa verba fecisse videor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium, magnitudine periculosum: restat ut &c.* aliàs transitionibus brevibus utimur: *habes de Vatinio, cognosce de Crasso:* rursum aliæ transitiones fiunt intrinsecê, & inadvertenter.

Hominis sapientissimi atq; ornatissimi: Sulpitium molli articulo tractat, atq; animum ejus laude demulcet. Significat etiam solicitudinem ei serviendi, atq; adeò indicat Sulpitium à se non contemni ac negligi; judices etiam tanquam bonos viros in hac re arbitros appellat. Omnia hæc ad captandam benevolentiam.

Conquestio: Id est: querela, quod verbum etiam in epistolis

què adhibere arbitros. Nam cùm grave est, verè accusari in amicitia, tum etiam si falsò accuseris, non est negligendum. Ego, Servi Sulpici, me in petitione tua tibi omnia studia, atquè officia pro nostra necessitudine, & debuisse confiteor, & præstitisse arbitror. Nihil tibi, Consulatum petenti, à me defuit, quod esset, aut ab amico, aut à gratioso, aut à Consule postulandum. Abiît illud tempus: mutata ratio est: sic existimo, sic mihi persvadeo, me tibi contra honorem L. Murænæ, quantum tu à me postulare ausus sis, tantum debuisse: contra salutem, nihil debere. Nequè enim, si tibi tum, cùm

Sententia.

Argumentũ à licito & honesto.

Distributio.
Similiter cadens.
Polysyndeton.
Mẽbratim.
Repetitio.
Synonyma.

lis habet.

Arbitros: Ut arbitrentur, existiment, num malè agam.

Nam cùm grave est: Debet aliquis graviter ferre & à se quantum potest amoliri, si verè accusetur de violata amicitia: quantò magis si falsum crimen impingatur?

In petitione tua: Id est: cùm peteres Consulatum. Petere magistratum multùm usitatè dicebantur, qui candidati erant magistratûs.

Omnia studia: Debui tibi meritò favere, atq; etiam favi.

Pro nostra necessitudine: Pro eleganter, pro juxta, secundùm, nostram necessitudinem, familiaritatem, amicitiam.

A me defuit: Ego in me nihil deesse passus sum.

Aut à gratioso: Qui gratiâ valet.

Abiît illud tempus: Acriter hoc loco dicturus membratim dicit: etiam repetitio particulæ facit, ut instanter loquatur, imò & synonyma, *existimo, persvadeo.*

Traductio. cùm peteres Consulatum, affui, id circo nunc, cùm Murænam ipsum petas, adjutor eodem pacto esse debeo. Atquè hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis *Argumentū à minore.* 4. nostris accusantibus, non etiam alienissimos defendamus. Mihi autem cum Muræna, Judices, & vetus, & magna amicitia est, quæ in capitis di- *Simil: cad. Antithesa.* micatione à Ser. Sulpitio non idcirco obruetur, quòd ab eodem in honoris con-

Cùm peteres Consulatum: Figuram traductionis hîc facit ponendo verbum peto, modò in hac, modò in alia significatione: *Consulatum petere*, est adspirare ad eum, & hic in sensu proprio. *Murænam ipsum petas;* est: hostili & accusatorio animo in eum impetum facias; sic petere alterius caput, vitam, honorem, sangvinem.

Atq; hoc non modò: Laudabile prorsus non est, imò non tolerandum, si etiam alienissimos deseramus, non defendamus, propterea, quòd eos accuset amicus noster: Muræna est autem amicus meus; ergo multò magis &c. Est argumentum à minore: honestum est alienissimos in periculo capitis contra amici alterius accusationem defendere, quantò honestius ergo veterem & eximium amicum? *alienissimos:* id est: qui nullo pacto nostri amici sunt, vel familiares.

In Capitis dimicatione: Ubi certamen est in re capitali, & periculum salutis. Murænæ enim damnato saltem exilium fuisset subeundum. Capitalis autem pœna dicitur non solùm supplicium capitis, sed etiam exilii, quo scilicet caput, id est: civis eximitur è civitate.

Obruetur: Delebitur, superabitur, supprimetur.

In honoris contentione: In petitione Consulatûs; *contendere* enim hic est *petere*. Eo quòd Sulpitio potiùs studuerim in petitione honoris, etsi Muræna vetus meus ami-

contentione superata est. Quæ si causa non esset, tamen vel dignitas hominis, vel honoris ejus, quem adeptus est, amplitudo, summam mihi superbiæ, crudelitatisquè famam inussisset, si hominis, & suis, & populi Romani ornamentis amplissimi causam tanti periculi repudiâssem. Nequè enim mihi jam licet, nequè est integrum, ut meum laborem hominum periculis sublevandis non impertiam. Nam cùm præmia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta anteà nemini: labores, per quos ea ceperis, cùm adeptus

Argumentū à necessario.

Polysyntheton.

micus sit, non ideò Sulpitio potiùs studebo, quando amicus Muræna capite plectendus; nam Sulpitio non possum nunc gratificari cum alterius injuria. Lex amicitiæ Græca est: *amici usq; ad aras.*

Quæ si causa: Transit ad probationem à necessario, ubi adversario quodammodo concedit priora: quamvis Muræna amicus non esset, & honestas non exigeret defendi amicum, necessarium tamen mihi hoc est, quia aliàs inurerem mihi infamiam &c.

Famām inussisset: Infamiam attulisset; dicitur & inurere notam, dolorem, vulnus.

Repudiâssem: Causam ad me delatam non suscepissem.

Neq; enim: Non possum non defendere constitutos in periculis; *integrum* id dicitur, quod facere adhuc possum, vel non possum. *Sublevandis periculis*, ut periculosas eorum res leviores faciam.

Meum laborem: Intelligit operam in defensionibus collocandam.

Cūm præmia mihi tanta: Intelligit officia ac munera sibi delata, & decretos honores propter multiplicem illam cala-

Mẽbratim. eptus sis, deponere, esset hominis & *Per Incisa.* astuti, & ingrati. Quòd si licet *Repetitio.* desinere, si te auctore possum, si nulla *Similiter cadentia.* inertiæ, nulla superbiæ turpitudo, *Adjunctio.* nulla inhumanitatis culpa suscipitur, *Antitheta.* ego verò libenter desino: sin autem *Compar.* fuga laboris desidiam, repudiatio sup- *Dissolutio.* plicum superbiam, amicorum negle- ctio

calamitosorum defensionem; nam Oratione in Pisonem ipse testatur, se Quæstorem imprimis, Ædilem priorem, Prætorem primum cunctis suffragiis populi R. factum, tum & priorem Consulem declaratum à cuncta Italia, ab omnibus ordinibus, ab universa civitate.

Et astuti, & ingrati: Astutus, quia callidè suorum commodorum causâ serviret, & laboraret ad tempus, donec honores consequeretur; deinde verò obsequium ac laborem deponeret, postquã, quod volebat, consecutus est, & sic spe atq; exspectatione populum R. fraudaret, non sine nota *ingrati animi*; id quod multi sæpè faciunt, qui omni ratione ei student servire, à quo aliquid exspectant; ubi id consecuti sunt, ab obsequiis cessant.

Si licet, si te: Repetitione hac, & crebriùs ponendo verbum initio constructionum exprimit orator acrimoniã sermonis. Idipsum denuò fit in verbo *nulla*. Eandem vehementiam hic promovent multa incisa, antitheta &c.

Fuga laboris desidiam: Pulchra sunt hæc antitheta per compares constructiones proposita, quibus inferiùs respondent: *industrius: misericors: officiosus. Industrius* opponitur desidiæ: *misericors* superbiæ; nam qui supplices repudiat, superbus & immisericors est: *officiosus* opponitur improbitati in negligendis amicis, quibus benevolum se & officiosum exhibere deberet: necessarium autem fuit utiquè, ut Consul tam turpem scelerum notam & infamiam fugeret.

Nimi-

ctio improbitatem coarguit: nimirum hæc causa est ejusmodi, quam nec industrius, nec misericors, nec officiosus deserere possit. Atquè hujuscè rei conjecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillimè ceperis. Nam, si tibi necesse putas, etiam adversariis amicorum

Argumentū ad hominē.

Nimirum hæc: Non incipit nova periodus, sed est ultimum membrum periodi trimembris, quæ incipit: *quòd si licet:* ergo illuc connecte.

Atq; hujuscè rei: Sequitur exemplum ipsius Servii Jurisconsulti, qui etiam contra amicos suos consilium à se petentibus respondet; id cùm ad factum Ciceronis probandum, potentissimum fuit; tum admodum valuit in reprimenda Servii indignatione. Cur enim ob id, quod ipse facere soleret, irasceretur alteri?

Conjecturam ceperis: Conjicere poteris, & judicare.

Nam si tibi necesse: Si tu nec inimicis tuis deesse vis, sed te consulentibus de jure respondes, cur ego desim amicis? & si tibi probro ducis, quòd aliquis litem perdat, cui tu advocatus fuisti, & jus suggessisti, etsi ille sit inimicus tuus, contra quem veneris (alio nempè tempore, in alio judicio) cur vis, ut ego id exiguum, quod habeo doctrinæ, non impendam aliorum utilitati, cùm tu artem tuam maximam etiam inimicis non neges? bene hoc loco notandum *contra quem veneris* esse nomen judiciale, & significare, *cujus inimicus fueris*, contra quem in judicio fueris tanquam adversarius: non autem in hoc judicio, in quo ipsi causam suggessit Sulpitius advocatus, esse Sulpitium contra ipsum; hoc enim neq; ethnici faciebant, ut utriq; parti servirent advocati. Ergo si litem perdat is, cui tu jus suggessisti, & is tamen fuerit adversarius tuus in alio judicio &c. Nam hoc Sulpitio turpe non foret, si vinceret ipse contra adversarium, qui nunc est. Pro hoc nodo solvendo posuerunt alii: *pro quo veneris.*

Con-

corum tuórum de jure consulentibus respondere: & si turpe existimas, te advocato, illum ipsum, quem contra veneris, causâ cadere: noli tam esse injustus, ut cùm tui fontes vel inimicis tuis pateant, nostros rivulos etiam amicis putes clausos esse oportere. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa removisset, & si hoc idem Q. Hortensio, M. Crasso, clarissimis viris, si item cæteris, à quibus intelligo tuam gratiam magni æstimari, accidisset: in ea civitate Consul designatus defensorem non haberet, in qua nemini unquam infimo majores nostri Patronum deesse voluerunt. Ego verò, Judices, ipse

A contrario. Allegoria. Nova ratio ab adjunctis, & consequentibus.

Antitheta. Adjunctio.

Consulentibus respondere: Quod nunc dicunt Juristæ, consilium facere.

Fontes: Argumentum à majori: & est festiva allegoria ad placandum: assentatur enim intereà, dum jurisprudentiam eloquentiâ tantò superiorem facit, quantò fontes rivulis sunt ampliores.

Etenim si me: Nova ratio ab adjunctis & consequentibus: si valeret Sulpitii objectio, etiam Hortensius & Crassus &c. deberent abstinere à defensione Murænæ, & sic Muræna Consul designatus prorsus careret defensore, quod admitti in hac urbe, in Consule non debet.

Tuam gratiam &c. Periphrasis: qui prensant amicitiam tuam, amici tui. Quotquot autem in causis forensibus versari solebant, erant amici Sulpitii, ergo omnes debuissent abstinere à defendendo Murænam.

Ego vero judices: Egregium epiphonema, necessitatis hactenus amplificatæ, anacephalæosin continens & congeriem eorum vitiorum, quæ vitandi causâ se compulsum

ait

ipse me existimarem nefarium, si amico; crudelem, si misero; superbum, si Consuli defuissem. Quare, quod dandum est amicitiæ, largè dabitur à me, ut tecum agam, Servi, non secùs ac si meus esses frater, qui mihi est carissimus, isto in loco. Quod tribuendum est officio, fidei, religioni, id ita moderabor, ut meminerim me contra amici studium pro amici periculo dicere. Intelligo, judices, tres

Contraposita. Similiter cadens. Traductio.

CONFIRMATIO, seu CONFUTATIO. 5. *Partitio to-*

ait ad suscipiendam Murænæ causam. Est hìc pulchra distinctio commatum, & antithetorum, quibus oratio mirùm illustratur.

Quare quod dandum: Conclusio blanda, ne lædat Sulpitium, & suæmet virtutis auctoritatem minuat; non abest tamen tacitum acumen; nam observaturum se ait leges amicitiæ erga Sulpitium, ita tamen, ut simul meminerit, se amicum alterum in calamitate, ac periculo defendere. *Studium unius, alterius periculum* hic sunt antitheta.

Meus esses frater: Quintus dicebatur, frater Ciceronis, qui Cæsaris Legatus fuit in Gallia, Pro-Consul in Asia, munere secundâ famâ administrato inclytus, sed deniq; in numero proscriptorum cum suo filio interfectus. *Isto in loco;* antecedit comma, & verba hæc ad superiora pertinent: *ut tecum in isto loco,* in hac re, *agam non secus &c.*

Officio: Consulis: *fidei* amici: *religioni,* debitæ diis & hominibus pietati.

Intelligo: Hic finitum fuit Exordium, quod duxit potissimum ab adjunctis personarum, suæ, Murænæ, & adversariorum. Pietate inprimis conciliavit animos judicum, & per prolepses infregit auctoritatem atq; objectiones, quæ sibi oratori nocere potuissent. Removit has, simulq; se insinuavit in benevolentiam judicum per vir-

tius orationis. tres totius accusationis partes fuisse, & earum unam in reprehensione vitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitûs esse versatam. Atquè harum trium partium prima illa, quæ gravissima esse debebat, ita fuit infirma & levis, ut illos lex magis quædam accusatoria, quàm vera maledicendi facultas de vita L. Murænæ dicere cöegerit.

Similiter cadens.

Prima pars.

Ob-

virtutes pietatis, amicitiæ, fidei, religionis &c. Jam incipit Confutatio, ac primùm loco Narrationis ponitur partitio Oratoria.

Tres accusationis: In tria membra distribuit totam causam: 1. Muræna non est reprehendendus in vita, quòd fuerit in Asia luxuriosus, & quòd saltator. 2. Muræna non est dignitate inferior Servio Sulpit. sed est ipsi par genere, & quæstura, arte etiam superior. 3. Non est reus ambitûs, quia nihil commisit contra legem ambitûs. Erant quidem septem capita objectionum, quæ claritatis causâ hic breviter ponuntur. 1. L. Muræna fuit in Asia. 2. Ibidem saltavit. 3. Non est dignior Consulatu, quàm Serv. Sulp. 4 Lucio Murænæ multi prodiêrunt obviam. 5. Multi eundem Candidatum sunt sectati. 6. Locum ad spectandum gladiatores tribulibus dedit. 7. Dedit item prandia. Cùm autem partitio plerumq; ultra tres partes, docente Orat. ad Heren. excurrere non debeat, rectè & oratoriè hæc septem Capita contulit in tria, particularia facta & hypotheses revocando ad thesin, ac proponendo genus loco subjectarum partium.

Atq; harum trium: Respondet ad primum, ac statim ita elevat, ut etiam ad laudem Murænæ convertat.

Lex accusatoria Cöegit ipsos ita loqui mos & consvetudo perpetua accusatorum, qui semper aliquid in vitam rei dicunt.

Obje-

Objecta est enim Asia: quæ ab hoc non ad voluptatem & luxuriam expetita est, sed in militari labore peragrata. Qui si adolescens patre suo Imperatore non meruisset, aut hostem, aut patris imperium timuisse, aut à parente repudiatus videretur. An, cùm sede-

A repugnãtibus.

A consequẽtibus.

Disjunctio, & Synœciosis.

Objecta est enim: Argumentatio hæc est: Muræna in Asiam profectus est non libidinis causâ, sed militiæ; ibi non solùm continenter vixit, sed triumphum meruit, & laudem; ergo malè ipsi objicitur Asia. Vel: necessarium fuit Murænæ & honorificum ire in Asiam, ergo malè objicitur. Necessitas probatur à consequentibus: nisi cum patre ivisset in bellum, visus fuisset vel hostem, vel patris imperium timere, quorum hoc impietatis, illud ignaviæ: utrumq; ignominiosum fuisset; 2. vel videri potuisset, quòd pater eum repudiârit. 3. stultum fuisset tam honestam & gloriosam militiam non ad decus & laudem expetere.

Asia: Habebatur pro regione omnibus libidinum illecebris repleta, ut Livius testatur, ex qua in Romanos luxuria transivit; ideò juxta Lycurgi leges Spartani civium suorum oculos à videnda Asia retraxerunt. Val. Max. In Asia tum temporis Romani habuerunt regiones plurimas diversissimis nominibus appellatas; hodie Asiam diversi tenent, Magnus Dux Moscoviæ, Chamus Tartarorum, Imperator Turcarum, Rex Persarum, & Reges Indiarum.

Patre imperatore: Erat bellum hoc Mithridaticum, in quo Murænæ pater Legatus Syllæ fuit, ac dein à Sylla decedente ibi relictus est cum plena potestate, ut res Asiæ componeret.

Meruisset: Militâsset, stipendia fecisset.

An cùm sedere: Argum. à minore. Annon autem adjuvaret ille patrem in triumpho promovendo, & sua virtute amplitudinem paternam illustraret, cùm alii pueri in

sedere in equis triumphantium prætextati potissimùm filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter gestis pœnè simul cum patre triumpharet? Hic verò, Judices, & fuit in Asia, & viro fortissimo, parenti suo, magno adjumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. Et si habet Asia suspicionem luxuriæ quandam, non Asiam nunquam vidisse, sed in Asia continenter

Incisa.
Similiter cadentia.
Synœciosis.

in currum triumphalem imponi, & participes fieri ornamentorum paternorum soleant?

Prætextati: Ita dicebantur nobiles adolescentes, quibus licebat vestem gerere purpurâ prætextam, seu purpurâ circumdatam. Nam *prætexta* fuit toga oblonga & talaris, ita dicta, quòd ei purpura prætexebatur. Talis prætexta aliàs propria erat magistratibus, tum & nobilibus filiis dabatur, & originem res fortassè habuit à Tarquinio Prisco, qui de Sabinis triumphans filium quatuordecim annos natū, eò, quòd hostem in eo bello perculserit, bullâ aureâ, prætextaq; donavit. Prætextata etiam ætas dicitur pueritia, & prætextam ponere idem est ac pueritia excedere.

Donis militaribus: Dona militaria erant, quæ virtutis ergò ab Imperatoribus Romanis distribuebantur, ut Coronæ (quarum multa erant genera. civicæ: murales, obsidionales, Castrenses, aureæ, rostratæ) ut torques, armillæ, hastæ, phaleræ &c.

In Asia continenter: Major enim laus est continentiæ, in summa luxûs & voluptatis occasione se continere, quàm frugaliter eo in loco & abstinenter vivere, ubi ad vo-
lupta-

ter vixiſſe, laudandum eſt. Quamobrem non Aſiæ nomen objiciendum Murænæ fuit, ex qua laus familiæ, memoria generi, honos & gloria nomini conſtituta eſt: ſed aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium, ac dedecus. Meruiſſe verò ſtipendia in eo bello, quod tum populus Rom. non modò maximum, ſed etiam ſolum gerebat, virtutis: patre Imperatore libentiſſimè meruiſſe, pietatis: finem ſtipendiorum patris victoriam ac triumphum fuiſſe, felicitatis fuit. Maledicto quidem idcirco nihil in hiscè rebus loci eſt, quòd omnia laus occupa-

Concluſio. Inciſa. Diſtributio. Simil. cad: Adjunctio. Traductio.

Diſtributio. Similiter cadens. Adjunctio.

Latens enthymema. Ex repugnantibus.

luptatem & delicias deficiendi nulla occaſio eſt. Vide, quomodo id, quod vitio dabatur, invertat & convertat in laudem Orator. *Continenter*, ſignificat hic *parcè, ſobriè*, & *pudicè*; aliàs etiam *aſſiduè*.

Laus familiæ: memoria generi: diſcrimen eſt inter familiam, & genus; *familia* tantùm partem & ſpeciem *generis* complectitur; genus eſt totum; dicebatur etiam Romanis gens. In exemplo: Genus, ſive gens Cornelia apud Romanos erat celebris, hæc gens habebat familias plures, nempè Scipionum, Lentulorum, Sullarum, alii ergo dicebantur Cornelii Scipiones, alii Cornelii Lentuli, alii Cornelii Sullæ & Cornelius erat nomen generis; Scipio nomen familiæ vel ſtirpis.

Virtutis, pietatis &c. Elegans figura diſtributionis partium, in qua ſingulis rebus ſua pars ſtatim ſubjungitur.

Maledicto: Enthymema eſt iſtud: *hic omnia merentur laudem; ergo non eſt locus maledicto.*

 Sal-

pavit. Saltatorem appellat L. Muraenam Cato. Maledictum est, si verè objicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conviciatoris. Quare cùm ista sis auctoritate, non debes, M. Cato arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neq; temere Consulem populi Romani, Saltatorem vocare: sed conspicere, quibus prætereà vitiis affectum esse necesse

6. *Dilemma.*

Saltatorē appellat: Fuit saltatio inter Romanos res turpissima; itaq; in proverbio de extremo dedecore Saltationem dixêre, idq; jam velut de trivio, & ultima scelerum fæce acceptum à Catone adducit. Credibile autem est, non omnem omninò saltationem ita turpem & probrosam fuisse, sed histrionicam & mollem, quæq; propriè scurrarum fuerit; nam scurræ apud ipsos histriones & moriones vocabantur, leve hominum genus & ridiculum.

Maledictū est: Cicero ipse alibi describit, quid maledictū sit, & quomodo à vera accusatione distingvatur, in Cæliana: *Sed aliud est maledicere, aliud accusare. Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantiùs jactatur, convicium &c. nominatur.*

Cùm ista sis: Pro: in ista: ablativum sæpiùs hoc modo usurpat Cicero, quàm genitivum, pro *cùm istius, vel tantæ sis auctoritatis.*

Ex trivio: Id est: ex vulgo, cujus mos est, ut cùm quis alicui conviciatur, eum saltatorem appellet. De scurris suprà:

Neq; temere: Id est: sine causa; quin tibi res bene cognita sit, & probari possit.

Sed conspicere: Circumspicere, considerare, quibus aliis vitiis aut virtutibus affectus sit, cui rem tam probrosam

ceſſe ſit eum, cui verè iſtud objici poſ-ſit. Nemo enim ferè ſaltat ſobrius, niſi fortè inſanit: neque in ſolitudine, neque in convivio moderatò, atquè honeſto. Intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes eſt extrema ſaltatio. Tu mihi arripis id, quod neceſſe eſt omnium vitiorum eſ-ſe poſtremum: relinquis illa, quibus re-mo-

Major.

Ab antecedentibus, & conſequentibus.

Minor.

ſam, objicis; nam ut alibi Cicero in Syllana: *omnibus in rebus, judices, quæ graviores, majoresq; ſunt, quid quisq; voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus, qui arguitur, eſt ponderandum.*

Nemo ferè ſaltat: Eſt hic integer Syllogiſmus Rhetoricè propoſitus, in quo videre eſt diſcrimen à forma dialectica: *Major:* Nemo ſaltat ſobrius in ſolitudine &c. Ut hæc propoſitio certiùs infigatur animo, probatur major à contrariis: quia intempeſtivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes ſaltatio eſt. *Minor & aſſumptio:* In Muræna non ſunt illa antecedentia ſaltationem, neq; cauſæ ſaltationis: non amat intempeſtiva convivia, non eſt luxurioſus &c. proponitur autem per Apoſtrophen ad Catonem: Tu dicis in Muræna eſſe ſaltationem, in quo tamen non ſunt cauſæ & antecedentia ſaltationem: minor illuſtratur per diſtributionem & enumerationem. *Concluſio:* Et cùm ea non reperiantur &c. ergo, ſicut umbra non eſt ſine corpore, ſic in Muræna non eſt ſaltatio ſine comeſſatione, ſine luxuria. Concluſio illuſtratur argumentô à ſimili.

Intempeſtivi convivii: Immoderati, luxurioſi, ut contrà honeſtum & moderatum convivium in lib. de Sen. tempeſtivum appellat.

Comes eſt extrema: Deniq; ſequitur, comitatur ſaltatio.

Tu mihi arripis: Tu dicis: *mihi*, ornatûs aut etiam vehementiæ causâ additur, vel pro noſtro loquendi more.

 Um-

Incisa. *Repetitio.*	motis; hoc vitium omnino esse non potest: nullum turpe convivium, non amor, non comessatio, non libido,
Conclusio.	non sumptus ostenditur. Et cùm ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen
Simile.	habent, quæquè vitiosa sunt; in quo ipsam luxuriam reperire non potes, in
Conclusio generalis primi capitis. *Interrogatio.* *Responsio.* *Distributio.* *Repetitio.* *Traductio.*	eo te umbram luxuriæ reperturum putas? Nihil igitur in vitam L. Murænæ dici potest? nihil, inquam, omnino, Judices. Sic à me Consul designatus defenditur, ut ejus nulla fraus, nulla avaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulans dictum in vita proferatur. Bene habet: jacta sunt fundamenta defensionis. Nondum enim nostris laudibus, quibus utar po-

Umbram luxuriæ: Ut umbra ibi esse non potest, ubi non est corpus: ita nec saltatio, nisi ubi luxuria. Inverso autem modo proponit per interrogationem rei, quæ negari non possit. Reperies effectum, ubi non est causa? In hunc modum respondit Anacharsis interrogatus, an in Scythia essent tibiæ, id est: Musica cum saltu? reposuit: *ac ne vites quidem:* significans, ubi non est vinum causa saltûs, ibi nec musica & saltus.

Nihil igitur? Conclusio generalis primi capitis de vita in Asia, per interrogationem, & subjectionem. Ergo Murænæ vita culpari non potest; ergo non est nocens; amplificatur iterum per distributionem, quid sit esse nocentem.

Bene habet: Vulgariter: res bene vadit.

Nondum nostris laudibus: Nondum ego quidem laudavi; sed adversarii propè confitentur ipsi laudes ipsius: *propè* inquit, cùm enim nullum probabile, aut verum flagi-

postea, sed propè inimicorum confessione, virum bonum atquè integrum hominem defendimus. Quo constituto facilior est mihi aditus ad contentionem dignitatis: quae pars altera fuit accusationis. Summam video esse in te, Servi Sulpiti, dignitatem generis, integritatis, industriae, cæterorumque ornamentorum omnium, quibus fretum ad Consulatûs petitionem aggredi par est. Paria cognosco esse ista in

7. SECUNDUM ACCUSATIONIS CAPUT.

Concessio.

Dissolutio.

Geminatio.

flagitium objiciant, integritatem Murænæ quodammodo confitentur.

Quo constituto: Transitio clara ad secundum accusationis caput, in quo tuetur Murænæ dignitatem contra obtrectationem adversariorum, contra Sulpitium imprimis, qui sibi prælatum fuisse Murænam graviter, indignèq; ferebat. Primùm autem parem utriusq; dignitatem ostendit. Deinde, etsi concedat antiquius & nobilius esse Sulpitii genus, tamen & Murænam bono, honestoq; loco ortum asserit. Tandem ne spectandam quidem vetustatem, nobilitatemq; generis docet neq; aliquid præcipui momenti habere in honoribus adipiscendis oportere, sed virtutem. In quo utitur cùm aliorum exemplis, tum etiam suo, atq; ita deinceps ad vitæ, & studiorum comparationem progreditur. Hæc Synopsis 2di capitis.

Industriæ: Studiorum nempe, quæ labore industriâq; obtinentur.

Ad Consulatûs: Non malè repetitur præpositio ad: ita etiam de natura Deorum: *antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt.* Concedit hic & non negat dignitatem Servii. Honesti enim homines ita de dignitate digladiari solent, ut multum adversario concedant; vulgus in triviis solet se invicem conviciis obruere.

in L. Muræna, atquè ita paria, ut neque ipse dignitate vinci potuerit, neque te dignitate superârit. Contempsisti L. Murænæ genus: extulisti tuum. Quo loco si tibi hoc sumis, nisi qui Patricius sit, neminem bono esse genere natum, facis, ut rursus plebs in Aventinum se vocanda esse videatur. Sin autem sunt amplæ & honestæ fami-

Generis dignitas.

Murænæ genus: Id est: nobilitatem.

Quo loco: Qua in re.

Hoc sumis: Arrogas, &,ut vulgò dicunt, præsumis.

Patricius sit: Patricii propriè dicuntur nobiles, qui à Senatoribus à Romulo constitutis oriundi sunt. Senatores enim Patres dicebantur, vel quia Senatores electi sunt, vel quia sicut Patres liberorum, ita Senatores subditorum curam habere debeant. Horum dein filii & progenies dicti sunt à nomine *Patris*, *Patricii*, duravitq; diu lex, ne quis alius in Senatorum numerum cooptari posset, quàm ex Patriciis. Eódem modo jam etiam Patricii sunt in celeberrimis urbibus, qui & domi nobiles, hoc est: nobiles in sua civitate, suâ patriâ dicuntur; quia ab antiquioribus familiis oriundi.

Ut rursus plebs in Aventinum: Jocus est, quo eludit certamen hoc nobilitatis, tanquam pro decidenda lite deberet iterum plebs in Aventinum secedere, sicut aliquoties secessit in aliis certaminibus, & dissensionibus. *Aventinus* est unus ex septem urbis Romanæ montibus, cujus radicem Tiberis præterlabitur, ita dictus vel ab avibus, quarum ibi magna copia, vel ab Aventino Albanorum rege ibi extincto, ac sepulto.

Sin autem: Sed si etiam plebeji amplissimos honores consecuti sunt &c. Videtur aliquid deesse in hac periodo, si attentè legas, subjiciendum enim: si autem alii etiam sunt nobiles, & jam Murænæ majores dignitates consecuti

miliæ plebejæ, & proavus L. Murænæ, & avus Prætores fuerunt: & pater, cùm amplissimè atque honestissimè ex Prætura triumphâsset, hòc faciliorem huic gradum consulatûs adipiscendi reliquit, quòd is jam patri debitus à filio petebatur. Tua verò nobilitas, Servi Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus litteratis, & historicis est notior, populo verò & suffra-

cuti sunt &c. quid tu contemnis nobilitatem & genus Murænæ? Verùm ego existimo ultimum periodi membrum & clausulam in hoc esse: *& pater:* si majores Murænæ &c. *etiam pater* ipsi reliquit tantò certiorem gradum ad Consulatum &c.

Plebejæ: Reliqui, qui non erant Patricii, in plebem revocabantur; à Romulo enim duplex hic ordo est institutus, Patriciorum, & plebis. Cum tempore etiam plebi factus est aditus ad officia Senatorum & Prætorum.

Prætores fuerunt: Ergo Murænæ familia hactenus, & ante hunc L. Murænam designatum Consulem, tantùm *Prætoria* fuit, Sulpitiana autem *Consularis;* qua re dissimulata Orator prudenter transfert nobilitatis comparationem ad alias causas, claritatis & obscuritatis, nempe quòd honores Murænarum recentiùs gesti, notiores vulgo sint, quàm Sulpitiani, qui propter vetustatem propemodum ignorentur; & hanc causam statim revocat ad thesin; valent enim ad consequendos honores nõ tam antiquitas, sublimitasq; dignitatis, quàm ejusdem vulgo nota & celebrata claritas, quod probat exemplis. Vide infrà *nec mihi unquam:* & *Etenim ejusdem.*

Ex Prætura: Id est: quæ in Prætura gessisset in Asia, ac post Praeturam.

Jam patri debitus: Ob triumphum.

Simil: dis. Compar. fragatoribus obscurior. Pater enim fuit Equestri loco: avus nulla illustri laude celebratus. Itaquè non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo, quòd virtute, industriâquè perfecisti, ut, cùm Equitis Romani esses filius, summa tamen amplitudine dignus putarêre: nec mihi unquàm minus in *Ab exemplis.* Q. Pompejo, novo homine, & fortissi-

Suffragatoribus: Civibus,qui in creandis Magistratibus suffragium ferebant.

Equestri loco: Ordo Equestris infra Senatorium fuit & Patricium;& licèt à Romulo jam Equites constituti sint, distinctum tamen Ordinem seriùs effecerunt. Tres istos Ordines sæpissimè adducit Cicero, & eleganter versibus includit Claudianus: lib: 3. de laud Stilic.

Omnis in hoc uno variis discordia cessit
Ordinibus, lætatur Eques, plauditq; Senator,
Votaq; patricio certant plebeja favori.

Ubi pòeticè *vota plebeja* dicit pro votis *populi*, & *patricium favorem*, pro favore *Senatûs*.

Annalium: Annales sunt, in quibus scribitur, quid quoq; anno gestum sit.

In nostrum numerum Qui novi homines sumus; nam in horum numero se Cicero sæpè nominat. Novos autem homines vocabant, nullis majorum imaginibus commendatos, sed qui ipsi per sese inciperent celebrari.

Cum Equitis R. Atq; adeò non nobilissimus, cùm Patricii nobiliores sint,& Equites sæpè ex plebejis crearentur.

Summa tamen amplitudine: Id est: Consulatu.

Q. Pompejo: De quo in Bruto: Q. Pompejus non contem-

simo viro, virtutis esse visum est, quàm in homine nobilissimo M. Æmilio. Etenim ejusdem animi atque ingenii est, posteris suis, quod Pompejus fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere: &, ut Scaurus, memoriam propè intermortuam generis sui virtute renovare. Quanquam ego jam putabam, judices, multis viris fortibus ne ignobilitas objiceretur generis, meo labore esse perfectum:

Revocat ad thesin.

Relata.

8.

temptus Orator temporibus illis fuit, qui summos honores homo per se cognitus sine ulla commendatione majorum est adeptus.

M. Æmilio: Scaurus pariter vocabatur. Iste ita patricius fuit, ut tribus suprà eum ætatibus jacuerit domûs ejus fortunâ. Nam neq; pater, neq; avus, neq; proavus, ut puto, propter tenues opes, & nullam vitæ industriam honores adepti sunt. Plutarchus ait, hunc Æmilium Scaurum ex humili vita & humiliore genere, novum hominem, à fortuna sublatum, principem Senatûs factum esse, & Plinius vocat *nobilem pauperem*. Nam pater ejus quamvis Patricius ob paupertatem, carbonariam fecit.

Animi atq; ingenii: Est etiam generositas indolis novam amplitudinem generi suo comparare, & intermortuam generis sui dignitatem renovare, ergo quod suprà, paria sunt hæc in Muræna & Sulpitio: Sulpitius renovavit; Muræna de novo comparavit.

Quamquam ego jam: Putâssem viris fortibus non amplius objiciendam ignobilitatem generis, postquam ego meo labore, & meis meritis, meôq; exemplô contrarium introduxi.

Qui

ctum: qui non modò Curiis, Catonibus, Pompejis, antiquis illis, fortissimis viris, novis hominibus, sed his recentibus Mariis, & Didiis, & Cæliis commemorandis jacebant. Cùm ego verò tanto intervallo claustra ista nobilitatis refregissem, ut aditus ad Consulatum posthac, sicut apud majores nostros fuit, non magis nobilita-

Allegoria militaris.

Qui non modò: Qui viri fortes, olim & ante me *jacebant;* ad honoris amplitudinem non erigebantur, id est: Consules non fiebant, quamvis commemorarent, multos alios ignobiles, sed fortes, & virtute præditos, e. g. Curios, ac novissimè Marios, Consules esse factos propter solam virtutem, etsi ignobiles essent. Sed ego deniq; claustra nobilitatis refregi, obicem removi.

Curiis, Caton. Pomp. Hujusmodi nomina propria sæpè adhibentur in plurali, & interdum modus hic loquendi similitudinem fortunæ, industriæ, virtutis eorum, quorum nomina sunt, significant, ut cùm dicit Cicero: non possunt omnes esse Scipiones, aut Maximi, id est: fortes & strenui, ut Scipio & Maximus fuerunt. Curius vocabatur M. Curius Dentatus; alter Marcus Portius Cato, 3tius Quintus Pompejus. C. Marius ex municipio Arpinate humili loco natus, postquam diu vitam rusticam egit, septimò Consul factus victorias & triumphos reportavit maximos, sed deniq; ad summum infortunium rediit. Didius Prætor fuit & Imperator quoq; celebris. C. Cælius Caldus, de quo in Petit: Consulat.

Tanto intervallo: Post tantum tempus.

Claustra nobilit: Nobiles penes se quasi inclusum Consulatum habuerunt, ut ad ignobiliores, etsi dignos, egredi & venire non paterentur. Sed ego refregi, effregi, denuò rupi claustrum hóc.

Sicut apud majores: Nam ex plebe jam Consules fiebant circa

litati, quàm virtuti pateret: non arbitrabar, cùm ex familia vetere & illustri Consul designatus ab Equitis Rom. filio Consule defenderetur, de generis novitate accusatores esse dicturos. Etenim mihi ipsi accidit, ut cum duobus Patriciis: altero improbissimo, atquè audacissimo: altero modestissimo, atquè optimo viro peterem, superavi tamen dignitate Catilinam, gratiâ Galbam. Quòd si id crimen homini novo esse deberet, profectò mihi neque inimici, neque invidi defuissent. Omittamus igitur de genere dicere, cujus est magna inutroquè dignitas: videamus cætera. Quæsturam unà

Ab adjunctis personarum. Simil: cad.

Transitio ad paritatē in Quæstura.

circa annum Urb. cond. CCCXC. & primus ex plebe Consul fuit Sestius, cujus rei historia extat apud Liv. Lib. VI.

Ab Equitis Rom. filio Consule: A Cicerone. Pater enim Ciceronis fuit M. Tullius Cicero Eques Rom. Mater dicebatur Helvia, quæ citra pariendi dolores (si Plutarcho fides est) hunc filium enixa creditur. Natus est autem Cicero unà cum Cn. Pompejo M. annô V. C. 647. ante Christum 103. in Villa Arpinate tertia Januarii die.

Etenim mihi ipsi: A proprio exemplo ipse novus homo fui, & tamen mihi ad amplissimos honores aspiranti non obfuit generis novitas. Quod à suis honoribus sumptum exemplum auget circumstantiâ: etsi nobilissimi mecum petiêrunt &c.

Altero improbiss: Catilina; *modestissimo:* Galba, quem Asconius sobrium, sanctumq; virum appellat. *Dignitate:* nam Consulatu dignior sum habitus, quàm Catilina. *Gratiâ:* Nam plùs valui gratiâ apud populum.

Quæsturam unà petiît: Comparatio gestæ Quæsturæ, in qua

Prosopopœia. Sulpitii Præteritio.

unà petiit, & sum ego factus prior. Non est respondendum ad omnia. Neque enim quemquam vestrûm fugit, cùm multi pares dignitate fiant; unus autem primum solus possit obtinere; non eundem esse ordinem dignitatis & renuntiationis: propterea, quòd renuntiatio gradus habeat: dignitas autem sit persæpè eadem omnium. Sed Quæ-
stura

qua parem utriusq; sortem ex ipsarum provinciarum conditione demonstrat. Neutri enim sua provincia præbuit occasionem quærendæ dignitatis, vel obtinendæ gratiæ. Quòd autem Servius renuntiatus sit prior, nihil facit ad rem.

Et sum ego: Sunt hæc Serv. Sulpitii verba, quæ ponit, ut refutet.

Factus prior: Prior renuntiatus, sive promulgatus.

Primum solus: Intellige primum locum obtinere. Primus fieri, sive promulgari tantûm unus potest; non ob id est dignitas officii major.

Renuntiationis: Id est: promulgationis.

Renuntiatio gradus habeat: Necesse est enim unum primo loco solum renuntiari, alterum secundo, & deinceps inferiore quemq; gradu. Quando enim renuntiantur, denuntiari & nominari non omnes possunt primi: dignitas tamen obtenti officii est eadem; ferè sicut in Theologorum,, ut appellant Licentiis, vel Gradibus Doctoratûs videre est; quamvis eandem dignitatem accipiant plures, tamen alius alio prior nominatur & creatur, non propter majorem scientiam, sed quia oportet unum esse primum.

Sed Quæstura: Ut etiam hìc dicamus, quid sit Quæstura, quid Quæstor: est in provincia curam gerere pecuniæ publicæ, accipiendæ, aut in diversos usus erogandæ, item spolia, manubias, prædam in rationes publicas referre.

Pari

ſtura utriusquè propemodum pari momento ſortis fuit. Habuit hic Lege Titia provinciam tacitam, & quietam: tu illam, cui, cùm Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Oſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quàm negotioſam, & moleſtam. Conſedit utriusquè nomen in Quæſtura. Nullum enim vobis ſors campum de- *Metaphora.*

Pari momento ſortis: Adeſt: par momentum, idem valor, eadem dignitas *utriusq;* fuit in ſortitione.

Lege Titia: Titius olim legem dederat de Quæſtorum numero duplicando, & Quæſtoriis provinciis augendis, ſortiendisq;. Juxta hanc legem jam Muræna ſorte acceperat ſuam provinciam. Nam qui deſtinati erant ad officia, per ſortes dein accipiebant, in quibus provinciis deberent hoc officio fungi. Non nominat autem provinciam Murænæ, ſed dicit *tacitam & quietam*, hoc eſt; pacificam fuiſſe, in qua nullum gereretur bellum, atq; adeò nullus aperiretur campus virtuti demonſtrandæ. Oſtienſem Sulpitii nominat, ſed quaſi per contemptum.

Etiam acclamari ſolet: Cicero indicat obliq; Oſtienſem provinciam inter contemptas vulgò fuiſſe habitam, cui plauſu quodam & ſibilo admurmuraret, & acclamaret populus.

Gratioſam: Gratioſa provincia eſt, ex qua ſibi gratiam conciliat, qui eam adminiſtrat. Oſtienſis provincia erat maritima, *negotioſa* & *moleſta* propter ſalinas, quæ circa illam urbem factæ fuerunt. Dicta ab urbe in Oſtiis Tiberinis ſita, ad maris, fluviiq; confinia, ubi totius quodammodo mundi opes velut maritimo hoſpitio recipiebantur. Etiam Aquaria vocabatur.

Conſedit utriusq; nomen: Id eſt: jacuit, quievit, ſine ſpeciali laude fuit, ut de aquis dicitur, quæ in aliquem locum confluxêre, & ibi ſine motu ſubſidunt. *Nomen*, pro honore & dignitate. *Cam-*

Dispar utriusq; studii.
9.
Similiter desinens.
Simil. cad.
Compar.
Traductio.
Articulus, & Incisa.

dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique; posset. Reliqui temporis spatium in contentionem vocatur. Ab utroquè dissimillima ratione tractatum est. Servius hic nobiscum hanc urbanam militiam respondendi, scribendi, cavendi, plenam solicitudinis, ac stomachi secutus est: jus civile didicit, multùm vigilavit, laboravit, præstò multis fuit, multorum stultitiam perpes-

Campum: Metaphora ab equis; ubi esset apertus ad laudem cursus.

Reliqui temporis: Ad aliud transit,& in dissimili vitæ ratione parem, vel etiam majorem Murænæ dignitatem proponit. Servius Romæ Juris-Consultus: Muræna Legatus Imperatori L. Lucullo fuit; ubi utriusq; in Rempublicam merita adducuntur, Murænæ magis extolluntur.

Nobiscum hanc urbanam! Fuit mecum, & cum aliis, & dedit se rebus Forensibus,quæ nostra militia in urbe fuit.

Respondendi, scribendi, cavendi: Tribus verbis describit partes & officia Juris-Consultorum: respondent enim de jure consulentibus, cùm dicunt: hoc in lege scriptum est, hoc jus postulat; *scribere* dicuntur, cùm formulas scribunt litigantibus; *Cavere*, de iisdem propriè usurpatur; cavent enim, cùm aliquem consilio juvant, atq; instruunt, sive in litibus,sive in contractibus; & cautiones ipsis dant.

Stomachi: Pro nausea, molestia, offensione: sic dicimus movere stomachum, promovere indignationem; quemadmodum enim stomachus ad nauseam movetur à cibis sibi adversis & contrariis, sic animus abhorret ab iis,quæ sibi adversantur: sic etiam stomachari, est indignari, ac turbari.

Præstò fuit: Adfuit, adjuvit,

Stultitiam,arrogantiam &c. Eorum nempè, qui eum de jure

pessus est, arrogantiam pertulit, difficultatem exsorbuit, vixit ad aliorum arbitrium, non ad suum. Magna laus, & grata hominibus, unum hominem elaborare in ea scientia, quæ sit multis profutura. Quid Muræna intereà? Fortissimo & sapientissimo viro, summo Imperatori, Legatus L. Lucullo fuit: qua in Legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit, urbes partim vi, partim obsidione cepit:

Dissolutio.
Disjunctio.
Antitheta.

Ironia.
Similiter cadentia.
Ab effectis.

jure consulerent, vel quos in foro defendere; vel adversariorum.

Difficultatem exsorbuit: Fastidia ac mores difficiles & intractabiles toleravit: vel, ut alibi, devoravit, metaphoricè.

Magna laus: Epiphonema: locus hic fuit ab effectis Jurisprudentiæ.

Fortissimo: Adjectiva laudis in superlat. ut sæpissimè Cicero; non enim otiosè ponendum est nomen, quod laudare vis, sine opposito.

Legatus L. Lucullo: Mithridaticum bellum per annos 42. gestum fuisse Apianus scribit, idq; in tria bella divisit, ut primum L. Sylla, alterum L. Muræna hujusce pater, tertium Lucullus & Pompejus gesserint. Patre igitur Imperatore L. Muræna fecit stipendia & dein L. Lucullo Legatus fuit. Legatus autem erat, qui â populo Rom. missus cura Imperatore proficiscebatur, ut in omni munere bellico ei operâ navaret, qui vicariam Imperatoris potestatem haberet, qui ei consuleret, de ejus gestis populo nuntiaret &c. fuitq; Legatorum auctoritas tanta, ut propè ad ipsam Imperatoris majestatem accederent.

Duxit exercitum: Effecta bellica enumerantur per distributionem & incrementum.

Antitheta. pit: Asiam istam refertam, & eandem delicatam, sic obiit, ut in ea neque avaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit: maximo in bello sic est versatus, ut hic multas res & magnas sine Imperatore gesserit, nullam sine hoc Imperator. Atque hæc, quamquam præsente L. Lucullo loquar, tamen ne ab ipso propter periculum nostrum concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis litteris testata sunt omnia: quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque

Compar.

Cõmutatio.

A testimonio.

Asiam istam refertam: Opibus; ut in ea nullum avaritiæ vestigium reliquisse potiùs sit magna laus Murænæ, quàm ut Asia ista ei objiciatur.

Delicatam: Luxui deditam, Primò dicebantur delicata, quæ Diis consecrata, tanquam *deditata.* Tum ea sic dicta sunt, quæ luxui dicata. Observa contrapositionem non immediatè, sed post aliquod intervallum subjectam: *refertam:* avaritiæ: *delicatam,* luxuriæ.

Quanquam præsente: Cave (monet hic aliquis) cum vulgo dicas, in præsentia, vel absentia, sed præsente, absente.

Propter periculum nostrum: Id est: ne Muræna damnetur.

Publicis litteris: Significat Cic. in Orat. de Provin. Consul. mores fuisse, quòd Consules, Prætores, Imperatores in Provincias profecti ad Senatum scriberent; conjicere ergo licet, Lucullũ ad Senatum scripsisse, in iisdem litteris ea testatum esse, quæ hoc loco Cicero dicit.

Quantum neq; ambitiosus: Quantum laudis ut ei Lucullus tribueret, nunquam adductus esset, si vel ambitiosus fuisset, vel alienæ gloriæ invidisset. Laudat Lucullum, qui aderat, & cujus testimonio partim effecta fortitudinis militaris, parum temperantiæ in Muræna confirmat; sed

què ambitiosus Imperator, neque invidus, tribuere alteri in communicanda gloria debuit. Summa in utroque est honestas, summa dignitas: quam ego, si mihi per Servium liceat, pari atquè eadem in laude ponam. Sed non licet. Agitat rem militarem, insectatur totam hanc legationem, assiduitatis, & operarum harum quotidianarum, putat esse Consulatum. Apud

Conduplicatio.

Disjunctio, Mebratim.

sed & alterum testimonium publicarum litterarum Luculli adducit, ne putari possit,eum præsentem tacere,& confirmare tacendo, quæ dixit Cicero, ideò tantùm, ne Muræna periclitetur.

Summa in utroq;: Hactenus cum pari utriusq; laude disseruit & de militia, ut vocabat urbana, & altera vera; & maneret hæc paritas,si per Servium liceret, sed Servius plus sibi assumit honestatis & dignitatis, atq; alterum contemnit.

Agitat: Vituperat, reprehendit, ut Murænæ detrahat.

Assiduitatis &c. Putat Consulatum deberi illi, qui assiduus in foro esset, atq; in negotiis urbanis. Nomen *assiduus* inde venire putant, quòd, cùm à Servio Tullio populus in classes esset distributus, ut tributum, prout quisq; possideret, inferret, ditiores, qui *asses dabant assidui* dicti sint, & quoniam hi soli negotiis publicis frequentes aderant, eos, qui frequentes adsunt, assiduos dixerint. Cicero verbum hoc tali sensu usurpare videtur. Sunt etiam aliqui, qui assiduitatem accipiunt pro perpetua, ut vocant, *residentia.*

Operarum harum quotidianarum: Trium verborum similiter desinentium sonitum ad irrisionem quæsivisse videtur. Sensus: putat Servius, iis, qui quotidie in foro operam faciunt, deberi Consulatum.

Prosopopœia Sulpitii. Interrogatio.

pud exercitum mihi fueris, inquit, tot annos? forum non attigeris? afueris tamdiu? & cùm longo intervallo veneris, cum iis, qui in foro habitârunt, dignitate contendas? Primùm

Copia fastidium parit. Geminatio. Synonymia.

ista nostra assiduitas, Servi, nescis, quantum interdum afferat hominibus fastidii, quantum satietatis. Mihi quidem vehementer expediit, positam in oculis esse gratiam: sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi, & tu idem fortasse: veruntamen utri-

quê

Apud exercitum &c. Objectio in persona Sulpitii loquentis expressa: est hæc figura interrogationis ad indignationem.

Mihi fueris: Mihi causâ ornatûs & ex aliqua loquendi consvetudine ponitur.

Non attigeris: Non veneris ad forenses causas?

Afueris: Pro abfueris;idem enim est.

In foro habitârunt: Verbum translatum, ut frequentiam,& assiduitatem,& veluti sedes quasdam proprias studii & occupationis significet.

Ista nostra assiduitas: Hoc loco Cicero præsentem esse, & ante oculos civium semper versari,plus interdum obesse, quàm prodesse ad honores consequendos ponit: in quem sensum Thom. de Kemp. ait: *quandoq; accidit, ut persona ignota ex bona fama lucescat, cujus tamen præsentia oculos intuentium offuscat.*

Expediit: Utile fuit, in oculis & in conspectu populi fuisse ob beneficia, quibus populum devinxi; hoc alibi dicit pro Plancio: *Feci, ut postea quotidie me præsentem viderent. Habitavi in oculis, pressi forum, neminem à congressione, neq; janitor meus, neq; somnus absterruit.*

Magno meo labore: crebris defensionibus &c.

Tu idem fortasse: quia Servius & ipse causas nec sinè laude agebat, sed minimè cum Cicerone conferendus.

No-

què nostrûm desiderium nihil obfuisset. Sed ut, hoc omisso, ad studiorum atquè artium contentionem revertamur: quî potest dubitari, quin ad consulatum adipiscendum multò plus afferat dignitatis, rei militaris, quàm juris civilis gloria? Vigilas tu de noctе, ut tuis consultoribus respondeas; ille, ut eò, quò intendit, maturè cum exercitu perveniat. Te gallorum, illum bucci-

10. Comparatio artis militaris cum jure civili.

Contraposita.

Nostrûm desiderium: Si abfuissemus aliquamdiu,ut abfuit Muræna, nobis non obfuisset, fortasse magis expediiisset.

Sed ut, hoc omisso: Transit ad contentionem, seu comparationem duarum artium inter se,militarem nempe,& juridicam.

Vigilas tu: Pervenustus est hic locus,in quo instituitur comparatio,& antithesis, Verba ubiq; splendida,utriusq; studii opera & effectus, adjuncta &c. figura repetitionis, quâ particulæ *Tu te, ille,ille* alternatim singulas constructiones incipiunt, bene observanda; & ne ea nimis diu protracta fastidium pariat, in fine invertitur, & incipiunt oppositiones ab altera persona. Diligenter hæc adnotat Quintilianus.

De nocte: Dicitur aliàs nocte, vel noctu vigilare; sed & Horatius ita locutus est: *Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones.*

Consultoribus: Sicut verbum consulo ponitur cum dativo, & significat consilium dare: & ponitur cum accusativo, significatq; consilium petere: sic consultor significat eum,qui consilium dat,& qui consilium petit.In primo sensu est illud notissimum: *malum consilium consultori pessimum;* in altero hic accipitur, & significat illos,qui consilia petunt, quo modo etiam Horatius L. 1.Satyr 1. *Sub Galli cantum consultor ubi ostia pulsat.*

Annominatio. buccinarum cantus exſuſcitat. Tu a-
Synœcioſis. ctionem inſtituis: ille aciem inſtruit. Tu caves, ne tui conſultores: ille ne urbes aut caſtra capiantur. Ille tenet,
Similiter cadens. & ſcit, ut hoſtium copiæ: tu ut aquæ pluviæ arceantur. Ille exercitatus eſt in propagandis finibus: tu in regendis. Ac nimirum (dicendum eſt enim, quod ſentio) rei militaris virtus præſtat cæteris omnibus. Hæc nomen populo Romano, hæc huic urbi
Ab effectis. æternam gloriam peperit: hæc orbem

Actionem inſtituis:aciem inſtruis: Annominatio eſt. Actio eſt formula litis, vel ipſa lis juridica.

Tenet & ſcit: Peritiam, ſcientiam habet.

Aquæ pluviæ: Eſt res ad Jus civile pertinens, ſicut & illa de finibus regendis; poſſunt enim aquæ pluviæ, ſive aquæ per pluvias collectæ & creſcentes multa damna inferre, ad quæ amovenda lites oriuntur, quis arcere aquas illas debeat. Hinc libro Digeſt. 39. titulum habent Juriſtæ de aqua pluvia arcenda, & Ulpianus, Adriani Imperatoris Juris-Conſultus dixit: *ſi cui aqua pluvia damnum dabit, aquæ pluviæ arcendæ actione avertetur aqua.*

Regendis: Fines regere, eſt dirimere lites in conſtituendis finibus regionum.

Dicendum eſt: Parentheſis figura molliorem ſermonem hic facit;nam offenſio erat metuenda ex tam audaci pronuntiatione judicii Ciceroniani, niſi mitigaretur publica profeſſione (apertè dicendum, quod verum)

*Cæteris omnibus:*Rem militarem omnibꝰ rebus & artibus aliis hic anteponit,quô eandem poſſit minore offenſa & fide majore Juri Civili præferre; idq; ex conſequentibus & effectibus rei bellicæ planum facit.

Hæc

bem terrarum parere huic imperio coëgit: omnes urbanæ res, omnia hæc nostra præclara studia, & hæc forensis laus & industria latènt in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. Simul atquè increpuit suspicio tumultûs, artes illicò nostræ conticescunt. Et quoniam mihi videris istam scientiam juris, tanquam filiolam osculari tuam, non patiar

Metaphoricè.

Similitudo.

Hæc nostra præclara studia: Tuum *studiū Juris* Civilis, & meum *Eloquentiæ*. Non enim idem studium erat Servii & Ciceronis, etsi uterq; forenses res tractaret. Servius Jurisperitus respondebat tantùm ore vel scripto; Cicero Orator causas agebat in foro.

Latent in tutela: Militia artes cæteras suo sub præsidio habet, & protegit.

Simul atq;: Simul ac, quàm primùm.

Increpuit suspicio: Si tubæ sonitu milites evocantur, & vel eminùs bellum ingruit. *Increpuit:* idem est, ac insonuit: uti Virgilius: *at tuba terribilem sonitum procul ære canoro increpuit*. lib. 8.

Conticescunt: In bello silent Musæ. In tumultu apud Romanos Consul ex authoritate Senatûs justitium, id est: stationem juris, & tanquam vocationem indicebat, tabernas tota urbe claudi jubebat &c. ergo silebant Juris-Consultorum & Oratorum quoq; artes.

Et quoniam: Ex professo juris scientiam invadit, qui priùs dixerat non contra Servii solùm, sed & suam artem. Extenuat jam ergo scientiam juris, adhibita aliqua præcastigatione, in qua Servio multas tribuit virtutes, & ob has Consulatu dignum concedit, non tamen propter studium Juris. Molliter ergo eum tractat, ut promisit initio, tanquam fratrem carissimum.

Tanquam filiolam: Similitudo à blanditiis, quas parentes liberis suis adhibere solent.

tiar te in tanto errore versari, ut istud nescio quid, quod tantopere didicisti, præclarum aliquid esse arbitrêre. Aliis ego te virtutibus, continentiæ, gravitatis, justitiæ, fidei, cæteris omnibus, Consulatu & omni honore semper dignissimum judicavi. Quòd quidem jus Civile didicisti, non dicam, operam perdidisti; sed illud dicam, nullum esse in illa disciplina munitam ad Consulatum viam. Omnes enim artes, quæ nobis populi Romani studia conciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam utilitatem debent habere. Summa dignitas est in iis, qui

Enumeratio. Dissoluta.

Metaphora Major.

II. *Minor ab*

Cæteris omnibus: Virtutibus.

Operam perdidisti: Frustra egisti. Proverbialiter oleum & operam perdere, frustra ad oleum & lucernam studere, elucubrare.

Munitam vitam: Id est: firmam, paratam, certam &c.

Omnes enim artes: Artes, quæ admirabilem dignitatem habent, & pergratam utilitatem, illæ viam nobis ad consulatum muniunt: sed est magna dignitas cùm rei bellicæ, tum eloquentiæ: nulla aut perexigua scientiæ juris; hæc igitur non facit ad comparandos honores, cùm ad hos consequendos illæ inprimis conducant. Ecce syllogismus: in assumptione probanda prolixior est, ubi dignitatem & utilitatem studiorum istorum inter se variè confert.

Summa dignitas: Primùm hæc dignitas probatur ex eo, quod præstat *publicè*, tum quod *privatim*, unde etiam utilitas. Sic pariter Eloquentia consilio & oratione *publicè* quidem dominatur in senatu, in judiciis, in concionibus reprimit furores tribunitios, resistit largitioni, con-

qui militari laude antecellunt. Omnia enim, quæ sunt in imperio, & in statu civitatis, ab iis defendi, & firmari putantur. Summa etiam utilitas: siquidem eorum consilio & periculo, cùm Republicâ, tum etiam nostrìs rebûs perfrui possumus. Gravis etiam illa est, & plena dignitatis dicendi facultas, quæ sæpè valuit in Consule deligendo: posse consilio atquè oratione & senatûs, & populi, & eorum, qui res judicant, mentes permovere. Quæritur Consul, qui dicendo nonnunquam comprimat tribunitios furores, qui concitatum populum flectat, qui largitioni resistat. Non mirum, si ob hanc facultatem homines sæpè

effectibus, & officiis cujuslibet artis.

Polysyndeton.

Repetitio. Disjunctio.

concitatum populum flectit: *privatim* parit multorum benevolentiam, amicitias, studia &c. igitur est in his artibus & dignitas & utilitas summa. Contra dein ostendit in scientia Juris.

Perfrui possumus: Fruimur & habemus Rempublicam, habemus fortunas nostras privatas ope Eloquentiæ.

Tribunitios furores: Tribuniplebis, qui populares cùm essent, populo faverent, & populi duces essent, sæpè adversùs auctoritatem senatûs insurgebant, quos proinde eloquens Orator procedens in medium compescebat.

Largitioni resistat: Id est: oratione consequatur, ne in petitione magistratûs fiant largitiones. Hoc egit Cicero, cùm Agrariam legem eripuit Rullo, & maximarum largitionum metu Senatum liberavit.

Ob hanc facultatem: Dicendi scilicet: non numerat Sul-

Synonyma. *Adjunctio.* ſæpè etiam non nobiles Conſulatum conſecuti ſunt: præſertim cùm hæc eadem res plurimas gratias, firmiſſimas amicitias, maxima ſtudia pariat. Quorum in iſto veſtro artificio, Sulpiti, nihil eſt. Primùm dignitas in *Juris ſcientiam vilipendit.* tam tenui ſcientia quæ poteſt eſſe? Res enim ſunt parvæ, propè in ſingulis litteris, atquè interpunctionibus verborum

pitium inter Oratores, ſed Juris-Conſultos, etſi libro de Claris oratoribus de eo dicat, quòd multum ſtudii & ad dicendum,& ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuerit,& ſecum in iisdem exercitationibus fuerit ineunte ætate, poſteaq; Rhodum unà profectus, quò melior & doctior fieret. Deſiit autem excolere eloquentiam, & ut Cicero ibidem, in ſecunda arte (hoc eſt ſcientia juris) primus eſſe maluit, quàm in prima, hoc eſt: Eloquentia, ſecundus.

Plurimas gratias: Favores, beneficia, patrocinia &c. nam Oratores ſuis defenſionibus,aliisq; cauſis rectè peroratis plurimorum animos ſibi adjungebant.

In tam tenui ſcientia: Negat dignitatem eſſe in juris civilis ſcientia, quæ litteris & interpunctionibus & faſtis, occultisq; verbis & formulis conſtat, nihil autem præſtans in ſe habet. Loquitur de ſui temporis jure, ubi multæ ineptiæ, & deceptiones, ob quam cauſam Conſtantinus Imp. eas in minutiis poſitas decipulas prorſus abrogavit l. 2. in C. de jur. form. & Imp. act. ſubl. *Juris formulæ aucupatione ſyllabarum inſidiantes cunctorum actibus radicitùs amputentur.*

Interpunctionibus: vide, quæ primùm diximus; in minutiis verſatur hoc artificium,e.g. in diverſa interpunctione. Exemplum ſit L. *pupillus digeſt. de aut. pug. pupillum tutori non obligari naturaliter, tamen obligari, in quantum factus ſit locupletior.* ubi adverbiũ *naturaliter* alii

rum occupatæ. Deinde, etiam siquid apud majores nostros fuit in isto studio admirationis, id enuntiatis vestris mysteriis, totum est contemptum & abjectum. Posset agi lege, necne, pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgò non habebant. Erant in magna potentia, qui consulebantur : à quibus etiam dies, tanquam à Chaldæis petebantur. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos

Cōparatio. Proverbiū.

ad antecedentia referunt, alii ad consequentia: *non obligari, naturaliter tamen &c.*

Enuntiatis mysteriis: In lucem protractis arcanis vestris.

Posset agi lege, necne: An secundùm hanc legem possit institui lis vel non, pauci, id est: soli Juris-Consulti antehac sciebant.

Fastos: Fasti non erant vulgo noti; fasti, dies illi, quibus, ut ait Ovidius: *Lege licebat* agi; nam *nefastus* dies, quo non licebat. *Dies nefasti* dicebantur etiam *atri*, *infausti*, quos vehementer cavendos tanquam infelices ad omnes rerum præcipuarum inceptiones censebant. Fasti etiam sunt distinctiones anni, & mensium & dierum, festorumq; & profestorum notatio &c.

Tanquam à Chaldæis: Chaldæi Babyloniæ Philosophi erant, qui genethlialogiam profitebantur, hoc est: ab observatione siderum prædicebant, quo quisq; fato natus esset &c. Ut igitur à Chaldæis dies, quo quid futurum esset, ita à Jurisperitis dies, quo lege liceret agi, petebatur.

Cornicum oculos &c. Qui Jurisperitos utut cautos deceperit; nam proverbium hoc est: de iis, qui callidos & prudentes circumveniunt, cornix cùm aliorum animalium oculos potissimùm appetat, ipsa suis maximè prospicit; unde & Germani dicunt, unam cornicem alterius oculos non configere.

Edi-

los confixerit, & singulis diebus edi-
scendos fastos populo proposuerit, &
ab ipsis cautis Juris-Consultis eorum
sapientiam compilârit. Itaquè irati
illi, quòd sunt veriti, ne dierum ra-
tione promulgata & cognita, sine sua
operâ, lege posset agi, notas quasdam
composuerunt, ut omnibus in rebus
ipsi interessent. Cùm hoc fieri bellis-
simè posset: fundus Sabinus meus est:
im-

12. *Dialogismo, seu Ser-*

Ediscendos fastos: Hic scriba, homo callidus, jus civile repositum in penetralibus pontificum, qui tum jurisperiti erant, evulgavit, & fastos circa forum in albo posuit publicè, ut quando lege agi posset, omnes scirent.

Compilârit: Cautos & astutos Jurisperitos suis arcanis, suaq; sapientiâ spoliârit.

Sine sua opera: Ipsi enim aliàs fari solebant, effariq; quando vel quomodo lege liceret agi.

Notas composuerunt: Id est: formulas agendi, quas etiam infrà criminis appellatione significat. Carmina enim tales formulæ vel à pronuntiationis, vel à verborum solennitate dicebantur. Siquis juxta has formulas non agebat, causâ cadebat.

Cùm hoc fieri bellissimè: Exemplum affert Cicero, quomodo in phrasibus, in notis obscuris, & certis, verborum formulis Jurisperiti omnem suam artem collocent. e. g. posset iste casus bellissimè sic proponi, atq; decidi: *fundus Sabinus meus est:* dicit una pars. Altera dicit: *immò meus*, deinde judicandum esset. Sed isti Jurisperiti nolunt, vel noluerunt hoc modo. Ergo aliter ipsi ajunt: formula verborum debet esse talis: *fundus qui est in agro, qui Sabinus vocatur: eum ego ex Jure Quiritum meum esse ajo &c.* Hem quàm verbosæ, & inutiles peri-

immò meus: deinde judicium: noluerunt. FUNDUS, inquit, QUI EST IN AGRO, qui SABINUS VOCATUR. Satìs verbosè. Cedo, quid pòstea? EUM EGO EX JURE QUIRIT. MEUM ESSE AJO. Quid tum? INDE IBI EGO TE EX JURE MANU CONSERTUM VOCO. Quid huic tam loquaciter ligitioso responderet ille, unde petebatur, non habebat. Transit idem Juris-Consultus tibicinis Latini modo: UNDE

mocinatio duarū partium litigātium lepida.

Cōparatio.

riphrases! cur non dicitur: *fundus Sabinus meus est?*

Inde ibi ego te &c. Ergo propter illum fundum ego te in jus voco.

Ex jure manu consertum: Manu consertus dicebatur, qui vocabatur in jus,& judicium, juridicâ loquendi formulâ. Conserere enim manus, pugnare est, quod idem litigare. Ut autem intelligatur, non belli, sed juris pugnam esse, & civilem disceptationem, additur *ex jure manu consertum.* Solebant veteres,cùm lis esset de fundo, ritu quodam glebam attingere, & hac ratione testari, se velle litigare de hoc fundo.

Ille,unde petebatur: Id est: reus, pars altera citata;nam modum hunc loquendi Jurisperiti malebant usurpare, quàm ut dicerent, *debitor,* vel *reus;* est rursùm ridicula periphrasis & formula, quam studiosè adducit Cicero.

Idem Juris Cons. Qui litiganti has formulas suppeditavit, dat etiam alteri parti suam formulam. Transit ab eo, qui petit,ad eùm, unde petitur,& ei quoq; suam carmen componit.

Tibicinis Latini modo: Tibicines Latini dicebantur, quorum usus erat in Latinis feriis,qui præludebant jam huic, jam alteri choro; sicut ergo, hi transeunt ab uno choro ad alterum, & præcinunt, sic Jurisperiti, &c.

Unde

Formula juridica.

DE TU ME, inquit, EX JURE MANU CONSERTUM VOCASTI, INDE IBI TE REVOCO. Prætor intereà, ne pulchrum se ac beatum putaret, atquè aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoquè carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tum nullo usu: UTRISQUE SUPERSTITIBUS PRÆSENTIBUS ISTAM VIAM DICO, INITE VIAM. Prærstò aderat sapiens ille, qui inire viam doce-

Formula juridica.

Unde tu me, inde ibi &c. Verba rei, seu debitoris, quibus juxta Jurisperiti formulam respondet provocanti: Unde & propter quem fundum tu me in judicium vocas, inde & propter eundem ego te quoq; ad prætorem, & in jus voco.

Prætor intereà: Ne putaret autem Prætor se posse rectè & pulchrè loqui sine Jurisperito, etiam ipse à Juris-Consulto formulam accipere debet absurdam & inutilem, nempe: *Utrisq; superstitibus &c.* Utrisq; litigantibus & præsentibus impero, dico, istam viam inite.

Pulchrum ac beatum: Id est: egregium, sapientem, excellentem; sic pulchrè dicere, egregiè, excellenter dicere; beatum se putat, id est: sapientem.

Carmen: Id est: formulam certis notis constantem.

Superstitibus: Quorum utriq; salvi & incolumes hic adsunt; id enim superstes etiam significat: qui adhuc vivit, qui sanus est: morbo autem laborantes excusabantur, ne in jus venirent.

Vitam inite: Vide infrà.

Præstò aderat sapiens: Adfuit statim Juris-Consultus, cujus in his ineptiis posita sapientia erat.

Inire viam doceret: Quid hic possit intelligi per *inire viam & redire viam*, quod prætor tali formula jussit, partim intelligi potest ex sequentibus: *Homines cùm rectè,* atq;

doceret: REDITE VIAM. Eodem duce redibant. Hæc jam tum apud illos barbatos ridicula, credo, videbantur: homines cùm rectè, atquè in loco constitissent, juberi abire: ut, unde abîssent, eòdem statim redirent. Iisdem ineptiis fucata sunt illa omnia: QUANDO TE IN JURE CONSPICIO, & hæc: SED ANNE TU DICIS CAU-

Aliæ formulæ juridicæ.

atq; *in loco constitissent, juberi abire, ut unde abîssent, eòdem statim redirent:* partim ex eo, quod Gellius explicat lib. 20. c. 10. duo litigantes e. g. de fundo, & agro, alter alterum ex jure ad conserendam manum in rem, de qua ageretur, vocabant, atq; profecti simul in agrum, de quo litigabatur, aliquid terræ ex eo, uti unam glebam, in jus, in urbem ad Prætorem deferebant, atq; in ea gleba, tanquam in agro vindicias petebant. Quid autem ista necesse erat facere? Jubebantur illuc ire, & redire, & tum primùm sententiam accipiebant, quam stante pede poterat dare Prætor.

Eodem duce: Ita fieri debere, ante Prætorem docebat Juris-Consultus.

Apud illos barbatos: Id est: priscos. Mos enim erat senibus, & Cicerone antiquioribus populis barbas alere, quod in statuis & imaginibus videre est. Ante Africanũ minorem erat mos, ut nemo raderetur; post Africanum, ut juvenes tantùm.

Fucata sunt illa: Fucata dicuntur, quæ alieno colore picta sunt, & sincera veraq; non sunt. Fucus præcipuè formæ lenocinio servit, etsi generaliter omnis adulterinus color hac appellatione notetur.

In jure conspicio: Hic subintelliguntur adhuc aliqua; cum enim hæ formulæ notæ essent plerisq; Romanis, non totas dicere necesse erat; ergo *quando te in jure conspicio*, te in judicio stantem video, *postulo, anne fies auctor?* vel aliquid simile.

Dicis causâ: Deductum hoc à verbo *dico* ostendit Varro,

CAUSA VINDICAVERIS? Quæ dum erant occulta, necessariò ab eis, qui ea tenebant, patebantur: posteà verò pervulgata, atque in manibus jactata & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt, fraudis autem & stultitiæ plenissima. Nam cùm permulta præclarè legibus essent constituta; ea Jure-Consultorum ingeniis pleraque corrupta, ac depravata sunt. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii majores in Tutorum potestate esse voluerunt

Fraus etiã & astutia Jurisperitorum exploditur. Opposita. Cõmutatio.

ro, qui hoc *dicis causâ*, ætate quoq; sua antiquum esse ait. Usurpatur à veteribus pro: *ad speciem:* ut verè ac seriò factum videretur, id, quod simulatione quadam factum erat.

Vindicaveris: An in speciem duntaxat rem tibi, tanquam propriam, asserueris? vindicare est litem instituere de re amissa recuperanda, ejusdem proprietatem ac dominium sibi asserere.

Qui ea tenebant: Id est: intelligebant, & profitebantur; etsi olim non tanquam magna & egregia haberent, magni faciebant tamen, tanquam recondita & necessaria, & debebant à scientibus requirere; nunc autem cùm pervulgata sint, & omnibus cognita, deridentur tanquam inania à sapientia, & stultitiæ plena.

In manibus jactata &c. Id est: propiùs considerata & planè cognita.

Ingeniis: Inventionibus & corruptelis.

Mulieres omnes &c. Mulieres omnes antiquo jure in Tutorum potestate erant, neq; ratum habebatur quidquam, quod à muliere sine auctoritate Tutoris gestum esset; sic & leges Atheniensium erant, ut contractus cum muliere nullus valeret, qui medium unũ hordei excederet.

Propter infirmitatem: Ob debile judicium.

Gene-

luerunt: hi invenerunt genera Tutorum, quæ potestate mulierum continerentur. Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad cöemptiones faciendas, interimendorum sacrorum causâ, reperti sunt. In omni denique jure Civili æquitatem reli-

Subjectio.
Simil: desin.

que-

Genera Tutorum: Modos & formulas tutelarum,ut ipsi illi Tutores essent sub potestate mulierum, id hoc modo factum esse refert Andreas Alciatus Juris Civilis illustrator: excogitârunt Jurisperiti modũ,ut mulieribus liceret servos suos actori publico concedere, & postquam publici actores facti essent, procurare, ut sibi in Tutores darentur. Ergo hi tanquam servi, mulierum Tutores erant, earumq; contractus approbabant, ubi necesse erat. Hem fraus, astutia, & ingenium Juris-Consultorum!

Sacra interire: Sensus est: Majores nostri noluerunt sacra gentilitia, quæ in privatis domibus e. g. maritus gentilis, & alteriùs gentis haberet, interire, omitti,sed transire ad conjuges, ad liberos. Juris-Consulti verò cæremoniam invenerunt, quam cöemptionem vocant, vi cujus senes, qui mulieres per cöemptionem habebant, amitterent sacra sua gentilitia; nam tales mulieres non erant obligatæ,ut vel ipsæ, vel etiam liberi sacra mariti senis retinerent. Cöemptio autem est ritus faciendi matresfamilias. Tribus enim modis uxor dicebatur, *usu, farre, cöemptione.* Per primos duos modos non fiebant propriè matresfamilias, sed duntaxat per tertium. De duobus aliis non est hic locus dicendi: *Cöemptio* sic fiebat: Vir interrogabat, an sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Vicissim mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esse vellet? ille respondebat velle. Itaq; mulier conveniebat in manum viri, & vocabantur hæ nuptiæ per *cöemptionem.* Tum erat

mu-

Nomen Cajæ. querunt, verba ipsa tenuerunt: ut quia in alicujus libris, exempli causâ, id nomen invenerant, putârunt, omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Cajas vocari. Jam illud mihi quidem mirum videri solet, tot homines, tam

Geminatio. ingeniosos, per tot annos etiam nunc statuere non potuisse, utrùm diem tertium, an perendinum: indicem, an

Adjunctio. arbitrum: rem, an litem dici oporteret.

Ita-

mulier materfamilias,& viro loco filiæ in ejus bona succedebat, & vel viri duntaxat sacra sequebatur relictis suis, vel vicissim sua, relictis sacris mariti, qua ratione sacra unius partis interibant, quod erat contra majorum instituta.

Verba ipsa tenuerunt: Jus ipsum in rebus, & justitiam neglexerunt: verba retinuerunt.

Cajas vocari: Cajas Matresfamilias vocârunt omnes de exemplo unius, sicuti litigatores in caussis Juridicis vocantur omnes *Titii*, aut *Sempronii*, aut servi vocantur *Stichi*. Dicunt etiam solenne olim fuisse, si nova nupta domum mariti ingrederetur, ut diceret: Ubi *tu Cajus*, *ego Caja*. Si tu bonus Paterfamilias, ego bona materfamilias. Nam placuit hoc tanquam bono nomine uti, quia *Caja* optima quædam & lectissima fœmina fuit, nupta uni de filiis Tarquinii, cui statua posita erat ænea in fanoDei sancti,cum sandaliis & colu,ex quibus illa custodiam & assiduitatem in re domestica, hæc operas & laborem significarent.

Jam illud: Hoc quoq; ridiculum, quòd non possint convenire in modo loquendi, & in verbis usq; huc tam scrupulosi sint. Quid enim interest, an dicant perendie, vel die abhinc tertio; post crastinum &c. ut vulgò dicunt.

Itaq;

Itaquè ut dixi, dignitas in ista scientia Consularis nunquam fuit, quæ tota ex rebus fictis, commentitiisquè constaret: gratiæ verò multò etiam minores. Quod enim omnibus patet, & æquè promptum est mihi, & adversario meo, id esse gratum nullo pacto potest. Itaquè non modò beneficii collocandi spem, sed etiam illud, quod aliquando fuit, LICET CONSULERE? jam perdidistis. Sapiens existimari nemo potest in ea prudentia, quæ neque extra Romam usquè, nequè Romæ, rebus prolatis, quidquam valet. Peritus ideò haberi nemo potest, quòd in eo, quod sciunt

12. Conclusio.

Congeries synonymorū. Thesis. Traductio.

Itaq; ut dixi: Concludit in hac scientia non esse dignitatem, sed vanitatem: non esse gratias, id est: civibus non esse rem tam gratam; quod enim omnibus patet, non habet singularem gratiam; at hæc scientia jam omnibus patet, omnibus jam nota & in promptu est.

Dignitas Consularis: Quæ ad Consulatum promoveret.

Licet consulere: Non solùm amisistis spem gratias colligendi ex vestra arte, sed nemo jam ad vos venit, notam illam phrasin & precatiunculam adhibens: *licet consulere?* licetnè vos rogare consilium?

Sapiens: Eandem rem subinde repetit mutatis verbis, ut auditorem in auditione rei detineat, magisq; imprimat. *Sapiens* &c. non est res ingenii, ut propterea aliquis sapiens appelletur.

In ea prudentia: In ea scientia.

Rebus prolatis: Rebus jam patefactis, & proditis, in lucem protractis, ut suprà dixit.

Peritus: Non est artis, peritiæ, ac singularis laboris; quia

Mēbratim. sciunt omnes, nullo modo possunt inter se discrepare. Difficilis autem res ideò non putatur, quòd & perpaucis, & minimè obscuris litteris continetur. Itaquè si mihi homini vehementer occupato stomachum moveritis, triduo me Juris-Consultum esse profitebor. Etenim quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: nequè tamen quidquam

quia in jure liquido non possunt esse controversiæ.

Difficilis: Quod breviter & clarè scriptum est, non est difficile: talis est Juris scientia: hyperbolicè & per auxesin hæc dicit Cicero; sive autem olim Juris studium facile vel difficile fuerit, his certè temporibus difficultate non caret, ob varietatem, ut vocant casuum, & diversorum Jurium leges. Est enim *jus privatum*, est *publicum*, est *commune*; est *provinciale*, est *Imperiale*, est *civile*, est *Pontificium*. Quin ipse Cicero non exiguum tempus Juri Quiritum addiscendo jam impenderat, cùm hæc diceret; ita enim se dedit ad dicendum, ut jus civile non contemneret, idq; disceret à primæ ætatis tempore.

Stomachum moveritis: Si me irritaveritis, provocaveritis.

Profitebor: Istum triduanum Juris-Consultum nemo admiratus fuerit, qui intelliget. Ciceronem multos jam anteà annos studuisse Juri, facile autem est, celeriter promere, quod diu, magnâ curâ studiôq; collegeris. Neq; dicit Cicero, se intra triduum omnes leges & jura cognitum, sed professurum se Juris-Consultum, & officium Juris-Consulti suscepturum, postquam jam pridem Jus didicit.

Etenim quæ de scripto: Lites & controversiæ de scripto habentur omnes in legibus, omnia talia contenta sunt in libris; & quamvis pressè, breviter, & angustè hæc

quam tam anguſtè ſcriptum eſt, quò ego non poſſim, qua de re agitur, addere. Quæ conſuluntur autem, minimo periculo reſpondentur. Si id, quod oportet, reſponderis, idem videâre reſpondiſſe, quod Servius. Sin aliter, etiam controverſum jus nôſſe, & tractare videâre. Quapropter non ſolùm illa gloria militaris veſtris formulis atquè actionibus anteponenda eſt: verùm etiam dicendi conſvetudo longè & multùm iſti veſtræ exercitatio-

Dilemma.

Concluſio, cui adjecta eſt laus Eloquentiæ.

hæc ſcripta ſunt, ego tamen facilè potero ad ejusmodi legem meum caſum, meam rem controverſam quamcunq;, h. e. qua de re agitur, *addere*, & ad ejusmodi legem revocare, juxta tamen legem decidere.

Quæ conſuluntur autem &c. Si autem conſilium verbo & oretenus petitur, ſine periculo reſpondere potero. Nam ſi reſpondero, prout debet reſponderi, & prout peritus aliquis reſpondet, dicar reſpondiſſe ut Servius, hoc eſt: ut bonus Jurisperitus, qualem eſſe confiteor Servium. Si aliter reſpondeam, dicetur; iſte bene novit Jus controverſum, & quòd oppoſitum etiam poſſet probari; & ſic nunquam ſubibo periculum infamiæ, tanquam mihi ſcientiæ eſſet defectus.

Videâre: Hoc eſt: videri poſſis.

Gloria militaris: Sicut ſuprà: *gloria civilis*, id eſt: opinio & approbatio civium, aliorumq; bonorum de rebus in bello præclarè geſtis.

Formulis atq; actionibus: Id eſt: rebus Juridicis; formulæ, actiones, notæ, modi & rationes legum idem ſignificant hoc loco.

Dicendi conſvetudo: Exercitata eloquentia longè plus valoris habet ad honorem Conſulatûs conſequendum, quàm exercitium Juris veſtri, propterea longè plures *hoc*,

tioni ad honorem antecellet. Itaquè mihi videntur plerique initio multò hoc maluisse. Pòst, cùm id assequi non potuissent, istuc potissimùm sunt delapsi; ut ajunt, in Græcis artificibus, eos aulœdos esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic non-nullos videmus, qui Oratores evadere non potuerunt, eos ad juris studium devenire. Magnus dicendi labor, magna res, magna dignitas, summa autem gratia. Etenim à vo-

Metaphora. Proverbiũ. Cõparatio.

Traductio.

id est: artem Oratoriam voluerunt addiscere; cùm verò hanc consequi omnes non possent, Juris scientiam didicère.

Istuc delapsi: Casu potiùs, quàm voluntate Juris-Consulti facti sunt; volebant eloquentiam adipisci, sed non successit; ergo,quod initio minimè placuit, eò sunt delapsi non spontè, non voluntate, & judicio, sed casu.

Græcis artificibus: Græcos artifices ait, quia Romæ ars musica, & genus illud oblectationis, ut indignum Romana gravitate ferè contemnebatur.

Aulœdos esse: Proverbium in eos, qui in minore statu malunt alicujus momenti haberi, quàm inter excellentes esse ultimi, atq; adeò contemni. Aulœdi, musici, qui tibiis vel fistulis canũt,inferioris notæ,quàm illi,qui cytharâ canunt. Aulœdi etiam iidem sunt, qui Auletæ, quod nomen aliqui hic ponunt. Nam Auletes cognomen fuit Regis Ægypti Ptolomæi, Patris Cleopatræ, ideò datum, quia tibiis maximè delectabatur.

Summa autem gratia: Maxima inde utilitas, ergo res gratissima.

Salu-

à vobis salubritas quædam, ab iis, qui dicunt, salus ipsa petitur. Deinde vestra responsa, atque decreta & evertuntur sæpè dicundo; & sine defensione Oratoris firma esse non possunt: in qua re si satìs profecissem, parciùs de ejus laude dicerem: nunc nihil de me dico, sed de iis, qui in dicendo magni sunt, aut fuerunt. Duæ sunt artes, quæ possunt locare homines in amplissimo gradu dignitatis, una Imperatoris, altera Oratoris boni. Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur, ab illo belli pericula repelluntur. Cæteræ tamen virtutes ipsæ per se multùm valent: justitia, fides, pudor, temperantia: quibus te, Servi, excellere omnes intelli-

Paronomasia.
Collatio juris & eloquentiæ.

14.

Similiter cadens.
Antitheta.

Enumeratio.
Dissoluta.

Salubritas quædam: Salubritas hìc idem est, ac sanitas; salus autem accipitur pro vita ipsa; unde apparet comparatio minoris ad majus. Juris-Consulti quodammodo dant consilia sicut Medici pro conservanda vel restauranda valetudine, & commodiore vita. Oratores cùm defendunt, faciuntq;, ut quis absolvatur, ipsàm vitam conferunt.

Vestra responsa &c. Nam quæ respondetis & decernitis, ea deferuntur in judicium, ibi subjecta sunt eloquentiæ; aut enim evertuntur dicendo, aut confirmantur.

Satìs profecissem: Modestia de se loquentis; cùm enim omnis arrogantia, tum illa potissimùm ingenii, est odiosissima.

Ab hòc: Oratore: *hic* enim ad propinquius, *ille* ad remotius significandum pertinet.

Pacis ornamenta: Nam accusantur improbi, innocentes defenduntur, populus concionibus movetur ad lau-

ligunt; sed nunc de studiis ad honorem dispositis, non de insita cujusque virtute disputo. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur, simul atque aliquis motus novus bellicum canere cœpit. Etenim, ut ait ingeniosus Poëta, & auctor valde bonus, prœliis promulgatis, pellitur è medio non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ: sed etiam ipsa illa domina rerum, sapientia: vi geritur res.

Testimoniū Ennii Poëtæ.

dem & honestatem; deterretur à scelere; suadentur utilia, mala dissvadentur.

De studiis: De artibus, non de virtutibus.

Ad honorem dispositis: Quæ ordinata sunt media ad consequendos magistratus.

De insita: Id est: naturali, sed de acquisita.

Omnia ista studia: Jus Civile, ac dicendi facultatem significat, quod sequentes Ennii versus declarant.

De manibus excutiuntur: Subitò & violenter auferuntur, uti suprà, conticescunt, negliguntur.

Bellicum canere; Vocare ad arma, pulsare tympana, signum tubâ, aut lituis dare ad bellum.

Ingeniosus Poëta: Enniūm significat, cujus hi versus à Gellio referuntur lib. 20. cap. 10. Vocat *ingeniosum*: ita enim & Ovidius: *Ennius ingenio maximus, arte rudis.* Cicero quidem alibi summum Poëtam vocat. Horatius de eo dicit, quòd fuerit nimiùm deditus vino: *Ennius ipse Pater nunquā nisi potus ad arma prosiliit dicenda &c.* hujus Ennii libri non extant, sed hinc illinc fragmēta versuum.

Prœliis promulgatis: Publicatis bellis & indicto justitio, hoc est: ut à jure dicendo cesfetur, & jus stet, quiescat.

Verbosa simulatio prudentiæ: Verbosæ vestræ juris formulæ, & astuta, simulataq; scientia.

Domina rerum: Sapientia, sive sapienter loquens facultas

res. Spernitur Orator, non solùm odiosus in dicendo ac loquax, verùm etiam bonus: horridus miles amatur. Vestrum verò studium totum jacet. Non ex jure manu consertum, sed magè ferro, inquit, rem repetunt. Quod si ita est, cedat, opinor, Sulpitii, forum castris, otium militiæ, stylus gladio, umbra soli: sit deniq; in civitate

Metonymia: continens pro contento locus pro locato. Metaphora.

tas Oratoria, quæ in rebus dominatur, non verbis: Versus Ennii sunt sequentes:

Pellitur è medio sapientia: vi geritur res.
Spernitur Orator bonus. Horridus miles amatur.
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Miscent inter sese inimicitias agitantes;
Non ex jure manu consertum, sed magè ferro;
Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt solidâ vi.

Cicero autem versus non totos adducit, ne Pöetam agat. Sensus est; belli tempore, non ut ad Prætorem solitum est, agi legitimis actionibus, neq; ex jure manu consertum (uti suprà) agere, sed bello ferroq; & vera vi atq; solida. Quod videtur dixisse (pergit Gellius) conferens vim illam civilem & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, aut vi bellica ac cruenta. *Festucariam* dixisse puto à festuca, virga Prætoris, quâ manumittendi caput percutiebat. Ergo festucariam, id est: prætoriam, juridicam.

Manu consertum: Vide suprà N. 14.

Quòd si ita est: Iterata conclusio cum eleganti epiphonemate.

Forum castris: Ars juris, imò & dicendi, cedat *militiæ: otium*, id est artes faciliores, jucundæ & umbratiles, cedant militiæ, rei difficili, laboriosæ & molestæ: *Umbra*, id est: res obscura, *Soli*, id est: rei illustri & splendidæ: *Stylus*, id est: actiones forenses, & scriptura, cedat *gladio*, præliis & pugnis. Sunt hic pulchra antitheta, sunt sy-

Cōmutatio. tate ea prima res, propter quam ipsa est civitas omnium princeps. Verùm *Amplificatio belli Mithridatici, quod Cato elevare cōnatus est.* hæc Cato nimiùm nos nostris verbis magna facere demonstrat: & oblitos esse, bellum illud omne Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. Quod ego longè secus existimo, judices, deque eo pauca disseram. Neque enim causa in hoc continetur. Nam *Transit ad Thesin.* si omnia bella, quæ cum Græcis gessimus, contemnenda sunt, derideatur de rege Pyrrho triumphus M. Curii: de Phi-

synecdochæ: causa efficiens pro effectu;e.g.*umbra*, quæ facit obscurum *Sol*,qui splendorem dat,pro ipsa re obscura, splendida &c. Sunt Metonymiæ: e.g. ex *gladio:* pugna, ex instrumento res intelligitur,ex *Stylo*,id,quod scribitur &c.

Ea prima res: Epiphonema, & insignis traductio cum commutatione: *prima, princeps.*

Omnium princeps: per gloriam militarem Roma est domina orbis terrarum.

*Verùm hæc Cato:*ut Servio gloriam militarem adimeret Cato,bellum Mithridaticum leve fuisse dixit.

Cum mulierculis: In ipso diminutivo majorem hujus belli extenuationem significat.

Causa in hoc continetur: Causa nostra præcipuè versatur in crimine ambitûs, non in ratione hujus belli.

Nam si: Revocat probationem suam ad Thesin, ad bellum cum Græcis gestum in genere: bella cum Græcis gesta non sunt contemnenda;ergo neq; istud Mithridaticū.

*Derideatur:*Ergo contemnendi sunt triumphi de Græcis reportati? à consequentibus bellum triumphis magnitudo belli ostenditur.

M. Curii: Pyrrhus Epirotarum Rex Anno urbis C. DLXXIII. è Tarentinis vocatus in Italiam contra Romanos venit: de quo triumphavit post annos quinque M. Cu-

Philippo T. Flaminii, de Ætolis M. Fulvii, de Rege Perse L. Pauli, de Pseudo-Philippo Q. Metelli, de Corinthiis L. Mummii. Sin hæc bella gravissima, victoriæq; eorum bellorum gratissimæ fuerunt: cur Asiaticæ nationes, atquè ille à te hostis contemnitur?

Ab exēplis, ordine temporum positis.
Paronomasia.

Curius Dentatus. Liv. lib. 14. Epirotæ sunt incolæ in Epiro, quæ nunc Albania dicitur, Regio Græciæ finitima, atq; tunc etiam ad Græciam pertinens.

T. Flaminii: Post secundum bellum Punicum, cum Philippo Rege Macedoniæ, Persei Patre pugnatum est, vicitq; T. Quintius Flaminius Consul, deq; eo Philippo, & quia Græciam liberavit, triumphavit. L. l. 32. 33. 34.

M. Fulvii: M. Fulvius, nobilior dictus, Ætolos domuit, Ambracienses in Epiro obsessos per deditionem accepit, Caphaleniam subegit, ob id ei triumphus decretus est, Annô urbis DLXVI.

L. Pauli: L. Paulus Æmilius Persen Philippi Filium Macedoniæ Regem vicit, cepitq; cum tribus filiis; quos, & cùm triumpharet, ante currum duxit: dicitur autem *Perses, Persis, & Perseus.*

De Pseudophil: Hic primùm Andriscus vocatus est, postmodum Philippus; sed Pseudophilippus, quia se Persei filium mentitus est. Occupatâ Macedoniâ à Q. Cæcilio Metello victus, captusq; est L. l. 49. & 50.

De Corinthiis: De his & de Achæis triumphavit L. Mummius, Achæiciq; cognomen adeptus est: De quo Virgilius: *Ille triumphatâ Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum, cæsis insignis Achivis.*

Gravissima: Bella: *gratissimæ*, hoc est: populo acceptissimæ victoriæ. Annominatio.

Asiaticæ nationes: Græcas etiam Asiaticas gentes nominat interdum; nam Græcia Asiæ finitima est. Pro Flacco autem dicit de Græcia, quòd parvum quendam locum Eu-

ro-

tur? Atqui ex veterum rerum monumentis vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse video; cujus belli victor L. Scipio, pariâ cum Publio fratre gloriâ, quam laudem ille Africâ oppressâ cognomine ipso præseferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. Quo quidem in bello virtus enituit egregia M. Catonis, proavi tui. Quò ille (cùm esset, ut

Belli illius gravitas ab auctoritate M. Catonis & Scipionis Africani demonstratur.

ropæ teneat. Græcia vetus Athenienses duntaxat, Æoles, & Dores complectebatur. Græcia nunc maximè Turcarum jugo subjecta est; Veneti in ea insulas duntaxat aliquot possident, atquè etiam hæ nuper imminutæ. Olim floruit potissimùm studiis & liberalibus artibus; nunc jacent omnia. Græcâ ibi loquuntur lingvâ, sed ab autiqua multum alienâ & corruptâ.

Cum Antiocho: Rege Syriæ: hoc nomine ferè omnes Reges Syriæ vocati sunt, sicuti Reges Ægypti Ptolomæi. Bellum hoc Syriacum cum Antiocho à Romanis gestum describitur à Livio l. 35. 36. & seq.

L. Scipio: Fuit hic Scipio Asiaticus, inde dictus, quod Antiochum in Asia devicerit, quem frater in hoc bello adjuvit, & voluntaria ei legatione adfuit. Frater autem vocabatur Publius Scipio Africanus à devicta Carthagine, quæ est in Africa. Erat alius Scipio minor Numantinus. Alius Scipio Nasica, alius Scipio, qui Pompejo occiso rem restituit.

M. Catonis: Cûm Antiochus Thermophylarum fauces occupâsset, M Cato major Consularis Legatus, unum ex Thermophylarum jugis occupavit, & cum strage hostes in fugam compulit. *Proavi:* Cato enim minor, cum quo nunc rem habet Cicero, pronepos fuit Catonis Majoris, ut est apud Gellium l. 13. c. 18. Cato major vocatus est *Censorius*, & Catonum familia *Portia*.

Mi-

ut ego mihi statuo, talis, qualem te esse video) nunquam cum Scipione esset profectus, si cum mulierculis bellandum esse arbitraretur. Nequè verò cum P. Africano Senatus egisset, ut Legatus fratri proficisceretur, cùm ipse, paulò antè Hannibale ex Italia expulso, ex Africa ejecto, Karthagine oppressa, maximis periculis Rempublicam liberâsset, nisi illud grave bellum, & vehemens putaretur. Atqui si diligenter, quid Mithridates potuerit, & quid effecerit, & qui vir fuerit,

Simil: cad.

15.
A persona Mithridatis. Traductio.

Mihi statuo: Mihi non est otiosum: sibi hoc statuit, & suo periculo; de aliorum enim vita ac moribus ferre judicium, periculum habet offensæ ac reprehensionis.

Talis, qualem &c. Si ille Cato paris tecum animi, indolis, atq; judicii fuisset, ad bellum illud tanquam se non dignum profectus non esset.

Bellandum: Dicitur etiam *bellare*; Virgilius *bellari: pictis bellantur Amazones armis.*

Cum P. Africano: Cùm esset certamen in Senatu, quis ad illud bellum Legatus ire deberet, P. Scipio Africanus surrexit, dixitq;: si L. Scipioni fratri suo provinciam Græciam decrevissent, se illi Legatum futurum: quæ vox magno assensu audita sustulit certamen. Tantus autem vir ad bellum hoc Legatus non ivisset, nisi fuisset operæ pretium, & bellum grave, neq; etiam Senatus de ea re cum Africano egisset.

Quid Mithridates: Mithridates, unde totum hoc bellum dictum est, Rex erat Ponti, qui dissidentibus Romanis Sociali bello Romanorum Provincias invasit, Nicomeden Bithyniâ, Ariobarzanem Cappadociâ expulit, Græciam, insulasq; omnes, exceptâ Rhodô occupavit, Cives

Roma-

vit, consideraris omnibus, quibuscum regibus populus Romanus bellum gessit, hunc regem nimirum antepones. Quem L. Sylla maximo & fortissimo exercitu pugnâ excitatum, non rudis Imperator (ut nihil aliud dicam) eum bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit: quem L. Muræna, pater hujusce, vehementissimè, vigilantissimeque vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit: qui rex, sibi aliquot annis

Præteritio.

Paronomasia.

Romanos totâ Asiâ negotiantes nocte una occidendos curavit; victus à L. Sylla, â Lucullo & deniq; à Pompejo. Vide Orat. pro L. Manil.

Pugna excitatum: Non repressum, sed commotum, & quodammodò animatum ad ferventiorem pugnam.

Non rudis Imperator: Vidit hostem adeò non contemnēdum esse ipse imperator belli peritissimus, ut propterea cum pace potiùs voluerit dimittere, quàm cum eo diutiùs pugnare.

Ut nihil aliud dicam: Major enim in eo bellica virtus, & scientia fuit, quàm ut præcisè dicatur non rudis Imperator.

Bello invectum &c. Cùm bello invasisset totam Asiam.

Cum pace: Sulla cum Mithridate pacē iniit his conditionibus, ut Asiâ atq; Paphlagoniâ totâ decederet, & relinqueret Bithyniam Nicomedi, Cappadociam Ariobarzani; Utq; numeraret Romanis talentorum duo millia, & æratas atq; omnibus copiis instructas naves mitteret septuaginta; se verò, Sullam, stabiliturum illius Regnum, & curaturum, ut Socius populi Romani appellaretur.

Vexatum: Id est: summâ virtute, & industriâ exagitatum: est in hoc verbo *vexare* ingentis calamitatis significatio.

Ad

nis ſumptis ad confirmandas rationes & copias belli, tantum ipſe opibus, conatuquè invaluit, ut ſe Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum ſuis conjuncturum putaret. Ad quod bellum duobus Conſulibus ita miſſis, ut alter Mithridatem perſequeretur, alter Bithyniam tueretur: alterius res & terrâ & mari calamitoſæ vehementer & opes regis, & nomen auxerunt: L. Luculli verò res tantæ exſtiterunt, ut nequè majus bellum commemorari poſſit, nequè majore conſilio, & virtu-

Metonymia.

Polyſyntheta.

Ad confirmandas &c. Claſſes enim maximas ædificavit, ornavitq́; exercitus permagnos quibuscunq́; ex gentibus potuit, comparavit.

Oceanum cum Ponto: Id eſt: Hiſpaniam, quæ maxima ex parte Oceano alluitur cum Regno Pontico

Sertorii copias: Explicat ſuperiorem dictionem: ut ſperaret ſuas vires conjungere cum Sertorio, id eſt: Hiſpaniam cum ſuo Regno, ut junctus viribus Romanos invaderent. Sertorius erat, qui circa Sullanæ dominationis tempora proſcriptus Româ, ingens deinde bellum in ulteriore Hiſpania excitavit: hic per proditionem deniq́; in cœna interfectus eſt.

Duobus Conſulibus: M. Aurelio Cotta, & L. Lucullo.

Alterius res: Cottæ nimirum ſiniſtræ res, & clades fecerunt, ut alterius potentia & fama creſceret; Mithridate enim cum exercitu ſuo in Bithyniam tranſeunte, Cotta avidus gloriæ noluit exſpectare Lucullum, qui illuc quoq́; venire dicebatur. ſed temerè cum Mithridate pugnans, ab eo terrâ, mariq́; profligatus eſt ſexaginta amiſſis navibus, ipſe Cotta Chelidone incluſus, obſeſſusq́; fuit.

Cyzi-

Metaphora. tute gestum. Nam, cùm totius impetus belli ad Cyzicenorum mœnia constitisset, eamquè urbem sibi Mithridates Asiæ januam fore putavisset, quâ effractâ & revulsâ, tota pateret provincia, perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia: ut urbs fidelissimorum Sociorum defenderetur, & omnes copiæ regis, diuturnitate obsidionis consumerentur. Quid? illam pugnam navalem ad Tenedum, cùm contento cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe, atque animis inflata *Metaphora.* peteret, mediocri certamine, & parva

va

Cyzicenorum: Cyzicum nobilis erat Bithyniæ civitas, cujus habitatores Cyziceni appellabantur.

Asiæ januam. Ut per hanc aditus haberetur in Asiam,& hac urbe tanquam clave obtenta accessus pateret. Apta sunt pro hac Metaphora,quæ sequuntur, *effracta, evulsa, pateret.*

Perfecta à Lucullo &c. Rem tam bene egit Lucullus &c.

Diuturnitate obsid: Omnem enim commeatum, qui ad Mithridatem Cyzicum obsidentem ferebatur, Lucullus intercipiebat, unde fames & pestis exorta est, quæ plurimos consumpsit,& Regem castra ab urbe amovere coëgit. Modus loquendi *pro diuturna obsidione.*

Ad Tenedum: Est Tenedos insula in mari Ægæo extra Hellespontum,Sigæo littori adjacens; ibi incredibilis illa pugna fuit, de qua pro Archia Pöeta.

Contento cursu: Navigatione celerrima.

Acerrimis Ducibus: Inter quos erant præcipui Duces Sertoriani.

Spe atq; animis inflata: Vela erant inflata ventis, cursumq; celerrimè promovebant;animi eorum etiam spe &

arro-

va dimicatione comissam arbitraris? Mitto prælia, prætereo oppugnationes oppidorum. Expulsus regno tandem aliquando, tantum tamen consilio atquè auctoritate valuit, ut se, rege Armeniorum adjuncto, novis opibus, copiisquè renovaret. Ac si mihi nunc de rebus gestis esset nostri exercitûs, Imperatorisquè dicendum, plurima & maxima prælia commemorare possem. Sed non id agimus, hoc dico: si bellum hoc, si hic hostis, si ille Rex contemnendus fuisset, nequè tantâ curâ Senatus, & populus Romanus suscipiendum putâsset, nequè tot annos gessisset, nequè tantâ gloriâ L. Luculli, nequè verò ejus belli conficiendi

Præteritio.

16.

Præteritio.

Repetitio.
Traductio.
Polysyntheton.

arrogantia tumidi inflatiq;, certi Italiam fore suam, & Italiæ civitates sub adventum suum continuò à Romanis defecturas.

Consilio, atq; auctoritate: Prudentiâ simul & potentiâ hoc effecit.

Rege Armeniorum: Tigranem significat generum Mithridatis;nam habuisse illum hujus in matrimonio filiam Cleopatram traditur. Non autem voluerat cum Mithridate societatem jungere rebus ipsius prosperis, ne suis viribus auctus nimiùm cresceret, afflictum verò adjuvit.

Renovaret: Novas vires & copias colligeret,

Non id agimus: Quia extra causam est.

Tot annos: Mithridates annos quinquaginta septem regnavit, cum Romanis annos duos & quadraginta bellum gessit.

Belli conficiendi: Tandem bello finem imponendi.

Ad Cn. Pompejum: Detulit per Legem Maniliam, de qua suprà.

Cu-

di curam tanto ſtudio populus Rom. ad Cn. Pompejum detuliſſet: cujus ex omnibus pugnis, quæ ſunt innumerabiles, vel acerrima mihi videtur illa, quæ cùm Rege commiſſa eſt, & ſumma contentione pugnata. Qua ex pugna cùm ſe ille eripuiſſet, & Boſphorum confugiſſet, quò exercitus adire non poſſet, extrema etiam in fortuna & fuga nomen tamen retinuit regium. Itaquè ipſe Pompejus, regnô poſſeſſô, ex omnibus oris, ac notis ſedibus hôcce pulſô, tamen tantum in

Cujus: Pompeji ſcilicet.

Innumerabiles: Nemo fuit quisquam Romanorum ab imperio condito, qui plures pugnas pugnaverit, qui plures victorias obtinuerit, plures hoſtes domuerit, quàm Cn. Pompejus. Itaq; Plinius l. 7.c. 26. ejus laudes ſcribens dicit, eum æquâſſe non modò Alexandri Magni verum fulgorem, ſed etiam Herculis propè ac Liberi Patris.

Summa contentione: Summo labore, ſummis viribus, cùm uterq; vincere contenderet.

Boſphorum: Boſphorus dicitur anguſtum fretum, per quod Mæotis palus in pontum influit, & alius dicitur Boſphorus Cimmerius, alius Tracius. Inde etiam venit nomen urbi, in littore Thracio, ubi mare fertur non excedere latitudine ſua ſpatium quingentorum paſſuum: origo nominis putatur eſſe à fabula Jovis, quòd ibi ob zelotypiam Jobos effecta, Junonem effugerit.

Ac notis ſedibus: Vulgò manſionibus, ex iis locis omnibus, in quibus manere ac morari poſſet, jectus eſt à Pompejo.

In

in unius animá posuit, ut cùm omnia, quæ ille tenuerat, adiêrat, sperârat, victoriâ possideret; tamen non antè, quàm illum vitâ expulit, bellum confectum judicârit. Hunc tu hostem, Cato, contemnis, quocum per tot annos, tot præliis, tot Imperatores bella gesserunt? Cujus expulsi & ejecti vita tanti æstimata est, ut morte ejus nuntiata tum deniquè bellum confectum arbitraretur? Hoc igitur in bello L. Murænam, Legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus: & hanc ejus

Similiter cadens. Dissolutio.

Apostrophe. Conduplicatio.

Complexio totius argumenti de re militari. Simil: cad. Dissolutio.

In unius anima: Id est: vita; ex causa effectus.

Cùm omnia: Quamvis omnes ejus ditiones vel possessas, vel spe possidendas occupaverit, non judicavit bellum confectum, & debellatum esse, nisi Mithridates esset interemptus.

Nunc tu hostem: Complexio est cum Apostropha ad Catonem: Mithridates igitur non fuit contemnendus.

Tot Imperatores: L. Sylla, L. Muræna hujus pater, L. Lucullus, & Cn. Pompejus.

Morte ejus nuntiata: Quæ ita contigit: Mithridates vitæ pertæsus venenum sumpsit, quod in gladii capulo assiduè gerebat. Eo tamen extinctus non est, quia medicaminibus dudum antè corpus firmârat contra venenum; unde etiam putantur medicamina contra venenum adhuc dici Mithridatica. Rogavit ergo ex ducibus quemdam, ut se interficeret, ne vivus in Romanorum manus veniens ad triumphum servaretur. Ejus morte nuntiata scribit Plutarchus incredibili lætitia affectum esse Pompeji exercitum.

Cognitum esse: Hoc est: ergo, quod defendo, fuisse Murænam probatæ virtutis, insignem belli ducem &c.

ejus operam non minùs ad Consulatum adipiscendum, quàm hanc nostram forensem industriam dignitatis habuisse. At enim in Præturæ petitione prior renuntiatus est Servius. Pergitisnè vos tanquam ex syngrapha agere cum populo, ut quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat? Quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tan-

17. *Occupatio.*

Locus communis, sive

Forensem industriam: Non juris tantùm studium, sed & Eloquentiam, ait, cedere debere militiæ, ut militarem Murænæ artem tantò plùs extollat.

At enim: Sicut jam antè ex Quæstura, sic jam ex Prætura Servius se Murænâ digniorem probare voluit, quòd prior renuntiatus sit; id refutat Cicero, primùm ex instabilitate vulgi; dein ex variis rationibus.

Tanquam ex Syngrapha: Tanquam ex obligatione scripta, tanquam se populus scripto obligâsset, velle se illi primas semper dare, cui semel dedisset. Est *Syngrapha* propriè scriptura, quâ quis confirmat debitum, obligationem, promissum, pactum &c.

Quem locum: Si semel primum locum &c. quòd etiam in cæteris Magistratibus petendis &c.

Quod enim: Facilè mutantur hominum animi. Illustratur similitudine, & allegoria; estq; exemplum hoc, quod Quintil. ait longè speciosissimum esse; quia trium permixta est gratia, similitudinis, allegoriæ, translationis. Observentur verba: *Fretum, Euripum motus, agitationes, commutationes, fluctus, æstus, aura rumoris &c.*

Fretum: Fretum est mare coactum intra terras, angustum, & hinc, quia inclusum, vehementibus motibus subjectum.

Quem Euripum: Euripos dixêre freta tenuia, & longiora, ut Eubœæ, Hellesponti, Taurominii in Sicilia, quæ mul-

tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum; quantas, perturbationes, & quantos æstus habet ratio Comitiorum? Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpè perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Sæpè etiam sine ulla aperta causa fit aliud, atquè existimamus, ut nonnunquam ita factum esse etiam populus admiretur: quasi verò non ipse fecerit. Nihil est incertius vulgô, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota Comitiorum. Quis L. Philippum summô ingeniô, operâ,

thesis de mobilitate vulgi.
Allegoria.
Similitudo.

Traductio.

Epiphonema.
Repetitio.
Similiter cadens.
Ab exem-

multô crebriùs, quàm reliqua maria exæstuant. Hinc homo inconstans jam in proverbio dicitur: *Euripus.*

Æstus: Dicitur aqua maris quodammodò fervens & ebulliens.

Ratio Comitiorum: Modus & forma comitiorum. *Comitia* Conventus populi ad creandos magistratus, vel similia, dictà à cöeundo, vel cõmeundo, ut veteres loquebantur.

Dies intermissus: Post unum diem sæpè mutantur omnia ob levem aliquem rumusculum.

Sæpè etiam: Interdum clara & manifesta causa mutatæ opinionis non subest, & vulgus ipse sæpè nescit, qua de ratione mentem & sententiam mutet, & hinc admiratur, tanquam non ipse se mutâsset, suamq; voluntatem.

Atq; existimamus: Quàm putemus. Sic enim eleganter accipitur particula *atq;*.

Nihil obscurius: Nihil minùs cognitum, nihil ita in obscuro positum.

L. Philippum: De hoc Cicero in Bruto, ubi eum ve-

plis per interrogationem & repetitionem. Laudes.

operâ, gratiâ, nobilitate, à M. Herennio superari posse arbitratus est? Quis Qu. Catulum, humanitate, sapientiâ, integritate antecellentem à Cn. Manilio? Quis M. Scaurum, hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum Senatorem, à Qu. Maximo? Non modò horum nihil ita fore putatum est, sed ne cùm esset factum quidem, quare ita factum esset, intelligi potuit. Nam ut tempestates

A simili.

sæpè

hementer laudat; Consul tamen creatus est, sed post Herennium, anno nempè V. C. 663. Sexto Julio Cæsare Collega; cùm M. Herennius competitor ipsius jam fuisset Consul 661. Collega L. Valerio Flacco.

M. Herennio: Hunc ait Cicero in mediocribus Oratoribus Latinè & diligenter loquentibus numeratum fuisse, qui tamen summâ eloquentiâ Philippum in petitione Consulatûs superârit.

Q. Catulum: Hic est, qui in Oratione pro Lege Manilia, & pro Rabirio singulariter à Cicerone laudatur: fuit Consul cum Mario Nepote anno 652. postquam ejus Competitor C. Manilius Maximus Consulatum jam adeptus est An. 648.

M. Scaurum: A Q. Maximo superatus hic est anno 638. sed anno tamen proximo Consulatum adeptus est M. Æmilius Scaurus, gessitq; cum M. Cæcilio Metello; de quo Scauro Cicero pro Sestio scribit, quòd seditiosis omnibus semper restiterit, insignis severitatis fuerit &c.

Q. Maximo: Q. Maximus Eburnus cum C. Licinio Geta Consul fuit anno 638. Eburni cognomen habuit propter candorem.

Nam ut tempestates: Causæ tempestatum aliquæ cognoscuntur, aliæ plurimæ latent; sic in Comitiorum mutationibus &c.

Ali-

sæpè certo aliquo cæli signo commoventur, sæpè improvisò nulla ex certa ratione, obscura aliqua ex causa excitantur: sic in hac Comitiorum tempestate populari sæpè intelligas, quo signo commota sit: sæpè ita obscura est, ut casu excitata esse videatur. Sed tamen, si est reddenda ratio, duæ res vehementer in Prætura desideratæ sunt,

Periodus æqualitate membrorum insignis.

18.

Duæ causæ, cur tum postpositus Muræna.

Aliquo cæli signo: Signa cæli dicuntur stellæ, ita inter se dispositæ, conjunctæq; ut figuram quandam exprimere videantur, qualia sunt Arcturus, sive Ursa major; Arctophylax, Bootes, sive Ursa minor; Canis major, Canis minor, Leo, Aries, Taurus &c. à figuris enim acceperunt hæc nomina. Signa etiam dici possunt; quia ortu suo, occasuq; sæpè dant signa, & significationes tempestatum, ut si de quinque stellis errantibus certæ conjunctæ sunt, aut si de Marte recedens Luna ad Venerem accedat, vel contrà ab hac ad illum feratur. Sic & Orion nimbosus appellatur, quia putatur esse causa pluviarum. Virgilius: *cùm subito assurgens fluctu nimbosus Orion in vada cæca tulit &c.*

Sed tamen: Hactenus ex mobilitate vulgi ostendit, nihil contra Murænam fecisse id, quòd alter prior renuntiatus fuerit Prætor; jam tanquam hoc argumentum non valeret, accedit ad veras causas, cur tunc Muræna postpositus, in Consulatu petendo fuerit antepositus Servio.

Duæ res &c. Desideratæ sunt: Deferunt tunc, in *Prætura*, in petitione Præturæ, quando Muræna petiit Præturam &c. quæ duæ res adfuerunt, cùm peteret Consulatū. Prima erat, quòd frustrà à Muræna tum populꝯ exspectârit munera illa publica, & apparatus ludorum magnificos; quam frustraneam exspectationem competitores Murænæ ad ejus invidiam sermonibus suis auxerunt; istud autem compensatum fuit, quando posteà Muræna effectus est Prætor.

Polysyndeton.

Polysyntheton.

Traductio.

Causæ, cur Muræna præpositus in Consulatu.

sunt, quæ ambæ in Consulatu tum Murænæ profuerunt: una, exspectatio muneris, quæ & rumore nonnullo, & studiis, sermonibusquè competitorum creverat: altera, quòd ii, quos in provincia, ac legatione omnis & liberalitatis, & virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. Horum utrumquè ei fortuna ad Consulatûs petitionem reservavit. Nam & L. Luculi exercitus, qui ad triumphum convenerat, idem comes L. Murænæ præstò fuit: & munus amplissimum, quod Præturæ petitio desiderabat, Prætura

tor. Nam ludos dedit magnificos,& sic ipsâ Prætura gesta restituit, quod desiderabat Præturæ petitio, quod defuit in petenda Prætura.

In Consulatu: Petendo: *pro consulatu.*

Exspectatio muneris: Significabant Prætores, & populo promittebant, si Prætores futuri sint, se ludos scenicos, spectacula gladiatorum, epulas publicas daturos; hæc enim nomine *muneris* intelliguntur, erantq; hæc munera & gratiæ pro obtento officio Prætoris.

Creverat: Traduxerunt propterea Murænam competitores apud populum, & rem in majus auxerunt.

Altera: Quia cùm Præturam petiit Muræna, exercitus Luculli, qui testis in Asia provincia & liberalitatis ej9, & virtutis fuerat,nondum ex provincia decesserat, nondum Romam advenerat: qui si adfuisset, ita prior in Præturæ petitione Muræna renuntiatus esset,sicut eorum suffragiis repulso Servio, Consul creatus est;adfuit enim hoc anno, cùm ad Luculli triumphum venisset Romam.

Idem Comes: Comitatus est enim exercitus suum Candidatum.

Num

tura restituit. Num tibi hæc parva videntur adjumenta & subsidia Consulatûs? voluntas militum? quæ cùm per se valet multitudine, cùm apud suos gratia; tum verò in Consule declarando multum etiam apud universum populum Romanum auctoritatis habet suffragatio militaris. Imperatores enim Comitiis Consularibus, non verborum interpretes deliguntur. Quare gravis est illa oratio: me saucium recreavit: me prædâ donavit: hoc Duce castra cepimus, signa contulimus: nunquam iste plus militi labo-

Interrogationibus urget.

Prosopopœia militum.

Mebratim.

Num tibi &c: Duas has rationes an nihil valere existimas ad Consulatum consequendum? Amplificat primò alteram partem de exercitu, ubi rem revocat ad thesin: Milites plurimùm possunt, eorum suffragatio magnam habet auctoritatem &c. Exornatur elegante prosopopœia militis suum Imperatorem laudantis.

Voluntas militum: Benevolentia, studium, favor militum.

Quæ cùm: Particulæ cum tum verò eleganter ponuntur.

Valet multitudine: Multùm possunt; quia multi sunt.

Apud suos gratiâ: Apud cives suos, & necessarios gratiosi sunt, quos & in suam partem facilè pertrahunt.

Suffragatio militaris: Suffragia militum habent magnũ pondus.

Imperatores: Qui gerendo bello exercitati sunt, qui exercitus ducere sciunt, ii eliguntur, non Jurisperiti.

Gravis est: Ideò magnum pondus habent ejusmodi verba à milite prolata: hic est egregius Imperator &c enumerantur laudes & dotes boni imperatoris per sermocinationem militum; elegantes sunt hic partes & laudes bo-

boris imposuit, quàm sibi sumpsit ipse; cùm fortis, tum etiam felix. Hoc quanti putas esse ad famam hominum, ac voluntatem? Etenim, si tanta illis Comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogativum, quid mirum est, in hoc felicitatis famam, sermonemquê valuisse? Sed si hæc leviora

19. *Trāsitio ad*

boni Imperatoris membratim prolatæ.

Cùm fortis: Fortitudo & felicitas in Oratione pro lege Manilia prædicantur esse virtutes Imperatoris, *cum tum* denuò ad elegantiam.

Ad famam: Nonnè talia illustrem alicui famam, & studia, benevolentiamq; hominum conciliant?

Etenim si &c. Si in Comitiis, in quibus eliguntur Consules, religiosissimè observatur omen prærogativum, vel prærogativæ, non est mirum, si etiam in modum prærogativæ & præjudicii valeat fama & opinio, quôd aliquis sit felix & fortis & præclarus Imperator.

Omen prærogativum: Omen est, & præjudicium pro aliquo in Consulem eligendo, si obtineat suffragia prærogativæ; nam hoc omen prærogativum accipitur hic pro conjectura, divinatione, præjudicio &c. Prærogativa dicebatur centuria quædam & tribus selecta in Comitiis, quæ prima suffragium ferebat, antequam ordo cæteras contingeret; hanc autem plerumq; tribus cæteræ in suffragiis sequebantur.

Sed si hæc: Illustris transitus ad 2dum, quod quidem suprà primo loco posuit; amplificat ergo ordine retrogrado, quod sæpè fit. Si non putes prævalere studia militum, urbis & aliorum civium studiis, saltem spernere non poteris momentum alterum de munere & ludis. Amplificatur denuò argumentum hoc ex loco communi sive thesi, quòd populus semper afficiatur rebus his & delectetur; tum comparatione & exemplo.

Ludo-

viora ducis, quæ sunt gravissima, & hanc urbanam suffragationem militari anteponis, noli ludorum hujus elegantiam, & scenæ magnificentiam valde contemnere: quæ huic admodum profuerunt. Nam, quid ego dicam, populum ac vulgus imperitorum ludis magnopere delectari? Minus est mirandum. Quanquam huic causæ id satis est; sunt enim populi, ac multitudinis Comitia. Quare si populo ludorum magnificentia voluptati est, non est mirandum, eam L. Murænæ apud populum profuisse. Sed si nosmet ipsi, qui

Secundum.

Amplificatio, & ludorum laus ab effectu, h.e. voluptate, quam pariunt.

Syllogismo.

Argumentum à minore

Ludorū elegantiā: scenæ magnificentiā: pro: ludos elegantes, magnificas scenas. Ejusmodi ludis, cùm primò fierent, jam impensa sunt ducenta millia nummûm; pòst etiam luxus crevit. Scenæ ab umbra dictæ; nam in umbra fiebant, & primùm è ramis, ac frondibus constituebantur, tum etiam ornabantur magnificentiùs.

Nam quid ego dicam: Connexio:

Vulgus imperitorum: Plebs, & ut infrà multitudo indocta.

Quanquam huic: Populus delectatur: hoc satìs; nam pro argumento meo hoc sufficit: Suffragia in Comitiis colliguntur à populo.

Quare si populo: Latet hic syllogismus: si populus delectatur ludis, id profuit Murænæ instituenti ludos; sed populus delectatur; probatur à minore: si nos: multò magis populus; ergo Assumptio iterum proponitur & probatur per enthymema.

Si nosmet ipsi: Si nos, qui impedimur negotiis, quò minùs ullam delectationem consectemur, aut capiamus: & in ipsis negotiis multas alias delectationes habere possumus, quàm quæ è ludis percipiuntur, ludis tamen obleсta-

ad majus per Enty. mema. qui & ab delectatione omni negotiis impedimur, & in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur, & ducimur; quid tu admirère de multitudine indocta? L. Otho, vir fortis, *Ab exemplo Roscii & ejus lege.* meus necessarius Equestri Ordini restituit non solùm dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaquè lex hæc, quæ ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quòd honestissimo Ordini cum splendore fructus quoq; jucunditatis est restitutus. Quare delectant *Complexio.* homines, mihi crede, ludi, etiam illos, qui dissimulant, non solùm eos, qui fatentur: quod ego in mea petitio-

lectamur,quid mirum est, indoctam multitudinem ludis delectari?

L. Otho: L. Roscius Otho Trib.plebis legem tulit, ut Equitibus Romanis in theatro quatuordecim gradus spectandi gratiâ darentur, quare sibi mirificè devinxit Equestrem Ordinem. Lex hæc *Theatralis* fuit dicta, & *Roscia:* Priùs Ordo Equestris non habebat locum à plebe distinctum, quem soli tum Senatores habebant.

Dignitatem: Quòd loco digniore sederent, & *voluptatem*, quòd commodiore, ut meliùs spectare possent. Statim inìrà mutatis phrasibus illam vocat *splendorem*, hanc *fructum jucunditatis.*

Ludi: Per ludos semper intelligit spectacula publica, vel in honorem Deorum instituta, vel ad demerendum populum.

In mea petitione: Quando ego Consulatum petîi & Candidatus fui Consulatûs &c.nam & ego habui cōpetitores, qui ludorum apparatu favorem populi aucupabantur.

Sec-

titione sensi. Nam nos quoquè habuimus Scenam competitricem. Quòd si ego, qui trinos ludos Ædilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar: tibi, qui casu nullos feceras, nihil hujus istam ipsam, quam irrides, argenteam Scenam adverlatam putas? Sed hæc sanè sint paria omnia: sit par forensis opera militari: sit par militari suf-

Metonymia.
A minore.
29.

Concessio & transitio.

Scenam competitricem: Metonymia:res possessa pro possessore. Nam non petiit cum Cicerone scena, res sensu carens, sed ii petiêre, qui munere,ludis & scenâ populum delinire cupiebant.

Trinos ludos: Id est: ter feceram ludos; sic trinas misi litteras, meliùs quàm tertias litteras, vel tres litteras.

Ædilis: Cùm præessem publicis ædificiis &c. Ædiles pro officio ludos curabant, vel etiam Prætores Urbani.

Antonii ludis commovebar: Cajus Antonius, qui cum Cicerone Consulatum petebat,scenam totam argento prætexuerat, ut ait Valer. Max. & Plinius. Movebat hic Antonius ergo mihi Ciceroni solicitudinem, & curam, ne prævaleret.

Qui casu: Id est: sorte; casus & sors officii tui non fecit tibi occasionem instituendi ludos; ergo saltem fatendum est tibi, ludos, quos dedit Muræna, valere ad Consulatum, quibus tu caruisti, non quidem vitio tuo, sed casu, & sorte officiorum ita ferente.

Argenteam scenã: Sicut de C. Antonio suprà dictum est, testante Plinio: *C. Antonius ludos scenâ argenteâ fecit;* ita eodem teste, Muræna: *L. Muræna & C. Princeps in Circo pegma duxit, in quo fuêre argenti pondo CXXIV.*

Sed hæc: Transit ad comparationem Præturæ: Prætura Murænæ fuit gratiosa; non item tua: inest hic Concessio, sint priora non tanti ponderis, ut prævaleant, ipsa Præ-

tura

suffragatio urbana: sit idem, magnificentissimos, & nullos unquam fecisse ludos? quid? ipsa Prætura nihilne existimas inter tuam, & istius sortem interfuisse? Hujus sors ea fuit, quam omnes tui necessarii tibi optabamus juris dicundi: in qua gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio: qua in sorte sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. Egre-

Synecdoche. Hypotyposis administrationis Prætoriæ à Muræna.

tura prævalebit. Fit talis Concessio, cùm quæ restant, firmitate præstant reliquis, & quæ largimur adversario, vel non admodum prodesse possunt, vel ita probata sunt, ut etiam adversarii judicio valere debeant, & consistere.

Istius sortem: hujus sors: Sors accipitur pro conditione, provincia, aut rei alicujus administratione; estq; synecdoche. Sorte enim suas provincias, sua officia capiebant magistratus.

Tui necessarii tibi: Quotquot eramus amici, & familiares tui, hanc vel similem proviciam tibi Servio optâssemus.

Juris dicundi: Sic conjunge: hujus, nempè Murænæ sors & provincia dicundi juris (jus dicendi, secundùm jus decernendi) ea fuit, atq; ita constituta, ut ob negotia gravissima gloriam, ob administrationem æquitatis gratiam, propter æquilitatem & facilitatem in omnes omnium sibi benevolentiam conciliârit: cùm enim duo in urbe prætores essent diversis rebus præpositi, Muræna eam habuit spartam, quâ sibi plurium animos poterat adjungere: Servius habuit eas res agendas, quibus plerosq; homines sibi reddidit infensos.

Lenitate audiendi: Quòd omnes leniter, libenterq; admiserit, audiverit.

Ad

Egregia, & ad Consulatum apta provincia, in qua laus æquitatis, integritatis, facilitatis ad extremum ludorum voluptate concluditur. Quid tua sors? Tristis atrox, quæstio peculatûs; ex altera parte lacrymarum & squaloris, ex altera plena catenarum, atquè indicum, cogendi judices inviti: reti-

Hypotyposis administrationis Prætoriæ in Servio. Mẽbratim.

Ad extremum: Multùm profuit hæc provincia Murænæ, in qua cæteris laudibus, *æquitatis* in largiendo cuiq; suum, *integritatis*, neminem ullâ injustitiâ offendendo, *facilitatis*, leniter omnes, libenterq; audiendo, deniq; etiam accessit ludorum magnificentia ad demerendum populum.

Quid tua sors? Contrâ verò, quàm alia fuit provincia & administratio Servii? Nullo modo gratiosa, non afferẽs voluptatem, & gaudium, sed *tristis*, atrox &c. propter res criminosas judicandas, ubi nil, nisi de suppliciis, pœnis &c. Unus enim Prætor habebat e. g. res urbanas, alter peregrinas, ille privatas, hic publicas, ille civiles, hic criminosas.

Quæstio peculatûs: In tua sorte exercebantur quæstiones de peculatu, crimine capitali. Est *peculatus* furtum pecuniæ publicæ, vel sacræ. Servius ergo habuit quæstionem peculatûs, & nonnulla alia capitalia; Muræna habuit jurisdictionem urbanam in aliis rebus non ita invidiosis.

Ex altera parte: Una pars incedebat in luctu, & squalore, quæ nempè accusabatur; solebant enim Patroni ad movendam miserationem reos mutata veste, barbâ, capilloq; submisso, squalidos & deformes in judicium producere: *ex altera* vincti, ac captivi, indices & ii, qui torquendi erant ad confessionem veritatis, adducebantur.

Cogendi Judices: In causis criminosis & capitalibꝰ judices non libenter sedebant, sed à Prætoribus erant cogendi, & post sortitionem subsortitionemq; quæ semper ab utraq; parte fiebat, aliqui, etsi inviti, erant retinendi.

Scri-

Prætura in criminalib9 semper odiosa. A distributione & effectib9.

retinendi contra voluntatem: scriba damnatus: ordo totus alienus: Sullana gratificatio reprehensa: multi viri fortes, & propè pars civitatis offensa est: lites severè æstimatæ: cui placet, obliviscitur: cui dolet, meminit. Postremò tu in provinciam ire noluisti. Non possum id in te reprehendere, quod in me ipso & Prætor & Consul probavi: Sed

Scriba damnatus: Siquis scriba te Prætore damnatus fuerit, totus ordo scribarum inde fuit offensus; istorum enim causa ratione Sallanæ factionis sub Prætore Servio videtur agitata. Ordo scribarum varios complectebatur, de quo alibi.

Sullana gratificatio: L. Sylla potitus victoriâ civili, proscriptorum civium bonis suos milites locupletavit. Hanc Syllæ gratificationem, id est: liberalitatem,quâ voluit suis gratificari, si Prætor suâ sententiâ reprehendit, multos viros fortes & magnam partem Civitatis, quæ Syllæ favit, aut quæ ab eo locupletata est, offendit.

Lites æstimatæ: Damnatis lis æstimabatur, id est: ponebatur pretium certum, quod deberent solvere; si hoc *severè*, id, quod dicimus: *rigorosè*, quanta multorum offensa?

Cui placet &c. Si alicui Prætor talis placuit, facilè obliviscitur gratiæ sibi factæ.

Cui dolet: Si alicui inflixit vulnus, & malum intulit, perpetuò meminit,nec tam facilè obliviscitur.

*Postremo:*Deniq; Servius offensam aliquorum incurrit, quòd noluerit discedere in Provinciã,quæ ipsi Prætori extra urbem commissa fuit. Ipse quidem Cicero maluit manere Romæ,quàm exire in provinciam,uti fatetur pro Cn. Planco; hoc tamen ad petendum Consulatum absuisse Servio contendit.

Muræ-

Sed tamen L. Murænæ provincia multas bonas gratias cum optima existimatione attulit. Habuit proficiscens delectum in Umbria: dedit ei facultatem Respublica liberalitatis: quâ usus multas sibi tribus, quæ municipiis Umbriæ conficiuntur, adjunxit. Ipse autem in Gallia, ut nostri homines desperatas jam pecunias exigerent, æquitate, diligentiâque perfecit. Tu inte-

Mēbratim.

Occupatio.

Murænæ provincia: Gallia fuit, quam post Præturam urbanam rexit.

Bonas gratias: Dicitur enim & bona, & mala gratia, id est: memoria beneficiorum,& memoria malefactorum, atq; injuriarum, ita Seneca epist. 82. *Hoc certè justitiæ convenit, suum cuiq; reddere, beneficio gratiam, injuriæ talionem, aut certè malam gratiam.*

Delectum: Nempè militum, in qua re quoq; multorum gratias inire potuit.

Umbria: Ita diciur regio Italiæ antiquissima inter Apenninum,& mare Adriaticum sita; hodie Ducatus Spoletanus.

Facultatem lib:ralitatis: Occasionem,ut posset exhibere liberalitatem suam.

Tribus adjunxit: Conciliavit sibi multas tribus ex municipiis Umbriæ, quæ posteà, Murænæ suffragabantur; non enim soli cives Romani jus suffragii habebant,sed & municipia multa, ex quibus Romam certæ tribus missæ sunt ad Comitia. Tribus sunt diversæ populi classes, ætate Ciceronis erant XXXV. Municipia dicebantur civitates, quæ proprium quidem habebant jus,proprias leges, munera tamen, honores, & magistratus capere poterant cum Romanis.

Conficiuntur: Quæ tribus constant ex municipiis in Umbria; multi enim & diversi conficiebant unam tribum.

Nostri homines: Id est: publicani & negotiatores.

Præ-

tereá Romæ scilicet amicis præstò fuisti: fateor, sed tamen illud cogita, nonnullorum amicorum studia minui solere in eos, à quibus provincias contemni intelligant. Et quoniam ostendi, Judices, parem dignitatem ad Consulatûs petitionem, disparem fortunam provincialium negotiorum in Muræna, atquè in Sulpitio fuisse: dicam jam apertiùs, in quo meus necessarius fuerit inferior Servius, & ea dicam, vobis audientibus, amisso jam tempore, quæ ipsi soli, re integra, sæpè dixi. Petere Consulatum, nescire te, Servi, persæpè tibi dixi: & in iis rebus ipsis, quas te magno & forti animo & agere & dicere videbam, tibi soli-

21. *Transitio. Contraposita. Anacephaleosis.*

Captatio benevolentiæ. Conduplicatio. Antitheta. Polysyntheton.

Præstò fuisti: Opem tulisti: eorum advocatus, patronus fuisti.

Studia minui: Non ita afficiuntur erga eos,qui virtutes suas non etiam in provinciis demonstrant.

Et quoniam Alia res, quæ Murænæ profuit ad Consulatum, & obfuit Servio, est ratio petendi Consulatum: nam ut sæpè hunc familiariter monuit Cicero, accusare aliquem, & simul petere Consulatum, est perdifficile, est insuper odiosissimum. Non enim minis, aut timida inquisitione Candidatus sibi populum adjungit, sed avertit.

Disparem fortunam: Ait disparem sortem & administrationem Præturæ in utroq; fuisse.

Amisso jam tempore: Amissa occasione, cùm jam Consules designati sunt.

Re integra: Ante diem Comitiorum, cùm adhuc Consul esse posses. *For-*

solitus sum dicere, magis te fortem Senatorem mihi videri, quàm sapientem Candidatum. Primùm accusandi terrores & minæ, quibus tu quotidie uti solebas, sunt fortis viri. Sed & populi opinionem à spe adipiscendi avertunt, & amicorum studia debilitant. Nescio, quo pacto semper hoc fit:

Accusare, & petere Consulatum non concordant.

Ab experientia.

Fortem Senatorem: Qui auderet in cives, & candidatos improbos tam multa in Senatu postulare.

Sapientem: Qui sciret prehensando, salutando, precibus, lenociniis suffragatores sibi adjungere.

*Candidatum:*Candidati dicebantur, qui ad alicujus magistratûs,aut dignitatis petitionē adspirabant,à toga candida, quam per id tempus induebant, dicti, sive ad denotandam integritatem, quòd solus hic color sincerus & purus, ac minimè inquinatus est, sive ut perspici ab omnibus & dignosci possent. Ire autem Candidati per Comitia solebant, svadendo, rogando, submittendo se omnibus &c.Inde per translationem aliarum quoq; rerum petitores Candidati dicuntur, Candidatus eloquentiæ, Candidatus Ordinis religiosi &c.

Primùm accusandi: Accusatio est fortis viri, sed simul odiosa,si importuno tempore instituatur: Servius accusationem instituit admodùm importunè, ergo abalienavit hominum voluntates, & impedivit.

Fortis viri: Laudat eum à fortitudine,ne vehementiùs exasperet vituperando modum petendi; atq; sic captat benevolentiam.

Populi opinionem: Cùm ad accusandum se transferunt, credit populus, eos non sperare porrò Consulatum; in opinione autem populi multùm est situm; nam jus suffragationis penes populum erat, qui certè non vult suffragium dare illi, in quo spes Consulatûs non est.

Amicorum studia: Opinione & studiis vulgi ab aliquo

 aver-

fit: nequè in uno, aut altero animadversum est, sed jam in pluribus: simulatquè Candidatus accusationem meditari visus est, ut honorem despe- *Occupatio.* rasse videatur. Quid ergo? acceptam *Subjectio.* injuriam persequi non placet? Imò ve- *Similiter desinens.* hementer placet: sed aliud tempus est petendi, aliud persequendi. Petito- *Traductio.* rem ego, præsertim Consulatûs, magna spe, magnô animô, magnîs copiîs & in forum, & in campum deduci volo: non placet mihi, inquisitio Candidati,

aversis, necesse est etiam amicorum conatus debilitari.

Quid ergo? Objectionem sibi ponit,quam purget & solvat.

Aliud tempus; Placet persequi injurias, sed non hoc tempore. Servius vir amans justitiæ, ut illegitimæ cupiditates petitorum coërcerentur in suis præsertim competitoribus,accusationes adversùs illos instituit,imprimis autem contra Catilinam,petiit à Senatu & à Consule Cicerone novas leges & decreta in ejusmodi homines, & pro impediendo eorũ ambitu:his autem negotiis multùm se occupavit,multos alios simul offendit.

Magno animo: Magnâ fiduciâ.

Magnis copiis: Magno comitatu amicorum, aliorumq; quod non fit, amicorum studia debilitata sunt &c.

In Campum: Martium scilicet, ita vocabatur locus extra urbem Romam propè portam Flumentanam: ubi comitia centuriata habebantur, ubi creabantur à populo conveniente magistratus, olim reges, tum Consules. Locus hic præter nativam amœnitatem habuit etiam ornamenta illustrium statuarum, & artefactorum; hic quoq; juventus se exercebat ad pugnas; hic varia ludicra exercebantur.

*Inquisitio Candidati:*Si Candidatus se occupat inquirendis

dati, prænuntia repulsæ: non testium potiùs, quàm suffragatorum comparatio non minæ magìs quàm blanditiæ: non declamatio potiùs, quàm persalutatio; præsertim cùm jam hoc novo more omnes ferè domos omnium concursent, & ex vultu Candidatorum conjecturam faciant, quantum quisquè animi & facultatis habere videatur. Videsnè tu illum tristem, demissum? Jacet, diffidit, abjecit hastas. Serpit hic rumor.

Contraposita.
Repetitio.
Simil. cad.
Simil: des.

Hypotyposis suffragatorum, & Prosopopœia.

dis rei criminibus. Num accusatori constituto semper aliquod tempus impendendũ erat ad inquirenda rei crimina.

Prænuntia repulsæ: Omen est in tali Candidato irritam forè petitionem, & repulsam secuturam.

Comparatio: Non placet mihi, si potiùs testes comparet & conducat, quàm suffragatores.

Non minæ: Terrores nempè illi, quando accusator denunciat accusationem, & secuturam condemnationem.

Non declamatio: Est meditatio orationis & prævia exercitatio, præparatio ad causas dicendas.

Persalutatio: Ut suffragatores nominatim appellet, salutet &c. Et habebant Candidati nomenclatorem secum, cùm irent per plateas, vel per comitia, qui eis hominum nomina suggerebat, ut suo quemq; nomine compellare possent.

Concursent: Id est: adeant, salutent.

Ex vultu: Hinc desumunt indicia, qua quis spe, quâ fiduciâ sit.

Videsnè: Prosopopœia alicujus suffragatoris cum altero loquentis.

Jacet: Animo concidit.

Abjecit hastas: Animum abjecit, sicut illi qui desperantes victoriam, abjiciunt arma, clypeum, hastam.

Serpit hic rumor: Ab uno sic loquente continuò in alios diffun-

Simil: cad. partes accusatoris. mor. Scis tu illum accusationem cogitare? Inquirere in competitores? Testes quærere? Alium faciam, quoniam sibi hic ipse desperat. Ejusmodi Candidatorum amici intimi debilitantur, *Polysyntheton.* studia deponunt, aut testatam rem abjiciunt, aut suam operam & gratiam judicio, & accusationi reservant. Accedit eodem, ut etiam ipse Candidatus *22. Synonyma.* totum animum, atquè omnem curam, operam, diligentiamquè suam in petitione non possit ponere. Adjungitur *Revocat ad thesin.* enim accusationis cogitatio, non parva res, sed nimirum omnium maxima. Magnum est enim te comparare ea, quibus possis hominem è civitate, præser-

diffunditur rumor. Et alius sic loquitur: audistin tu, quòd e. g. Servius accusationem meditetur? Iste non sperat Consulatum; ergo creabo alium Consulem, de quo mihi, & cui ipsi de se spes est.

Studia deponunt: Cessant alicui favere pro Consulatu.

Testatam rem: Notam, manifestam, à pluribus assertam.

Reservant: Studia sua & favores conferunt ad hoc, ut saltem accusatio bene succedat.

Accedit eòdem: Aliud impedimentum commemorat, distractionem animi ad diversas res, quibus nemo utrisq; satisfacere possit; namq; sunt

Pectora nostra duas non admittentia curas,

&

Pluribus intentus minor est ad singula sensus;

Accusationis cogitatio: Amplificat in genere à difficultate accusationis, ab adjunctis personæ accusatæ &c.

Non

ſertim non inopem, nequè infirmum, exturbare: qui & per ſe, & per ſuos, & verò etiam per alienos defendatur. Omnes enim ad pericula propulſanda concurrimus, & qui non apertè inimici ſumus, etiam alieniſſimis in capitis periculis amiciſſimorum officia & ſtudia præſtamus. Quare ego expertus & petendi, & defendendi, & accuſandi moleſtiam, ſic intellexi: in petendo ſtudium eſſe acerrimum; in defendendo officium; in accuſando laborem. Itaquè ſic ſtatuo, fieri

Ab adjunctis. Polyſyntheta. Theſis, ſive locus communis.

Polyſyntheton. Diſtributio. Similiter cadens.

Concluſio.

Non inopem: Si potens ſit, dives, multos propinquos, amicos habeat &c.

Exturbare: Significat cum auxeſi. Damnati de ambitu debebant ire in exilium.

Per alienos: Etiam ii,qui amici non ſunt,miſeratione naturali adducuntur,ut ſubveniant periclitantibus; *Naturalis* enim *favor eſt* pro laborantibus.

Quare ego: A ſuo exemplo & experientia amplificat cum diſtributione & diſtinctione partium trium: petitionis, defenſionis, accuſationis. In petitione acre debet eſſe ſtudium comparandi ſibi ſuffragia; in defenſione præſtamus officium amicis & benemeritis; in accuſatione ſingularis eſt labor & difficultas. In Verrem Actione prima dicit in eundem finem, ſe, cùm aliis rebus maximis ſolicitaretur, petitioni toto animo ſervire propter judicium non potuiſſe. Act. 1. N. 9.

Itaq; ſic ſtatuo: Concludit Syllogiſmum, qui fuit: qui accuſat, debet ſe totum & maximè impendere accuſationi; qui ſe impendit totum accuſationi, non poteſt ſe ſimul impendere petitioni, ergo &c. eſtquè ſyllogiſmus alio modo propoſitus, denuò hic involutus. Nemo poteſt ſimul accuſare, & petere Conſulatum; tu voluiſti ſimul accu-

fieri nullo modo poſſe, ut idem accuſationem, & petitionem Conſulatûs diligenter adornet, atquè inſtruat. Unum ſuſtinere pauci poſſunt, utrumquè nemo. Tu, cùm te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumquè ad accuſandum transtuliſſes, exiſtimâſti, te utriquè negotio ſatisfacere poſſe? Vehementer errâſti. Quis enim dies fuit, poſteaquam in iſtam accuſandi denuntiationem ingreſſus es, quem tu non totum in iſta ratione conſumpſeris? Legem ambitûs flagitâſti, quæ tibi non

Comparatio minoris ad majus. Metaphora.

Metaphora.

23.

accuſare, ergo non potuiſti bene fungi officio petitoris. Apta eſt illa formula pro concluſione, loco particulæ *ergo: itaq; ſic ſtatuo.*

Fieri nullo modo poſſe: Meliùs, quâm impoſſibile.

Adornet, inſtruat: Multa enim adornare, & comparare debet, qui accuſat: ſubſcriptores conſtituere, advocatos, teſtes conquirere, argumenta, probationemq; criminum adducere &c.

De curriculo: De certamine, vel loco certaminis; curriculum enim dicitur ſpatium, in quo decurritur vel decertatur.

Deflexiſſes: Id eſt: diſceſſiſſes, remiſiſſes de cura, ſtudio & diligentia petitionis.

Quis enim: Exaggerat negotiũ & ſtudium accuſationis Servianæ, ut adeò non potuerit petitioni vacare.

Denuntiationem: Comminationem accuſationis.

Ingreſſus: Pro ſuſcepiſti, adornâſti accuſationem.

Legem ambitûs: Veniunt jam ea, quibus ſe tempore accuſationis adornatæ impetrandis Servius impendit, quæ omnia valdè erant odioſa. Inprimis petiit â Senatu & Conſule, ut nova & ſeverior lex ambitûs, ſive pœna in ambitioſos ſtatueretur; cùm tamen jam adeſſet, Lex aliqua olim à Calpurnio data.

Calpur-

non deerat. Erat enim ſeveriſſimè ſcripta Calpurnia. Geſtus eſt mos & voluntati, & dignitati tuæ. Sed tota illa lex accuſationem tuam, ſi haberes nocentem reum, fortaſſe armâſſet, petitioni verò refragata eſt. Pœna gravior in plebem tua voce efflagitata eſt: commoti animi ſunt tenuiorum; exilium in noſtrum ordinem: conceſſit Senatus poſtulationi tuæ; ſed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem, te auctore, conſtituit. Mor-

Subjectio.

Metaphora.

Calpurnia: Ab authore & latore ita dicta lex. C. Calpurnius Piſo aliquot annis ante Ciceronem Conſulem ex Senatûs-Conſulto ſeveram legem tulit de ambitu, in qua aliis pœnis pecuniaria quoq; pœna adjecta erat. Jam Cicerone Conſule poſtulavit, flagitavit (magna vi cõtendit) Servius, ut Cicero novam legem de ambitu ex Senatûs-Conſulto ferret, ſingulariter propter L. Catilinam, & alios &c. Geſſit morem Cicero, tulit legem, ut faceret, quod vellet Servius, & quod ejus dignitas poſtularet; ſed lex iſta nocuit Servio, refragata eſt ejus petitioni.

Nocentem reum: Reus eſt omnis, qui accuſatur; nocens reus, qui criminis convinci poteſt.

Armâſſet: Metaphoricè: accuſationi tuæ vim, & arma tribuiſſet.

Refragata: Adverſata.

In plebem: Petiiſti, ut ſiquis ex plebe, mercede corruptus, Candidatis obviam iſſet, aut eosdem ambitioſos ſectatus eſſet, præter priores pœnas legibus conſtitutas, ab eo pœna pecuniaria exigeretur; id quod plebem offendit. *Animi tenuiorum,* id eſt: plebejorum commoti, exacerbati ſunt.

Exilium in noſtrum &c. Intellige, ut ſuprà, *tua voce* efflagitatum eſt. Petiiſti, ut ſiquis ex noſtro Ordine Se-

Dilemma. *Traductio.* Morbi excusationi pœna addita est: voluntas offensa multorum, quibus aut contra valetudinis commodum laborandum est, aut incommodo morbi etiam cæteri vitæ fructus relinquendi. *Prolepsis.* Quid ergo? Hæc quis tulit? is, qui auctoritati Senatûs, voluntati tuæ paruit: deniquè is tulit, cui minimè proderant. Illa, quæ mea summa voluntate Senatus frequens repudiavit, me-

natorio reus esset de ambitu, iret in exilium; Senatus morem tibi gessit, concessit, hoc tuæ voluntati ac postulationi, sed invitus duriorem pœnam, quàm lex Calpurnia exigebat, sibi ipsi, & communi suæ fortunæ, omnium nempe Senatorum, constituit, decrevit.

Morbi excusationi: Verosimile est, in illa Lege statutum fuisse, ut siquis de ambitu reus in judicium vocetur, isq;, ne in judicium veniat, morbi causam obtendat, pœna ei addatur Lege, & cogatur vel in morbo adire judicium cum labore & molestia; vel si non adeat, carere civitate, ire in exilium, atq; adeò amittere debeat civitatem, cæteraq; commoda vitæ. Ob hanc quoq; Legem multi offensi.

Incommodo morbi: Ob incommodum morbi.

Quid ergo? Sed objiciet mihi aliquis: quid tu ergo hanc legem tulisti? Et quare nunc, cùm hujus legis auctor sis tanquam Consul, eam tantopere elevas? Occurrit Cicero huic tacitæ Judicum, vel aliorum cogitationi, & dicit se tulisse legem non motu proprio, ac sua voluntate, sed ut pareret auctoritati Senatûs simul, & Servio ita volenti; neq; sibi hanc legem quidquam profuisse. Alia autem, quæ petiisti, volui ego, ut repudiaret, & non admitteret Senatus? & putas, ea quoq; tibi non magnopere nocuisse?

Mea summa voluntate: Id, quod ego vel maximè volui.

Con-

mediocriter adversata tibi esse existimas? Confusionem suffragiorum flagitâsti, prorogationem Legis Maniliæ, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Graviter homines honesti, atque in suis civitatibus, & municipiis gra-

Similiter cadentia. Dissoluta. Adjunctio.

Confusionem suffragiorum: Petiisti, ut in Comitiis centuriatis non servetur ordo classium, nec centuriarum; sed confusè, & ut vulgò dicunt, in globo ferant suffragia. Comitiis centuriatis populus Romanus in campum Martium sub centurionibus, & signis conveniebat: eratq; is populus in classes quinque, & deinde in centum nonaginta tres centurias distributus, ut hæ classes secundùm censum essent; prima classis erat hominum maximi censûs, secunda eorum, qui secundi censûs, & in his erant centuriæ certo numero &c. post has classes erant pauperrimi civium, qui & ipsi centuriam habebant. In ferendis suffragiis primæ classis centuriæ primûm vocabantur. In ea si variarent,quod rarô contingebat,id est: si multis Candidatis,non uni aut duobus suffragarentur, secundæ classis centuriæ vocabantur, deinde aliæ, donec major pars suffragiorum pro uno haberetur. Hæc pro notitia multarum rerum in Cicerone. Postulabat igitur Servius, ut classium & centuriarum ordo in Comitiis confunderetur, non illo more antiquo fieret.

Prorogationem Legis Maniliæ: Manilius non tantùm legem tulit de imperio Pompejo demandando,sed etiam, ut libertini ultimi liberorum hominum, eorumq; filii, idem jus, eandemq; potestatem suffragandi in Comitiis haberent, sicut alii ingenui. Hanc legem quoq; Servius postulavit *prorogari*, hoc est: continuari, prolongari, ut tali ratione esset *æquatio gratiæ*,neq; haberetur respectus hominum gratiosorum, & honestorum, sed æquale jus haberent in suffragiis, & parem dignitatem. Graviter hoc tulerunt honesti, & gratiosi, quòd tu talis tantusq; vir

Polysynthe-ton. gratiosi tulerunt, à tali viro esse pugnatum, ut omnes, & dignitatis, & gratiæ gradus tollerentur. Idem edititios judices esse voluisti, ut odia occulta civium, quæ tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optimi cujusquè erumperent. *Antitheta. Adjunctio. Novum argumentum.* Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi obsepiebant. Atquè ex omnibus illa plaga est injecta petitioni tuæ, non

vir pugnaveris, contenderis, ut ipsis dignitas & gratia tolleretur.

Gratioso: Dicebantur, qui gratiâ valebant.

Edititios: Edititii judices dicebantur, quos una tantùm pars, id est: accusator pro suo arbitrio contra accusatum *edidit*, id est: sumpsit, elegit; & hoc in causa ambitûs fieri postulavit Servius. Aliàs utraq; pars accusatoria & defensoria elegit, accepit, vel rejecit judices, & hi dicebantur *alterni*.

Ut odia: In quem verò finem tales judices cum multorum offensa à te postulati sunt? Nempe ut accusatores abutentes hac concessione tales *edant*, & constituant judices, qui latentes odiorum flammas ad opprimendos adversarios, etsi innocentes, in publicum faciant erumpere, ut contra optimos quosq; hi tales judices possint exercere occulta odia, & eos opprimere.

Accusandi muniebant: Talia viam sternebant ad bonam accusationem, viam impediebant Consulatum consequendi.

Atq; ex omnibus: Omnium maximè nocuit Servio, quòd populus Romanus metueret, ne Catilina fiat Consul, ob quem metum hoc ipso suffragia contulerunt in Murænam, cùm viderent Servium desperare de adipiscendo Consulatu.

Plaga est injecta: Metalepsis est: ex plaga enim intelligitur vulnus, ex vulnere dolor & morbus, ex his impedi-

non tacente me, maxima: de qua ab homine ingeniosissimo & copiosissimo Hortensio multa gravissimè dicta sunt: quò etiam mihi durior locus est dicendi datus, ut, cùm antè me & ille dixisset, & vir summa dignitate & diligentia & facultate dicendi M. Crassus: ego in extremo non partem aliquam agerem causæ, sed de tota re dicerem, quod mihi videretur. Itaquè in iisdem rebus ferè versor, & quod possum,

Metalepsis. Digressio ad captandam benevolentiam, & attentionem. Polysyntheton.

dimentum rem suam agendi; hoc tibi maximè nocuit, impedimento fuit. Ita & aliud quod sequitur. *Securim injecisse.*

Non tacente me: Dixi tibi, monui te.

De qua: Ista nempe plaga fuit, quòd metuerent, Catilinam fore Consulem &c. de qua re jam dixit Hortensius, dixit & Crassus. Digressionem facit hic, & moderatè se excusat, quôd de hac ipsa re nunc loqui debeat, de qua jam egerunt priores duo defensores Murænæ. Hac digressione difficultatem suam adducit, ne cum fastidio judicum antiquam recoquat crambem. Laudat antecessores suos in dicendo, ne ob arrogantiam videatur eos contemnere; iterum se dicere profitetur; quia non de parte, ut alii, sed de toto negotio dicendum; *occursurum* autem se *sapientiæ* judicum, hoc est: ea breviter, & eo modo dicturum, ut sapientissimorum hominum exspectationi respondeat, & eorum prudentiæ, memoriæq; simul consulat.

Hortensio: Fuit enim & hic defensor Murænæ, & antè Ciceronem dixit.

Quò durior locus: Ut adeò difficilior mihi dicendi locus sit.

M. Crassus: Hortensio æqualis, & inter principes patronos eo tempore.

In extremo: Ultimò.

Quod possum: Quantum possum, occurro, obviàm eo &c.

ſum, judices, occurro veſtræ ſapientiæ. Sed tamen, Servi, quam te ſecurim putas injeciſſe petitioni tuæ, cùm tu populum Romanum in eum metum adduxiſti, ut pertimeſceret, ne Conſul Catilina fieret, dum tu accuſationem comparares, depoſita, atquè abjecta petitione: Etenim te inquirere videbant, triſtem ipſum, mœſtos amicos, obſervationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant: quibus rebus certè ipſi Candidatorum vul-

24. *Metalepſis.*

Hypotypoſis Servii. Diſſolutè, & per inciſa.

&c. vide ſuprà.

Sed tamen, Servi: Redit ad propoſitum, & exponit, quomodo ſibi metuerint boni, ne, Conſulatum deſperante Servio, Catilina prævaleret. Amplificatur hoc deſcriptione ad vivum, & hypotypoſi utriusq;, Servii, & Catilinæ.

Securim: Sicut ſuperiùs: plaga injecta eſt: ex ſecuri vulnus, ex vulnere impedimentum &c.

Inquirere: In teſtes, in crimina.

Obſervationes: Quis largiretur, quis corrumperet ſuffragatores, quis acciperet pecunias.

Teſtificationes: Videbant te inquirere in teſtimonia, quæ poſſes exhibere.

Seductiones teſtium: Animadvertebatur, quomodo ſeorſim eos duceres, qui pro te contra alios teſtarentur.

Seceſſionem: Obſervabant: quomodo & tu ſecederes cum iis, quos ſubſcriptores conduxiſti.

Subſcriptorum: Subſcriptores dicebantur ſocii, & adjutores in accuſando, qui accuſationi ſubſcribebant, hoc eſt: ſibi de ejusmodi criminibus contra aliquem conſtare, ſe eum velle ſimul accuſare, profitebantur.

Ob-

vultus obſcuriores videri ſolent. Catilinam intereà alacrem atquè lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus atquè ſicariis, inflatum cùm ſpe militum, tum collegæ mei, quemadmodum dicebat ipſe, promiſſis, circumfluente colonorum Arretinorum, & Feſulanorum exercitu. Quam turbam

Hypotypoſis Catilinæ.

Obſcuriores: Triſtiores, & ita deſperantes de conſequendo magiſtratu.

Alacrem atq; lætum: Exultantem, geſtientem.

Stipatum: Creſcit hic oratio: *ſtipatus* erat quaſi ſatellitibus, *vallatus*, tanquam etiam vallo caſtrenſi protectus, *inflatus*, propter conſequentem ex his fiduciam, & arrogantiam. Metaphoræ.

Choro juventutis: Metaphoricè chorum vocat juvenum tripudiantium agmen.

Indicibus: Abjectæ mentis homines, & audaces ſcelerum proditores intelligit.

Cum ſpe: Partim ſpe militum, partim Collegæ promiſſis.

Collegæ: Cajus Antonius erat Conſul cum Cicerone, cum iſto C. Antonio & Cicerone jam petièrat Conſulatum Catilina. Antonius paucis centuriis ſibi ſuffragantibus ſuperavit Catilinam. Cicero ferè omnium conſenſu Conſul factus eſt. Repulſus tum Catilina poſteà petiit cum Muræna, Servio &c.

Quemadmodum &c. Hæc interſerit, ut oſtendat ſe non niti ſuſpicione illa mala, quam habebant non pauci de C. Antonio, altero Conſule, tanquam Catilinariæ conjurationis conſcio.

Arretinorum &c. Feſ. Arretium & Feſuliæ in Hetruria erant coloniæ populi Romani. Harum coloni ſtudebant Cotilinæ, ideô tantâ turbâ Romam ad Cimitia venerunt, ut videretur totus exercitus. Hi quoq; Catilinam dein bellum molientem ſecuti ſunt, & Manlius exercitum Catilinæ Feſulis habuit.

Diſ-

bam dissimillimo ex genere distingvebant homines, perculsi Sullani temporis calamitate. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic ut ei jam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. Murænam contemnebat: Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitorem: ei vim denuntiabat, Reipublicæ minabatur. Quibus rebus, qui timor bonis omnibus injectus sit, quantaque desperatio Reipublicæ, si ille

Ethopœia.
Simil: cad:
Dissolutio.

25.
Amplificatio periculi &c.

Præteritio.

Dissimillimo: Sectatores Catilinæ erant insuper diversissimi, partim Romani, partim ex aliis oppidis, & *distingvebant:* turbam illam ii potissimùm, qui Sullæ tempore rerum suarum jacturâ *perculsi*, afflictiq; fuêre. Hi à Sulla bonis ac possessionibus exuti, sequebantur Catilinam spe recuperandi amissos fundos, & prædia in his turbis. *Distingvebant*, ut facilè secerni possent; erant insigniores. *Perculsi*, qui tum calamitate illa tacti.

Vultus: Vultus sermo quidam tacitus mentis est: Cicero in Pisonem.

Oculi sceleris: Cic. de orat. 3. Imago animi vultus est, indices oculi; nam hæc est una pars corporis, quæ quot animi motus sunt, tot significationes & commotiones possit efficere.

Sermo arrogantiæ: Qualis homo, talis ejus oratio. Orationi autem simillima facta sunt, factis vita Cic. Quæst. Tusc.

Jam exploratus: Certus; hinc exploratum habeo, certò scio.

Domi conditus: Proverbialiter: tam certus, tanquam illum jam haberet, ut dicitur, in manica, tanquam res propria jam esset, & domestica.

Vim: Quam fortasse facturus erat.

Quibus rebus? Amplificatio, quantum fuerit periculi, si

ille factus esset, nolite à me commoneri velle, vosmet ipsi vobiscum recordamini. Meministis enim, cùm illius nefarii gladiatoris voces percrebuissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur, cùm miserorum fidelem defensorem negâsset inveniri posse, nisi eum, qui ipse miser esset: integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere non oportere: quare qui consumpta replere, erepta recuperare vellent, spectarent, quid ipse deberet, quid possideret, quid auderet: minimè timendum, & valdè ca-

Indirecta Catilinæ Oratio.
Antitheta.

Metaphora,

Simil: desin.
Repetitio.
Traductio.

si Catilina factus esset Consul, ut appareat, quòd ideò Muræna factus sit, ne Catilina fiat.

Gladiatoris: Reipublicæ perniciosos homines, tanquam parricidas Cicero sæpè appellat gladiatores; quia, ut inquit ad Cassium, *gladiator cædem quærit.*

Percrebuissent: Innotuissent, in publicum sparsæ essent.

In concione domestica: Quam domi habuit, cùm ad conjurationem universos excitaret eos, quos antè singulos allocutus fuerat, ut eorum animos pertentaret; ubi dicebat: istorum miserorum & spoliatorum causam nemo meliùs aget, quàm qui ipse miser.

Integrorum: Integros dicit, qui nullum adhuc rerum suarum damnum fecerunt, quibus metaphoricè opponit *saucios*, id est: damno aliquo affectos. *Fortunatis* opponit *miseros*.

Consumpta: Qui bona patria vino, aleâ, ventre dissipata aut infortuniis deperdita resarcire vellent.

Quid deberet: Quàm multis gravatus debitis; *quid* quàm parum, *possideret* &c. quantum verò *audaciæ* haberet.

Dux

calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux, & signifer calamitosorum. Tum igitur, his rebus auditis, meministis fieri Senatûs-Consultum, referente me, ne postero die Comitia haberentur, ut de his rebus in Senatu agere possemus. Itaquè postridie, frequenti Senatu Catilinam ex-

Dux & signifer: Quem alii sequuntur, quem spectent, ut milites ducem, qui signa in acie præferat.

Meministis: Tanquam res judicibus notas ipse per præteritionem adducit.

Senatûs-Consultum: Est sententia totius Senatûs auctoritate perscripta, quæ fiebat, vel per rogationem, cùm rogabatur unusquisq; sententiam: vel per discessionem, cùm pleriq; idem sentientes in unam partem pedibus ibant. Referunt alii Senatûs-Consultum factum esse aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in sententiam euntibus, plerisq; verbo consentientibus.

Referente me: Me ad consultationem rem proponente; mos enim erat Romæ, ut ad Senatum alter Consulum referret, seu Senatoribus proponeret res, de quibus consultandum. Ii, qui nunc in consilio & senatu causam discutiendam proponunt, dicuntur *Referendarii*.

Postero die Comitia: Comitialibus diebus non habebatur Senatus, ne Senatores à suffragio ferendo avocarentur; ut ergo Senatus haberi posset, dilata sunt Comitia ex Senatûs-Consulto.

Frequenti Senatu: Cùm in Senatum venirent plurimi; non enim semper veniebant omnes. Ad Senatûs-Consultum autem faciendum scribit Livius, aliquando debuisse adesse centum. Pedianus refert, lege Cornelia cautum fuisse, ut adessent ducenti. Posterioribus temporibus quadringentos adfuisse docet Dio, de Augusto scribens.

Exci-

excitavi, atquè eum de his rebus jussi, siquid vellet, quæ ad me allatæ essent, dicere. Atquè ille, ut semper fuit apertissimus, non se purgavit, sed indicavit, atquè induit; tum enim dixit, duo corpora esse Reipublicæ, unum debile, infirmo capite: alterum firmum, sine

Annominatio.
Allegoricè.
Compar.
Antitheta.

Excitavi: Surgere jussi, ut diceret. Catilina Senator erat, Senator autem dicturus, assurgebat, stansq; dicebat, & quamdiu volebat, dicendi potestatem habebat.

Atq; ille: Juvat hìc rei totius historiam ex Plutarcho audire. Sic ille: *Comitiorum die* (intellige, quo die Comitia erant indicta, non celebrata) *Cicero in Senatu, quæ de conjuratione audivit, nuntiat; Catilina existimans plerosq; in Senatu esse, qui novandarum rerum cupidi essent, simulq;, ut audaciam suam popularibus ostentaret, simulata ac molli fronte Ciceroni respondit: quid, inquit, pecco, si duorum corporum, quorum alterum caput habebat, sed ægrum & pertenue: alterum sine capite, sed validum, atq; præpotens: huic me caput adjicio? Hæc ænigmata, frequenti Senatu, cùm dixisset, pertimuit Cicero &c.* In vita Cic.

Apertissimus: Audacissimus, nulla simulatione, palàm profitens, quid mali tentaret.

Purgavit: Excusavit.

Indicavit, atq; induit: Mutatis quibusdam litteris per paronomasiam vult dicere, aperuit mala sua consilia, non occultavit, indicavit, sed simul se *induit*, in retia nempe sicut feræ; & incurrit in ferrum nostrum, quod quidem potuisset declinare.

Unum: Unam partem, & unum corpus, Optimatum scilicet, Senatorum, divitum esse debile ob infirmum caput; quia careat duce forti & rerum bellicarum perito. Ciceronem enim Catilina non habebat pro bono Imperatore, aut forti milite, sed Oratore. Pompejus autem tum aberat.

Alterum firmum: Alterum corpus Reipublicæ esse fir-

sine capite: huic, cùm ità de se meritum esset, caput, se vivo, non defuturum. Congemuit Senatus frequens, neque tamen satis severè pro rei indignitate decrevit. Nam partim ideò fortes in decernendo non erant, quia nihil timebant: partim, quia timebant. Tum erupit è Senatu triumphans gaudio, quem omnino vivum illinc exire non oportuerat: præsertim cùm idem ille in eodem Ordine paucis diebus antè Catoni, fortissimo viro, judicium minitanti, ac denuntianti respondisset, siquod esset in suas fortunas incendium excitatum, id se non aquâ, sed ruinâ re-

Contraposita.

Dictum Catilinæ.

Allegoria.

firmum & audax, rebellem nempe populi multitudinem, cui desit caput; quod ipse Catilina velit esse.

Neq; satis severè: Nihil enim tum à Senatu in Catilinam decretum fuisse legitur, sed Catilina erupit è Senatu *triumphans gaudio.* Non ausi sunt decernere aliqui, quia timidi: alii non decrevêre, quia necdum credidêre, atq; adeò nihil metuebant.

In eodem Ordine: Etiam in Senatu.

Respondisset: Sallustius scribit Catilinam similiter dixisse non tantùm eo die, quo ei Cato judicium minitatus est; sed cùm prima Ciceronis oratione invectiva lacissitus est: *Adhæc obstrepere omnes, hostem atq; parricidam vocare.* Tum ille *furibundus, quoniam quidē circumventus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruinâ restingvam.*

Non aquâ sed, ruinâ: Id est: si esset ruendum, tracturum se secum universam Rempu. Domorum autem incendia partim aquâ, partim dirutâ domô restingvuntur.

His

restincturum. His tum rebus commotus, & quòd homines jam tum Conjuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam, descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata, insigniquè lorica, non quæ me tegeret (etenim sciebam, Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum solere petere) verùm ut omnes boni animadverterent, & cùm in

26.

Allegoria.

His tum rebus: Rem iterum refero ex Plutarcho: *Itaq; boni omnes, & nonnulli è Romanorum juventute de Ciceronis salute soliciti, ejus latera muniebant. Eum posteà thorace indutum, & agmine stipatum, è domo in campum Martium deducebant. Quia thorax magnus erat, vestis ejus modicùm ab humeris scissa, thoracem nudabat. Quæ res magnum Ciceronis periculum admonere visa est. Quocirca indignantium civium turba in Catilinam accensa, animos ad Ciceronem* (etiam ad Murænam) *adjecit, atq; in Comitiis Catilina iterum à Consulatu repulsus est, & D. Sylanus atq; L. Muræna Consules declarati sunt.*

Cum gladiis: Ita aliquoties Cicero: cum armis; armatos.

Non latus, aut ventrem: Aliud hic verbis, aliud sensu per allegoriam dicitur. Sciebam, quòd Catilina non me unum, tanquam partem Reipublicæ vellet occidere, sed quòd caput & collum Reipublicæ, hoc est: universam funditùs perdere cogitaret. Cùm latus impetitur aut venter, non semper est vulnus omninò lethale, sed ictus, quibus caput aut collum resecatur, certissimam mortem afferunt.

Omnes boni: Ut omnes, qui bono Reipublicæ studerent, id animadverterent, atq; adeò non suffragarentur Catilinæ, potiùs in rebellem insurgerent, Ciceronem Consulem defenderent.

in metu, & periculo Consulem viderent (id quod est factum) ad opem, præsidiumquè meum concurrerent. Itaquè cùm te, Servi, remissiorem in petendo putarent, Catilinam & spe, & cupiditate inflammatum viderent, omnes, qui illam ab Republica pestem depellere cupiebant, ad Muræmam se statim contulerunt. Magna est autem Comitiis Consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cùm in-

Conclusio argumenti cum anacephalæosi secundæ partis.
Metaphora.
Congeries, & frequentatio

Itaq;: Epilogus hujus partis, in quo omnia, quæ dicta sunt, ad causam, salutem & laudem Murænæ breviter accommodantur.

Remissiorem: Id est: te desistere, remittere in petendo Consulatu.

Spe inflammatum: Sic dicimus: inflammatus amore, odio, furore.

Illam pestem: Malum ex Catilina Reipublicæ imminens.

Contulerunt: Transiverunt ad partes Murænæ, ei suffragia daturi.

Magna est autem: Ecce anacephalæosin, sive repetitionem brevem hactenùs dictorum. 1. in Comitiis, quæ facilè mutant mentem, renuntiatus est antè Servium Muræna, cùm tamen ille prior renuntiatus sit Prætor; quia multæ fuère causæ; fuit enim vir bonus, dignus, fuère aliæ rationes &c. 2. Fuit honestissimo patre, & insigni nobilitate. 3. In adolescentia non vixit luxuriosè; 4. Legatus in Asia laudem tulit bellicam; 5. Præturam gessit cum æquitate. 6. Ludis institutis gratiam sibi conciliavit; 7. Ivit in provinciam, ibiq; adauxit gratiam. 8. petitionem Consulatûs diligenter,& ita fecit, ut debebat. 9. Nemini minatus est accusationem. 10. Deniq; spes Catilinæ ei profuit; & miretur quis, hanc Catilinæ spem cum cæteris omnibus Murænæ ad Consulatum profuis-

incubuit ad virum bonum, & multis aliis adjumentis petitionis ornatum, qui cùm honestissimo patre atquè majoribus, modestissimâ adolescentiâ, clarissima Legatione, Praeturâ probatâ in jure, gratâ in munere, ornatâ in provincia, petîsset diligenter, & ita petîsset, ùt nequè minanti cederet, nequè cuiquam minaretur: huic mirandum est magno adjumento Catilinae subitam spem Consulatûs adipiscendi fuisse? Nunc mihi tertius ille locus est Orationis de ambitûs criminibus, perpurgatus ab iis, qui ante me dixerunt, à me, quoniam ita Muraena voluit, retractandus. Quo in loco Postumio, fa-

Superiorum argumentorum. Dissoluta. Similiter cadentia.

Conduplicatio. Traductio.

TERTIA PARS ORATIONIS.

Distributio.

fuisse? Ubi observa, quàm haec repetitio sit variata, & non recta secundùm ordinem suprà positum (nam Rhetoricae praecepta ordinem illum aliquando omitti volunt) item quàm brevis & efficax.

Incubuit: Metaphoricè. Incumbimus enim toto corpore in id: quod diligentia majore cupimus facere.

Gratâ in munere: Per munus intellige, ut suprà ludos institutos in Praetura.

Nunc mihi: Incipit accusationis caput tertium de crimine ambitûs, quod objecit Cato. Ad ingressum hujus argumenti facit partitionem de tribus Muraenae accusatoribus in hoc capite.

Perpurgatus: Locus hic, res haec defensa jam penitùs est ab iis, qui antè me dixerunt, Hortensio & Crasso.

Retractandus: Sed ita volente Muraena, iterum hoc tractare debeo.

Quo in loco: In hoc capite accusatores erant Postumius Candidatus Praeturae, Servius Sulpitius junior, alte-

familiari meo, ornatissimo viro, de divisorum indiciis, & de deprensis pecuniis: adolescenti ingenioso & bono, Serv. Sulpitio de Equitum Centuriis: M. Catoni, homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione: de Senatûs-Consulto, de Republica respondebo. Sed pauca, quae meum animum repentè moverunt, priùs de L.

Repetitio. Adjunctio.

27. *Digressio ad commovendam miserationem.*

rius, de quo suprà, filius, & ipse M. Cato.

De divisorum indiciis: Postumius accusabat, & dicebat se indicare posse divisores, qui pecuniam pro emendis Murænæ suffragiis viritim in tribus divisissent. Hi enim *divisores* dicebantur, apud quos deponebatur pecunia vel à suffragatoribus accipienda, vel in centurias & trib9 dividenda.

Deprensis pecuniis: Id est: quòd divisores se ipsos prodiderint, aut proditi sint, pecuniæq; deprehensæ; de quibus rebus, inquit Cicero, respondebo Postumio.

De Equitum Centuriis: Id est: quòd Muræna corruperit Equites, qui cùm primi etiam censûs essent, in prima classe suffragia tulerunt. De his objecit junior Sulpitius.

De ipsius accusatione: Respondebo ad hóc, quòd Cato vir tantus Murænam accuset, itaq; ipsius accusatio ob auctoritatem videatur in malû Murænæ præjudicium cadere.

De Senatus-Consulto: Quòd mihi objecerit illud Senatus-Consultum de ambitu, de quo jam suprà meminit, & infrà dicet: *Dixisti S. C. me referente esse factum, si mercede corrupti obviàm Candidatis issent &c.*

De Republica: Quia dixerat Cato, se ad accusandum à Republicâ adductum. Infrà.

Sed pauca: Digreditur paululùm ad movendam Murænæ commiserationem ex eo, quòd ob studium Reipublicæ, ob cupiditatem publicô officiô fungendi in hanc invidiam

L. Muraenae fortuna conquerar. Nam cùm saepè anteà, judices, & ex aliorum miseriis, & ex meis curis, laboribusquè quotidianis, fortunatos eos homines judicarem, qui remoti à studiis ambitionis otium, ac tranquillitatem vitae secuti sunt: tum verò in his L. Muraenae tantis, tamquè improvisis periculis ita sum animo effectus, ut non queam satis nequè communem omnium nostrûm conditionem, nequè hujus eventum, fortunamquè miserari: qui primùm, dum ex honoribus continuis familiae, majorumquè suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus

Periodus quadrimembris.

Polysyntheton.

diam incidat, cùm felices contrà sint, qui nolunt Reipublicæ servire, sed privatim otium sectantur; secundò ex eo, quòd tales Murænam accusent, à quibus ipsum defendi justius esset &c.

Nam cùm sæpè: Sæpè quidem mecum cogitavi, cùm partim aliorum, partim meos labores simul & miserias perpenderem: quàm felices sint illi, qui non ambiunt officia publica; nunc verò in casu Murænæ omnium maximè commoveor, neq; satis possum deplorare, & communem nostram miseriam, & Murænæ singulatim fortunam indignam.

A studiis ambitionis &c. Qui non ambiunt dignitates & officia publica. Non hìc dicit *ambitûs*. Nam ambitus apud ipsos crimen dicebatur, ambitio pro cupiditate etiã non peccaminosa honorum.

Ex honoribus continuis: Id est: ex officiis publicis, quæ tum ipse Muræna, tum ejus pater, avus, proavus, aliiq; majores gelsêre.

Unum ascendere: Dum post tot officia & honores Consula-

Polysynthe-ton. natus est, venit in periculum, ne & ea, quæ relicta, & hæc, quæ ab ipso parta sunt, amittat: deinde propter studium novæ laudis etiam in veteris *Antitheta.* fortunæ discrimen adducitur. Quæ *Transitio.* cùm sunt gravia, judices, tum illud acerbissimum est, quòd habet eos accusatores, non qui odio inimicitiarum ad ac- *Cõmutatio.* cusandum, sed qui studio accusandi ad *Præteritio.* inimicitias descenderent. Nam ut omittam Servium Sulpitium, quem in- *Repetitio.* telligo, non in injuriâ L. Murænæ, sed honoris contentione permotum: accusat

sulatum petit; post Præturam enim sequebatur Consulatus, & illa gradus erat ad hunc.

Quæ relicta: A parentibus & majoribus, dignitatem nempe & splendorem familiæ, ac nominis à tot & tam bene gestis magistratibus.

Propter studium novæ: Cùm quærit materiam novæ laudis, incidit in periculum, pristinam fortunam, ac dignitatem amittendi. Si enim ambitûs damnabitur Muræna, amittet dignitatem, quam ei pepererat Prætura; & veterem fortunam omnem.

Quæ cùm sunt: Transitio ad alterum caput miseratione dignum; repetit hic aliquid ex priore, & per hoc facit transitum ad secundum, quod in transitionibus familiare. Usitassimum etiam pro transitionibus Ciceroni est relativum: *qui, quæ, quod.*

Non qui odio: Odium inimicitiarum est odium, quod oritur ex inimicitiis sive accusationibus; nam accusator, inimicus, accusatio, inimicitia sæpè dicitur. Isti ergo accusatores accusant Murænam, non odio tali, quod aliàs solent accusatores habere, qui odio habent, quia accusant; sed hi accusant, ut odio habeant, ideò accusationem & inimicitiam in se suscipiunt, ut possint odisse, nocere.

Omittam Servium Sulp. Illum, de quo suprà, competi-

to-

ſat paternus amicus, Cn. Poſtumius, vetus, ut ait ipſe, vicinus ac neceſſarius: qui neceſſitudinis cauſas complures protulit, ſimultatis nullam commemorare potuit. Accuſat Serv. Sulpitius, ſodalis filii, cujus ingenio paterni omnes neceſſarii munitiores eſſe debebant. Accuſat M. Cato, qui, quanquam à Muræna nulla re unquam alienus fuit, tamen ea conditione nobis erat in hac civitate natus, ut ejus opes & ingenium præſidio multis etiam alieniſſimis, vix cuiquam inimico, exitio eſſe

Antitheta.

Antitheta.
Synœcioſis.

torem Murænæ, quocum contentionem, at nullam inimicitiam ob injurias habet.

Paternus amicus: Id eſt: qui fuit amicus patris Murænæ.

Simultatis: Inimicitiæ, vel ſimulatæ & falſæ amicitiæ.

Cujus ingenio: Nemini creari periculum debuit ex ejus ingenio, ſed ſalus potiùs defendi paternorum amicorum.

Munitiores: Magìs tuti, firmi, defenſi.

Poſtumio primùm: Id, quod huic reſponſum fuit, non adeſt totum; iſta tamen paucis allata habent hanc vim, hunc ſenſum: Accuſatio hæc Poſtumio congrua non eſt, contra decorum namq; eſt, quòd Prætorius Candidatus, ut inferior, in Conſularem, ac ſuperiorem invehatur. 2. Talis accuſatio eſt etiam Poſtumio inutilis & dammoſa, qui ut lædat Murænam, ſuas injurias omittit perſequi. Proponit hoc per dubitationm, & ait, ſe non intelligere, quid commoditatis Poſtumius ſpectaret in accuſando Muræna, qui ſi à ſuis competitoribus Præturælæſus non eſt, rectè quidem egit, quòd eis conceſſerit, hoc eſt: ceſſerit ipſe, & omiſerit petere Præturam. Sin eorum aliquis deliquit largiendo, & Poſtumium læſit, cur iſtos non accu-

esse deberet. Respondebo igitur Postumio primùm, qui nescio, quo pacto mihi videtur Prætorius Candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cujus Competitores si nihil deliquerunt, dignitati eorum concessit, cúm petere destitit. Sin autem eorum aliquis largitus est, expetendus amicus est, qui alienam potiùs injuriam, quàm suam persequatur?

Cōparatio. Allegoria.

Interrogatio.

Desiderantur, quæ & Postumio, &

cusat? An exspectat, & sperat, amicum suum aliquem alienam injuriam persecuturum? Opus erat hac fusiore explicatione, quæ ostendit, vel nihil, vel parùm adhuc deesse ex iis, quæ Postumio respondit.

Prætorius Candidatus: Postumius erat Candidatus Præturæ, sed Præturam petere destitit, ut Candidatum Consularem Murænam accusaret.

Quasi desultorius: Varia certamina in circo instituebant Romani; alia equorum & equitum desultoriorum, qui ex levitate & facilitate desiliendi ab equis nominabantur: alia quadrigarum; quæ certamina erant majoris & gravioris moliminis atq; apparatûs. Per hæc in allegoria intelligitur petitio Consulatûs, tanquā res gravior; per illa desultoriorum, certamen in petenda Prætura, tanquam res levior. A leviore in gravius certamen Postumius incurrit.

Si nihil deliquerunt: In petitione si non largiti sunt, si alia ratione non læserunt Postumium.

Concessit: Locum ipsi s & spatium dedit, ipse cessit. Reliqua vide in explicatione suprà posita.

Venio

& Serv. Sulpîtio Adolescenti responsa sunt.

Venio nunc ad M. Catonem, quod est firmamentum, ac robur totius accusationis: qui tamen ita gravis est accusator & vehemens, ut multò magis ejus auctoritatem, quàm criminationem pertimescam. In quo ego accusatore, judices, primùm illud deprecabor, nequid Lucio Murænæ dignitas illius, nequid exspectatio tribunatûs,

28. RESPONSIO AD ACCUSATIONEM CATONIS.

Deprecatio.

Repetitio.

Venio nunc: In hoc prooemio responsionis ad accusationem Catonis id Cicero, quo arbitrabatur maximè lædi Murænam, removere conatur, nempe auctoritatem Catonis summam; quam ait, non debere nocere reo, plusquàm ipsam causam. Revocat autem statim ad thesim, & in communi probat, auctoritatem & potentiam in judiciis non debere valere, ac nocere reis. Primùm ab exemplis.

Quod est &c. In quo maximè rei hujus cardo vertitur.

Criminationem: Objectionem criminum, accusationem.

Pertimescam: Observent tyrones, quàm eleganter periodi claudantur verbis, & attendant vel in hoc solo paragrapho, quoties Cicero periodum verbo claudat, quàm raro in constructione verbum in medio, aut initio ponat; uti monent præcepta Rhetoricæ. In his quoq; minutiis multum est situm.

Dignitas illius: Auctoritas Catonis per partes explicatur; consistit enim in dignitate munerum jam bene administratorum, in exspectatione proximi muneris tribunatûs, in splendore virtutum, in gravitate morum &c. Alius dixisset: ne quid Catonis auctoritas noceat Murænæ: sine ulteriore amplificatione, quæ à Cicerone fit per enumerationem partium.

Exspectatio tribunatûs: Proximè enim Cato futurus erat Tri-

Antitheta. tûs, ne quid totius vitæ splendor & gravitas noceat: denique ne ea soli huic
Thesin probat ab exemplis. obsint bona M. Catonis, quæ ille adeptus est, ut multis prodesse posset.
Definitio. Bis Consul fuerat P. Africanus, & duos terrores hujus imperii, Carthaginem, Numantiamque deleverat; cùm
Laus Africani. accusavit L. Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa
Dissoluta. integritas, auctoritas tanta, quanta in imperio populi Romani, quod illius operâ tenebatur. Sæpè hoc majores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimùm L. Cottæ profuisse.
Periphrasis. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quemquam cadere in judicio,
Metaphora. ut

Tribunusplebis; peto igitur, inquit Cicero, ne propter hoc officium, quod gesturus est Cato, ne in gratiam, aut ob metum Catonis, aliquid sinistrum decernatis in Muræнам.

P. Africanus: Pósterior nempe,& minor Scipio, dictus Æmilianus.

L. Cottam: Val.Max. l. 8. scribit, causam Cottæ apud Pop. R. gravissimis criminibus ab accusatore confossam fuisse,sed septies ampliatam, ad ultimum octavo judicio absolutam fuisse; quia homines verebantur, ne præcipuè accusatoris amplitudini damnatio ejus donata existimaretur.

In imperio: Tanta in Africano, quanta in imperio; ipse pari auctoritate cum imperio; nam imperium ipsum illius operâ tenebatur, in eo stabat.

Cadere in judicio: Condemnari. Observa metaphoras; *cadere, abjici, nimiis viribus.* *Quid?*

ut nimiis adverſarii viribus abjectus videretur. Quid Serv. Galbam (nam traditum memoriæ eſt) nonne proavo tuo fortiſſimo, atque florentiſſimo viro M. Catoni, incumbenti ad ejus perniciem, populus Romanus eripuit? Semper in hac civitate nimìs magnis accuſatorum opibus, & populus univerſus, & ſapientes, ac multùm in poſterum proſpicientes judices reſtiterunt. Nolo accuſator in judicium potentiam afferat, non vim majorem aliquam, non auctoritatem excellentem, non ni-

Interrogatio.

Theſis.

Repetitio.
Synonyma.
Similiter cadens & deſinens.

Quid? Serv. Galbam: Populus etiam Galbam voluit liberari, cùm accuſaretur à M. Catone nimiùm potente. Proponitur per interrogationem. De hoc S. Galba rem narrat Val. Max. l. 8. quòd actioni contra ipſum inſtitutæ M. Cato ultimæ ſenectutis, oratione ſua (quam in Origines retulit) ſubſcripſerit; itaq; deſperans reus Galba, & pro ſe jam nihil recuſans, parvulos liberos ſuos flens commendare cœpit; tum verò mitigata concione, qui omnium conſenſu periturus erat, pœnè nullum triſte ſuffragium habuit.

Traditum memoriæ: Cato ſcriptum in Originibus reliquit, niſi pueris & lacrymis uſus eſſet, eum pœnas daturum fuiſſe. Cicero autem hìc cauſam abſolutionis non adſcribit precibus, ſed nimiæ potentiæ accuſatoris. Tempore Livii extitit liber hic, qui *Catonis Origines* inſcribebatur.

Incumbenti ad &c. Toto animo innitenti.

Eripuit: Effecit, ne propter potentiam & dignitatem Catonis damnaretur.

Semper in hac: Hìc ponit propoſitionem univerſalem ultimo argumentationis hujus loco; neq; enim ſemper à Majore incipiendum; priùs attulit probationem ab exemplis,

Compar. nimiam gratiam. Valeant, hæc omnia ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum; in periculo verò, & in pernicie *Hypothesis.* civium repudientur. Nam siquis hoc fortè dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi priùs de causa judicâsset: iniquam legem, judices, & miseram conditionem insti- *Annominatio.* tuet periculis hominum, si existimabit, judicium accusatoris in reum pro *29.* aliquo præjudicio valere oportere. Ego tuum consilium, Cato, propter singulare animi mei de tua virtute judicium, vi-

emplis, non debere aliquem condemnari, qui à nimis potente adversario accusatur; jam concludit. Versatur hactenus in thesi, descendet ad hypothesin per illa verba: *Nam siquis.*

Nimiam gratiam: Ut nimis multùm gratiâ valeat apud populum & judices.

Impotentium: Id est: debilium, pauperum.

In pernicie: Valeant hæc ad bonum, non ad malum.

Nam siquis: Ergo nec in hac causâ Catonis grave judicium & auctoritas miseram faciat conditionem Murænæ; Hypothesis. *Nam;* ergo siquis etiam Catonis auctoritatem valere velit, iniquam legem reo ponet.

Descensurum ad accus. Sicut in Divinat. ab initio.

Nisi prius: Nisi judicâsset vir hic gravis, causam Murænæ talem esse, quæ debeat condemnari.

Præjudicio: Ut sententia jam ante judicium in Murænam feratur. De præjudiciis strictè sumptis Cyprianus in Rhetorica; hic latiùs & genericè.

Tuum consilium: Id est: quòd ad Murænam accusandum descendas.

Vitu-

vituperare non audeo: nonnulla in te forsitan conformare & leviter emendare possim. Non multa peccas, inquit ille fortissimo viro senior Magister, sed, si peccas, te regere possum. At ego te verissimè dixerim, peccare nihil, nequè ulla in re te esse hujusmodi, ut corrigendus potiùs, quàm leviter inflectendus esse videâre. Finxit enim te ipsa natura ad honestatem, gravitatem, temperantiam, magnitudinem animi, justitiam, ad omnes deniquè virtutes magnum hominem, & ex-

Antonomasia.

Ab eruditione.

Enumeratio.

Laus Catonis.

Vituperare non &c. Molli digito tractat.

Conformare Aliquantum reformare, & ad aliam redigere normam; sicuti hoc verbum usurpatur pro Archia P. *vox hujus hortatu, præceptisq; conformata*, id est: ad formam vel normam quandam redacta & composita. Ad aliam ergo judicii regulam Cicero vellet revocatum Catonem. Cato, quod semel statuerat, putabat immota mente prosequendum; de eo Lucan. in 2. Pharf. *hi mores, hæc duri immota Catonis secta fuit.* Et hæc tota fuit causa accusandi Muranam. Nam jurejurando confirmaverat Cato, sese, quicunq; largitionem faceret, ei diem esse dicturum.

Inquit ille: Sic dicimus, cùm authoris, quem citamus, nomen, vel omnibus notum est, vel nobis non occurrit, vel minor ejus authoritas est, quàm ut citari nomine debeat. Hic per *Seniorem Magistrum* intelligitur Phœnix, vel etiam Chiron, Achillis uterq; Præceptor; per *fortissimum virum*, intelligitur Achilles.

Leviter inflectendus: Omnia quidem bene facis, sed faceres meliùs, si tantisper discederes à paradoxa illa Stoicorum doctrina.

Finxit: Perfecit, elaboravit; metaphora ab opere statua-

excelſum. Acceſſit his tot doctrina non moderata, nec mitis, ſed ut mihi videtur, paulò aſperior & durior, quàm veritas aut natura patiatur. Et quoniam non eſt nobis hæc oratio habenda, aut cum imperita multudine, aut in aliquo conventu agreſtium, audaciùs paulò de ſtudiis humanitatis, quæ & mihi & vobis nota, & jucunda ſunt, diſputabo. In M. Catone, judices, hæc bona, quæ videmus, divina & egregia, ipſius ſcitote eſſe propria. Quæ nonnunquam requirimus, ea ſunt omnia non à natura, ſed à Magiſtro. Fuit

Præmunitio ad ea, quæ dicturus. Renovat attent. & benevol. Periphraſis.

tuarii, vel alterius artificis.

His tot: Virtutibus.

Non moderata: Nimis rigoroſa, nempe Stoica, de qua dicturus eſt.

Quàm veritas: Nam multa Stoicorum effata, aut veritati, aut naturæ contraria ſunt.

Et quoniam: Contra judiciorum conſvetudinem de materia Philoſophica ſermonem facturus, ſibi viam ſternit faciliorem & captat attentionem à perſonis auditorum.

Imperita multitudine: Plebe.

Humanitatis: Gellius auctor eſt, pro eruditione, inſtitutionemq; in bonis artibus accipi *ſtudia humanitatis.* Cùm enī diſciplinæ hæ liberales ſoli homini propriæ ſint, hominemq; efficere videantur, inde earum etiam ſcientia *humanitas* vocari poteſt.

Hæc bona: Quæ in Marco Catone bona ſunt, ipſi & ejus naturæ ſunt tribuenda, ei propria ſunt, ea habet à ſua natura.

Requirimus: Quæ deſideramus, quæ bona in ipſo non ſunt; aut aliquantum mala, ea non ejus naturæ adſcriben-

Fuit enim quidam summo ingenio vir, Zeno, cujus inventorum æmuli Stoici nominantur. Hujus sententiæ sunt, & præcepta ejusmodi: Sapientem gratiâ nunquam moveri, nunquam cujusquam delicto ignoscere: neminem misericordem esse, nisi stultum, & levem: viri non esse, neque exorari, neque pla-

Doctrina Stoicorum.

Apathia.

benda sunt, sed exoticæ, quam hausit, doctrinæ. Ne offendat Catonem transfert culpam & illius inhumanitatis causam à natura Catonis in genus doctrinæ, quam Cato secutus est.

Zeno: Hic fuit Patriâ Citticus ex Insula Cypro, discipulus Xenocratis. Aristotele antiquiorem fuisse scribit Cicero de Orat. Aristoteles enim & Xenocrates Platonis auditores fuerunt. Ajunt ipsum Zenonem prædixisse, prævidere se, quòd multi, qui dicerent, sectam Zenonis se sequi, malè intellectâ doctrinâ suâ evasuri essent in sordidos, & illiberales.

Inventorum æmuli: Discipuli, qui ejus inventa & dogmata æmularentur.

Stoici A loco, & porticu, quæ στοὰ dicebatur, in qua Zeno disputare solebat, ita nominati.

Præcepta ejusmodi: Paradoxa vocantur, admirabilia Stoicorum dogmata, à communi sensu abhorrentia, quorum absurdissima, atq; ridicula eorum exempla dum Cicero etiam ridiculè proposuit, risum non parvum judicibus movit. Cato igitur subridens illis, qui juxta assidebant, dixisse fertur: *Dii Boni, quàm ridiculum Consulem habemus!*

Gratiâ: Nullius favore, nullius respectu, nunquam cuiquam facere gratiam.

Stultum & levem: Qui affectibus movetur in alteram partem, ob inconstantiam dicendum esse stultum; & sic stultitiam definivit Seneca in epistolis ad Lucilium: *stultitia est, cui nihil constat, nihil diu placet.*

Di-

Antitheta. placari: solos sapientes esse, si distor-
Auxesis. tissimi sint, formosos: si mendicissimi, divites: si servitutem serviant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exules, hostes, insanos denique esse dicunt: omnia peccata esse paria: omne delictū, scelus esse nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quâm eum, qui patrem suffocaverit: sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquam. Hæc ho-

30.

mo ingeniosissimus, M. Cato, auctoribus eruditissimis inductus arripuit: neque disputandi causâ, ut magna pars, sed ita vivendi. Petunt aliquid publicani?

Sermocinatio, & subjectio longior.

Distortissimi: Id est: deformissimi, & turpissimi, ut si claudi, gibbosi, collo in alteram partem inclinatiore, si sint deniq; qualis ille Thersites apud Homerum, à quo homines fœdos jam Thersites appellamus.

Fugitivos &c. Homines contemptibiles, indignos, qui in urbe nostra vivant, sibi & aliis damnosos.

Nihil opinari: Nunquam assentiri rei vel falsæ, vel non satis cognitæ. Opinio rei incertæ est; credere, & fidem aut scientiam habere, est in re, quæ videtur nobis certa propter auctoritatem loquentis.

Arripuit: Imbibit, didicit.

Ut magna pars: Stoicorum enim multi præcepta sua in scholis duntaxat tuentur, sed domi aliter vivunt; sicut nostrorum temporum quidam hæretici quò ad doctrinam suam rigorosam, Cato autem non ita, sed etiam juxta hæc dogmata vitam instituit, quamvis nimis rigidè, ac severè.

Petunt aliquid publicani: E.g. publicani qui debita Roma-

ni? Cave, quidquam habeat momenti gratia. Supplices aliqui veniunt, miseri & calamitosi? Sceleratus & nefarius fueris, si quidquam misericordiâ adductus feceris. Fatetur aliquis se peccâsse, & ejus delicti veniam petit? Nefarium est facinus ignoscere. At leve delictum est? Omnia peccata sunt paria. Dixisti quidpiam? Fixum & statutum est. Non re ductus es, sed opinione? Sapiens nihil opinatur. Errâsti aliqua in re? Malè dici putat. Hac ex disciplina nobis illa sunt: Dixi in Senatu, me nomen Consularis Candidati

Nova prosopopœia, & Dialogismꝰ ipsius Catonis.

manis vectigalia in provinciis emunt, ut eorum locô Romano Senatui repræsentent pecunias, patiuntur jacturã aliquam, propter bellum, bellive metum, aut aliam ob causam sperato lucro fraudantur, inde veniunt, petunt, ut sibi aliquid de conductorum vectigalium pretio remittatur; cave, inquit Cato juxta sua dogmata, ne gratiam facias, ne gratia apud te valeat &c.

Nefarium est &c. Potest sic legi: iniquum, nefarium est, facinus hoc ignoscere; vel nefarium est facinus, ignoscere; vel nefarium est facinus, ignoscere miseris his & calamitosis.

Non re: Non ipsa rei veritate & scientiâ ductus es. At respondet talis Stoicus: Ego non ductus sum opinione, ergo nec errare potui.

Errâsti &c. Malè loqueris: Sapiens non errat; sapiens non opinatur; sapiens sola veritate movetur ad assensum.

Hac ex disciplina &c. Ex hac doctrina profluxit Catonis pertinacia: dixit enim in Senatu, se accusaturum; ergo non potest discedere à suo proposito. Siquis autem contrà excipiat, & dicat; ex subita ira hæc dixisti; non te-

dati delaturum. Iratus dixisti. Nunquam, inquit, sapiens irascitur. At temporis causâ. Improbi, inquit, hominis est, mendacio fallere: mutare sententiam, turpe est: exorari, scelus: misereri, flagitium. Nostri autem illi (fatebor enim, Cato, me quoquè in adolescentia, diffisum ingenio meo, quaesîsse adjumenta doctrinæ) nostri, inquam, illi à Platone, & Aristotele moderati homines & temperа-

Synecdoche fig. Incisa.

Aliorum doctrinam Stoicis opponit.
Geminatio.

Contradicentia.

teneris stare verbis: respondet Cato; non irascitur sapiens, qualis ego sum.

Nunquam sapiens: De hac sententia Aulus Gellius lib. 1. c. 26. est enim res longior, quâm ut hic poni possit.

Temporis causa: Subintelligendum hic aliquid, & cùm loquatur aliena persona, Cato autem semper introducatur respondens, erit hic sensus: saltem tempori deberes cedere, & quoniam, ut infrà sequetur, Muræna cum Catone eodem anno in Magistratu futuri erant, dari hoc deberet uni & eidem tempori in Magistratu, ut ne futurum Collegam accuset Cato; at respondet Cato: dixi: standum est verbo; improbus essem, si per mendacium fallerem, si sententiam mutarem.

Nostri autem illi: Suam jam & aliorum, qui Platonem & Aristotelem sequuntur, mitiorem, melioremq; Philosophiam, & doctrinam opponit.

Adjumenta doctrinæ: Fatetur se quoq; multa per industriam didicisse, neq; omnia habere ab ingenio & natura, Libro de claris oratoribus docet, quando & quomodo studiis incubuerit.

A Platone &c. Qui stant à Platone, qui ejus doctrinam sequuntur, ei student. Ita dicimus, ab rege est, de hominibus Regis est, à Cæsare est, in partibus Cæsaris est; à Dino Francisco est, vulgò Franciscanus. Qui secta-

perati ajunt, apud sapientem valere aliquando gratiam; viri boni esse, misereri: distincta genera esse delictorum, & dispares pœnas: esse apud hominem constantem ignoscendi locum: ipsum sapientem sæpe aliquid opinari, quod nesciat: irasci nonnumquam: exorari eundem, & placari: quod dixerit, interdum, si ita rectius sit, mutare: de sententia decedere aliquando: omnes virtutes mediocritate quadam esse moderatas. Hos ad Magistros siqua te fortuna, Cato, cum ista natura detulisset: non quidem vir melior esses, nec fortior, nec temperantior, nec

31. *Enumeratio.*

ctabantur Platonem, dicebantur Academici; qui Aristotelem, Peripatetici, à peripato, loco, in quo disputabant inambulantes, ex Græco verbo περιπατεῖν, quod est, deambulare.

Mutare: De hac Cic. lib. epist. fam. 1. *nunquam,* inquit, *præstantibus viris laudata est in una sententia permansio, sed ut in navigando tempestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas, cùm verò id possis mutata velificatione assequi; stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potiùs, quàm eo commutato, quò velis tandem pervenire.*

Mediocritate: Medium tenere, est optimum, hinc illud Terentii: *nequid nimis,* & Cic. de fin. *nihil nimis,* quod ipsum septem sapientes pro foribus templi Delphici perscribi curârunt, & tanquam commune suæ inventum sapientiæ Apollini consecrari.

Siqua te fortuna: Si te fors detulisset ad hos Magistros, præter cæteras naturæ dotes, haberes etiam majorem lenitatem. Attende mirificam Oratoris moderationem, naturam

nec justior, nequè enim esse potes, sed paulò ad lenitatem propensior, non accusares nullis adductus inimicitiis, nullâ lacessitus injuriâ, prudentissimum hominem, summa dignitate atquè honestate præditum: putares, cùm in ejusdem anni custodia te atquè L. Muræenam fortuna posuisset, aliquo te, cum hoc, reipublicæ vinculo esse conjunctum: quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut seposuisses, aut mitiorem in partem interpretarere. Ac te ipsum, quantum ego opinione auguror, nunc & animi quodam impetu concitatum, & vi naturæ atturam laudantis, doctrinam vituperantis.

Ab honesto.

Polysyndeton.

Repetitio.

Similiter cadentia.

Disjunctio.

Metaphoræ.

Ejusdem anni custodia: Nam eodem anno designatus est M. Cato Tribunusplebis, & Muræna Consul. Magistratibus autem reipublicæ custodia commissa est, & Tribunusplebis magnam omnino potestatem habebat, ita, ut Senatui & Consulibus se posset opponere, eorúmq; decretis intercedere.

Cum hoc: Muræna scil.

Reipublicæ vinculo: Eandem habere sortem, eundem magistratum simul gerere, quod quantam vim mutui amoris & amicitiæ debeat habere, sæpè ostendit atq; etiam fusè contra Cæcilium, qui Prætorem Quæstor accusare volebat. In Divinat.

Quod atrociter: Quod minatus es, te Consularis Candidati nomen delaturum.

Seposuisses: Rem dissimulâsses, occultâsses, neglexisses, quæ enim seponimus, extra curam quoddammodo posita sunt.

Concitatum &c. Elegantes hìc metaphoræ, & patheticæ sunt dictiones, sicut facilè periodum hanc considerantran-

atquè ingenii elatum, & recentibus præceptorum ſtudiis flagrantem jam uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Etenim iſti ipſi mihi videntur veſtri Præceptores, & virtutis Magiſtri, fines officiorum paulò longiùs, quàm natura vellet, protuliſſe: ut cùm ad ultimum animo contendiſſemus, ibi tamen, ubi oportet, conſiſteremus. Nihil ignoveris. Immò aliquid, non omnia. Nihil gratiæ causâ feceris. Immò reſiſtito gratiæ, cùm officium & fides poſtulabit. Miſericordiâ com-

Cauſa finalis.

Iterum ſubjectio, & Dialogiſmus.

ranti patebit; ſenſus eſt, nunc quidem in hoc impetu & fervore es, remittes autem cum tempore.

Recentibus: Quando recens ab his ſtudiis venis.

Etenim iſti: Durum fuiſſet: *iſti ipſi veſtri præceptores*, ergo pro meliore numero interponit, *mihi videntur*. Magiſtri veſtri, ut ſagittam ad deſtinatam metam jaciant, collimant altiùs; hoc intendunt altiore doctrinâ, ut medium tangant.

Fines &c. protuliſſe: Metaphoricè terminos virtuti poſuiſſe etiam ultra naturam.

Officiorum: Officium eſt id, quod quemq; facere decet. De officiis elegantem libellum ſcripſit Cicero ad Marcum filium.

Ad ultimum: Ad ſummum; ut cùm ad id, quod in officiis ſive recto vivendi modo eſt altiſſimum, totis animi viribus pervenire laboramus, ibi tamen maneamus, ubi natura patitur.

Non omnia: Utile non eſſet, omnibus delictis ignoſcere: improbi enim nonnunquam puniendi ſunt, ne poſt hac vel ipſi, vel alii tale quid committant.

Reſiſtito gratiæ: Utiq; gratiæ causâ nihil faciendum eſt, imò reſiſtendum gratiæ, & contrà agendum, quando ſic

commotus ne sis. Etiam in dissolvenda severitate: sed tamen est laus aliqua humanitatis. In sententia permaneto. Verò; nisi sententiam sententia alia vicerit melior. Hujuscemodi Scipio ille fuit, quem non pœnitebat facere idem, quod tu: habere eruditissimum hominem, & pœnè divinum domi: cujus oratione & præceptis (quanquam erant eadem ista, quæ te delectant) tamen asperior non est factus, sed ut accepi à senibus, lenissimus. Quis verò C. Lælio comior? quis

Traductio.

Ab exemplis.

Interrogatio.

Simil: des.

sic exigit officium virtutis, fidei, justitiæ &c. nam *neq; contra rempublicam, neq; contra jusjurandum, ac fidem, amici causâ vir bonus faciet, ne si judex quidem erit de ipso amico.* Cic. de offic. III.

Etiam in dissolv. Ita est, fateor, probo, absit misericordia ea, quæ dissolvat severitatem, tollat debitum rigorem. Sed tamen laudabile est, modum non excedere, inhumanum non esse, non crudelem. *Etiam* adverbium est assentiendi.

Verò: Pariter est particula affirmantis: sanè, utiq;.

Hujuscemodi: Huic Stoicæ sectæ, cujus tu es, Scipio Africanus minor, qui & Æmilianus, sub Panætio Stoicorum gravissimo, operam dedit, nec tamen asperior inde, sed lenior factus est.

Quem non pœnitebat: Id est: cui non videbatur parùm, vel infra suã dignitatẽ esse, sed judicavit, ita se decere.

Erudissimum: Nempe Panætium, Magistrum doctissimũ.

Erant eadem ista: Erant illa ipsa dogmata, quibus tu ita afficeris.

C. Lælio: Qui sapiens dictus est, Africani amicissimus. Confirmatur pluribus exemplis humanitas & comitas viro-

quis jucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior? Sapientior? Possum de L. Philippo, de C. Gallo dicere hæc eadem: sed te domum jam deducam tuam. Quemquamne existimas Catone, proavo tuo, communiorem, commodiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? De cujus præstanti virtute cùm verè, graviterquè diceres, domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi: sed tamen naturæ similitudo illius ad te magìs, qui ab illo ortus es, quàm ad unumquemquè nostrûm pervenire potuit: ad imitandum ve-

Repetitio.
Præteritio.

Dissolutio.
Simil: def.

Periodicè.

virorum præclarorum, qui tamen Stoici erant.

L. Phil. Philippum & C. Aquilium pariter Stoicos fuisse significat, sed comes, & jucundos.

Domum deducam: Domesticum exemplum tibi propo, nam proavi tui Catonis, qui cùm Stoicorum doctrinam amplexus esset, ad omnem tamen humanitatem, ac mansvetudinem fuit propensissimus;ergo & tu deberes gravitati, severitatiq; tuæ aliquid comitatis, facilitatisq; aspergere.

Exemplum & exemplar: Ista aliqui distinguunt, & dicunt *exemplum* esse virtutem vel vitium, vel rem,quæ in alio nobis imitanda,vel vitanda proponitur;*exemplar* autem esse & dici illum, in quo hæc virtus vel vitium ad imitandum proponitur; sed Cicero pro eodem hìc videtur dicere; atq; ita passim accipitur.

Naturæ similitudo: Ipsa natura te similiorem illi debuit facere, à quo ortus es; nos autem illum Catonem pariter imitamur, non quidem naturâ, sed æmulatione mo-

verò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Sed si illius comitatem & facilitatem tuæ gravitati, severitatique adsperseris, non ista quidem erunt meliora, quæ nunc sunt optima, sed certè condita jucundiùs!

Metaphora. Traductio.

32. Quare ut ad id, quod institui, revertar, tolle mihi è causa nomen Catonis: remove, ac prætermitte auctoritatem, quæ in judiciis aut nihil valere, aut ad salutem debet valere: congredere mecum criminibus ipsis. Quid accusas Cato? Quid affers in judicium: Quid arguis? Ambitum accusas? Non defen-

Reditus ad rem. Complexio prioris. Transitus ad ipsum crimen ambitûs. Synonyma. Interrogatio.

morum. Tu verò si & hoc faceres, adhuc magis placeres nobis.

Adsperseris: Metaphora, quæ eadem est in verbo *condita:*; aspergitur enim sal, saccharum, aut aroma, ut condiantur res, & sapidiores gratioresq; fiant.

Quare ut: Conclusio 1mæ partis de authoritate accusationis Catonianæ, quæ brevem quidem, sed minimè frigidam habet anacephalæosin. Ut clarè argumenteris, juvat Complexionem etiam iteratò ponere.

Nomen Catonis: Id est: authoritatem: ex parte totum. Porrò Catonis nomen etiamnum pro authoritate accipitur; sic enim Oratores: *non crederem illi, etiamsi & Cato foret. Nec si Cato ipse foret fidem, adhiberem.*

Quid accusas? Principalis quæstio erat de ambitu; respondet autem inficiando factum, est enim hic quæstio Conjecturalis; negat ergo mercede quemquam conductũ esse ad suffragandum, aut ad cætera officia; sed fuisse alias causas, cur multi venientem exceperint, deduxerint, cur locus datus tribulibus &c.

Quod

defendo. Me reprehendis, quòd idem defendam, quod lege punierim. Punivi ambitum, non innocentiam. Ambitum verò ipsum vel tecum accusabo, si voles. Dixisti, Senatûs-Consultum, me referente, esse factum, si mercede corrupti obviàm Candidatis îssent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vul-

Synœciosis.

Verba Senatûs-Consulti.

Quod lege punierim: Ajebat Cato: malè defendit Cicero id ipsum, in quod lege & Senatûs-Consulto pœnam decrevit. Verùm Cicero se tuetur: lex mea & Senatus-Consultum est rem, & qualitatem rei, non in personam, & an hic, vel ille fecerit id, quod lege mea prohibetur. Ego prohibui ambitum; ita est: si Muræna ambitum commisit, reus est, non inficior; at ego defendo, non commisisse.

Si mercede: Sunt verba Senatûs-Consulti, & Legis; si hoc factum sit; si obviàm prodierint, ad hoc pecuniis corrupti &c.

Conducti: Si ad id largitione conducti, & constituti essent, ut sectarentur, & comitarentur Candidatum euntem in forum &c. Apparatus enim iste jam magnum faciebat præjudicium favoris & benevolentiæ populi.

Gladiatoribus: Si in spectaculis gladiatoriis plebi per singulas tribus data loca gratuita spectandi. Nam licuisse loca nonnulla quibusdam dare, & quidem tribulibus, seu suæ tribus hominibus, gratis, patet ex iis, quæ mox de hoc capite disputabit Tullius; sed non licebat loca dare gratuitò tributim, per singulas tribus. Dabatur pro loco spectandi merces quædam; quæ dicebatur *locar*, inde *locarii*, qui loca spectatoribus locabant; hinc alia loca gratuita, alia, pro quibus pecunia pendebatur. *Gladiatoribus:* ponitur hic absolutè sine præpositione, aut adjuncto alio; amabant enim in legibus abbreviationes verborum; sensûs est: *spectandis gladiatoribus.*

Pran

Status conjecturalis. vulgo locus tributim, & item prandia si vulgo essent data, contra Legem Calpurniam factum videri. Ergo ita Senatus judicat, contra legem facta hæc videri, si facta sint. Decernit, quod nihil opus est, dum Candidatis morem gerit. Nam factum sit, necne, vehementer quæritur. Si factum sit, quin contra legem sit, dubitare nemo potest. *Complexio argumentationis.* Est igitur ridiculum, quod est dubium, id relinquere incertum: quod nemini dubium potest esse, id judicare. *Polysyntheton.* Atquè id decernitur omnibus postulantibus Candidatis: ut ex S. C. neque

Prandia: Vide infrà.

Quòd nihil: In eo, quod decrevit Senatus, dum volebat Candidatis, Servio nempe urgenti, & aliis morem gerere, decrevit, quod nihil opus erat; nam ex lege Calpurnia certum omnibus est, eos esse ambitûs reos, qui hæc fecerint; hic autem quæritur, an factum sit. Senatus Consultum illud factum est in gratiam Servii, & aliorum Candidatorum, sed istud nihil obest Murænæ.

Quæritur: In hoc præcipuè est controversia.

Est igitur ridiculum: Non carpit hic S.C. sed hoc dicit ridiculum esse, siquis id, quod nemini dubium est, judicare velit, & pro se in judicium afferre; id autem relinquat, & non probet, quod adhuc incertum. Connecte, quæ sequuntur.

Id decernitur: Senatus decrevit instantibus Candidatis, sed ita, ut ex decreto intelligi non possit, vel pro hoc decrevisse, vel contra hunc; verbo: decrevit de re, non de persona; proba personam rem commisisse.

Postulantibus Candid: In gratiam omnium Candidatorum, ut contra ambitiosos suos competitores certius jus

nequè cujus interſit, nequè contra quem ſit, intelligi poſſit. Quare doce à, L. Muræna illa eſſe commiſſa, tum egomet tibi contra legem commiſſa eſſe concedam. Multi obviàm prodiêrunt de provincia decedenti, Conſulatum petenti. Solet fieri; eccui autem non proditur revertenti? Quæ fuit iſta multitudo? Primùm ſi tibi iſtam rationem non poſſim reddere, quid habet admirationis, tali viro advenienti, Candidato Conſulari, obviàm prodiiſſe multos? quod niſi eſſet, factum, magis mirandum videretur. Quid, ſi etiam illud addam, quod à con-

Primùm de obviàm prodeuntibus.

A conſuetudine.

Conceſſio.

Conceſſio, & argumenta-

jus accuſandi habeant, ſi contra legem Calpurniam ambitum commiſiſſent.

Neq; cujus interſit: Neq; pro aliquo, & in alicujus bonum, neq; contra aliquem.

Decedenti: Cùm à Prætorio officio ex Provincia abiret, & rediret Romam ad Comitia, peteretq; Conſulatum, exceptus fuit à magna obviàm euntium multitudine. Magis mirum fuiſſet, ſi non iſſent obviàm tam multi; periniquum enim fuiſſet, debitum virtuti & dignitati L. Murænæ honorem haberi.

Primùm: Eſto etiam, non ſciam, nec dicam, quæ qualesq; perſonæ obviàm prodiêrint, nihil intereſt; nam contrarium, ſi non multi prodirent, potiùs mirum eſſet; ſed infrà tamen dicit, quales fuerint, per enumerationem partium.

Quid ſi etiam: Eſto etiam rogatos eſſe homines, ut venirent, & exciperent Murænam infimorum filios, & homines vix non de plebe rogati ſæpè deducimus; non eſt igitur mirandum, ſummos & clariſſimos viros deduci.

Pro-

tio à minore ad majo. consvetudine non abhorret, rogatos esse multos? Num aut criminosum sit, aut mirandum, qua in civitate rogati *Antithesis.* infimorum hominum filios propè de nocte ex ultima sæpè urbe deductum venire soleamus, in ea non esse gravatos homines prodire horâ tertiâ in Campum Martium, præsertim talis viri *Ab adjūctis personarū.* nomine rogatos? Quid si omnes socie- *Enumeratio partium.* tates venerunt, quarum ex numero *Repetitio.* multi hic sedent judices: quid si multi homines nostri Ordinis honestissimi? Quid si illa officiosissima, quæ nemi- nem

Propè de nocte: Si prima luce, vix illucescente die, istis obviàm procedimus, quid mirum, si Murænæ horâ tertiâ? Horâ tertiâ ab ortu solis.

Ex ultima urbe: Ex ultima urbis parte; ut *extremus liber, extrema epistola,* pro ultima parte libri, ultima parte epistolæ.

Hora tertiâ: Antiqui Romani ab ortu solis usq; ad occasum numerabant semper decem horas, quæ inæquales erant pro dierum inæqualitate, hyeme breviores, longio res æstate.

Quid si? Enumerat jam diversissimi Statûs & Ordinis homines, qui omnes etiam non rogati venêre, uti patebit in conclusione argumenti. Vis argumenti est talis; si criminosum non est, multos rogatos prodisse obviàm, quid dices, si demonstrem plurimos ex præstantioribus non rogatos prodisse, spontè, & ut gratuitum officiū præstarent? Si criminosum non est, sed ex more honesto, rogatos prodire, quantò minus erit criminosum, non rogatos prodire?

Omnes societates: Socii in negotiis, qui communiter illa exercebant, erant multi ex Ordine Equestri; nam hi crebrò in Provinciis negotiabantur; nunc etiam inter judices aliqui sedebant.

Nostri Ordinis: Senatorii.

Na-

nem patitur non honestè in urbem introire tota natio Candidatorum? Si deniquè ipse accusator noster Postumius obviàm cum bene magna caterva sua venit: quid habet ista multitudo admirationis? Omitto Clientes vicinos, tribules, exercitum totum Luculli, qui ad triumphum per eos dies venerat, frequentiam in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius unquam, sed ne voluntati quidem defuisse. At se-

Hyperbole.

Præteritio.
Complexio.

Synœciosis.

Natio Candidatorum: Universos Candidatos, id est: omnium honorum petitores, quasi gentem quandam prodisse Murænæ obviàm dicit, in hoc genere maximè officiosâm; id est: gratificandi aliis cupidam, nimirum ut consequerentur & ipsi, quod volebant.

Natio: Est sæpè idem, quod genus certum hominum.

Caterva: Id est: multitudine propinquorum, amicorum, & Clientum suorum, ut Macedonum, Græcorum &c.

Quid habet? An mirandum est? An non abesse debet suspicio corruptelarum & largitionum, si omnes societates, pleriq; judices, qui hic sedent, multi Senatores, si ipse deniq; Postumius & tota Candidatorum natio obviàm prodiêrunt, qui utiq; non erunt corrupti?

Tribules: Qui ex eadem tribu.

In isto officio: Id est: in prodeundo obviàm.

Frequentiam gratuitam: Quâ gratis non mercede conducti, ita frequentes comparent.

Non modò dignitati: Sic pone: non modò unquam defuisse, id est: nunquam defuisse dignitati, sed nec voluntati. Non tantùm viris dignissimis semper frequentes obviàm prodiverunt, sed & aliis, qui hoc optabant, quibuscunq; ut adeò mirandum non sit tantæ dignitati Murænæ eos adfuisse. A minore ad majus.

Secta-

Alterū caput de Sectatoribus.

34.

Occupatio.

Similiter cadens.

Repetitio.

sectabantur multi. Doce, mercede: concedam esse crimen. Hoc quidem remoto, quid reprehendis? Quid opus est, inquit, Sectatoribus? A me tu id quæris, quid opus sit eo, quo semper usi sumus? Homines tenues unum habent in nostrum Ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam, atquè assectationem. Nequè enim fieri potest, nequè postulandum est à nobis, aut ab Equitibus Romanis, ut suos necessarios Candidatos sectentur totos dies: à quibus si domus nostra cele-

Sectabantur: Sectari & sectatores dicebantur ii, qui assiduè aliquem sequebantur, & ostendebant se illius partibus adhærere.

Doce, mercede: Ostende, quòd sectati sint mercede conducti. Ubiq; Cicero infert inficiationem largitionis, corruptionis.

A me tu: Rem usu omnium notam à me quæris? Reddit tamen causam, quæ sequitur, *eo, quo semper usi sumus;* Id est: *consvetudinis:* sic consvetudo fert, quid à me rationem consvetudinis petis?

Homines tenues: Qui sunt tenuis conditionis, & sortis homines, non habent aliud, quo vel beneficia à nobis mereantur, vel accepta grati proferant, & contestentur, quàm hoc officium sectandi.

Proferendi: Beneficia sibi collata proferunt, qui commemorant, ostentant, gratos se demonstrant.

Neq; enim: Hæc officia sunt propria tenuiorum; à nobis enim, qui sumus Ordinis Senatorii, vel Equestris, hoc exspectandum non est, ut comitemur, & sectemur totis diebus nostros amicos, necessarios, quando Candidati sunt.

A quibus: Si Ordinis Senatorii vel Equestris homines, nos,

celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicæ spatio honestamur, diligenter observari videmur, & coli. Tenuiorum & non occupatorum amicorum est ista assiduitas, quorum copia bonis & beneficis deesse non solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii, Cato; sine eos, qui omnia à nobis sperant, habere ipsos quoquè aliquid, quod nobis tribuere possint. Sin nihil erit,

Complexio refutationis à jure referendæ gratiæ. Relata.

nos, dum Candidati sumus, domi nostræ frequenter accedunt &c, satis honoris nobis exhibent.

Celebratur: Domus frequentatur, multi in domum nostram veniunt.

Basilicæ spatiô: Si nos comitentur tantô spatiô, quam longa est basilica. Erat apud Romanos basilica locus amplior, & sub porticu,aut tecto,publicis negotiis;consiliis, judiciis destinatus; inter alias basilicas erat celebris Porcia à Catonibus ædificata. Nos basilicas vocamus templa regia & magnifica.

Honestamur: Si honestatis causâ eousq; deducimur,satis videmur honoris accipere.

Et coli: Post præcedentia multa longiora verba meliùs brevi verbo clauditur periodus.

Non occupatorum: Senatores Patricii, Equites magnis negotiis distenti, non solent hoc officium honoris exhibere; hæc possunt; & hoc officium exhibent tenuiores, non ita occupati.

Assiduitas: In sectando, comitando.

Quorum copia: Qui magnâ copiâ sectantur eos,quos experti sunt bonos, & beneficos.

Noli igitur: Conclusio argumenti: quid ergo tu vitio vertis, & prohibes tenuiores præstare aliis hunc honorem?

Fructum officii: Est enim hoc ipsum pro utilitate tenuiorum,ut hac re possint officium suum grata mente te-

erit, præter ipsorum suffragium, te-
nue est: si, ut suffragantur, nihil va-
lent gratiâ. Ipsi denique, ut solent
loqui, non dicere pro nobis, non spon-
dere, non vocare domum suam pos-
sunt: atquè hæc à nobis petunt omnia:
neque ulla re alia, quæ à nobis conse-
quuntur, nisi operâ suâ compensari
putant posse. Itaquè & Legi Fabiæ,
quæ est de numero Sectatorum, & S. C.
quod

Repetitio. Similiter cadens.

Polysyntheton.

stari. Non enim habent operam aliam tenues, qua red-
dant gratiam potentioribus.

Præter suffragium: Si aliud conferre, & redhibere non
possint, quàm solum suffragium, nimis parum est.

Si ut suffragantur: Obscurè dictum propter varios erro-
res typi. Ego sic intelligo, & cum prioribus connecto in
eodem figuratè loquendi modo: si aliud tribuere non pos-
sunt, quàm solum suffragium; parum hoc est. Si deduce-
re & comitari volunt duntaxat tunc, *ut*, quando *suffra-
gantur*, ipsi nihil efficient suâ gratiâ; nam gratiosi, &
gratiâ valentes non sunt tenuiores, ergo jam antè hoc de-
bent facere, ut suos animos Candidatis demonstrent be-
neficiorum memores.

Ipsi deniq;: Sic ipsi dicunt, nos potentioribus in signum
grati animi nil habemus, quod demus. Non possumus
eos defendere in judiciis, *non dicere pro ipsis*; non possu-
mus esse sequestri & sponsores pro ipsis, *non spondere:*
non possumus eos invitare ad cœnam, seu convivium,
non vocare domum nostram.

Nisi operâ suâ: Affectatione assidua, comitatu honoris
ergò facto.

Legi Fabiæ: Fabius Legem volebat ferre de numero
Sectatorum; huic Legi obstitit populus & pars tenuior;
uti & Senatûs-Consulto, quod fecerat L. Cæsar. Fuit
hic Consul cum C. Figulo eo tempore, quo cœpit Cati-
linæ

quod eſt L. Cæſare Conſule factum, reſtiterunt. Nulla eſt enim pœna, quæ poſſit obſervantiam tenuiorum ab hoc vetere inſtituto officiorum excludere. At ſpectacula ſunt tributim data, & ad prandium vulgò vocati. Etſi hoc factum à Muræna omnino, judices, non eſt: ab ejus amicis autem more & modo factum eſt: tamen admonitus re ipſa recordor, quantum hæ quæſtiones in Senatu habitæ punctorum nobis, Servi, detraxerint. Quod enim tempus fuit, aut noſtrâ, aut patrum noſtrorum

3. *de ſpectaculis.*
4. *de prandiis.*

Apoſtrophe, ad Serviū.

rum

linæ conjuratio. Et hi proximi Conſules ante Ciceronem fuêre.

Reſtiterunt: Parere noluerunt.

At ſpectacula: At tribulibus ſunt conductæ tabernæ ad ſpectandum. Vide N. 32. Spectacula intelliguntur ipſa loca, in quibus ſpectabantur ludi. Theatra etiam appellantur, loca erecta, ex quibus commodè ſpectetur.

Ad prandium: Publicas epulas inſtituerunt, & adornârunt Candidati tribulibus ſuis. Hoc â Catone vituperatur in Muræna.

Vulgò: Publicè; Paſſim.

Factum à Muræna: Negat hæc convivia præbita eſſe à Muræna, ſed ab amicis, & ab his quidem moderatè, & ex more. *More & modo*; temperatè, modicè, non exceſſivè, nec repugnante conſvetudine.

Admonitus re: Res me monet, ut recorder, quantum rerum iſtarum controverſiæ in Senatu factæ nobis nocuerint, (te teſtem, Servi, appello) & quàm multa ademerint ſuffragia.

Punctorum: Quot puncta, quot ſuffragia ademerint. Lege Caſſia, quæ etiam Tabellaria appellata eſt, populus R. ferebat ſuffragia non voce, ſed tabula, quò ea ferret liberiùs. In tabulis autem ſuffragia punctis notabant: hinc

Dubitatio. rum memoriâ, quo hæc, five ambitio eft, five liberalitas non fuerit, ut locus & in circo, & in foro daretur amicis, & tribulibus? Hæc homines tenuiores primùm, nondum qui à fuis tribulibus vetere inftituto affequebantur.

Deeft nonnihil.

35. *A minore ad majus. Conclufio brevis de Senatus-C.* Præfectum fabrûm femel locum tribulibus fuis dediffe: quid ftatuent in viros primarios, qui in circo totas tabernas, tribulium causâ comparârunt? Hæc

illud: *Omne tulit punctum, qui mifcuit utile dulci.*

Ut locus: Ad fpectandum fcilicet.

In circo: Qui maximus dicebatur; ibi ludi fiebant, inde Circenfes appellati. Huic circo tempore Tarquinii Prifci primùm defignatus eft locus, loca divifa Patribus, Equitibusq;, ubi ludos fpectarent.

In foro: Ubi gladiatoria munera dabantur.

Hæc homines: Pauca quædam hoc loco defiderantur, unde & fuperiora aliquo adhuc modo obfcura funt & quæ fequuntur, integrè non poffunt intelligi.

Præfectum fabrûm: Id eft: fabrorum. Nam in legionibus Romanorum erant fabri lignarii, ferrarii, & artifices alii. Iis, qui præerat, præfectus fabrûm dicebatur. Ejusmodi præfectus tribulibus fuis locum in fpectaculis dederat, quod exemplum adducit Cicero; fed fenfus integer deeft.

Tabernas: Loca in circo extracta ad commoditatem fpectandi ludos gladiatorios, & elocari folita, quæ proinde pro fuis tribulibus comparârunt, & conduxerunt viri primarii.

Hæc omnia: Concludit & breviter repetit capita Senatûs-Confulti, aitq; hæc, tanquam levia, nimis minutâ diligentiâ à Servio collecta effe, neq; hæc adeò improbari à Senatu.

A

Hæc omnia Sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina, à multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, conjecta sunt, in quibus tamen Muræna ab Senatûs auctoritate defenditur. Quid enim? Senatus num obviâm prodire crimen putat? Non: sed mercede: convince. Num sectari multos? Non: sed conductos: doce. Num locum ad spectandum dare? Aut ad prandium invitare? Minimè. Sed vulgò, passim. Quid est vulgò? universos. Non igitur si L. Natta, summo loco adolescens (qui & quo animo jam sit, & qualis vir futurus sit,

Interrogatio.
Subjectio.
S.C. interpretatur.

Laus.

A multitudine: Intelligo, à plebe, tibi nimiùm diligenti, nimis tenuia inquirenti allata & relata sunt. In hunc ferè modum suprà dixit: *maledictum ex trivio.*

Doce: Proba, quò nos conduxerimus.

Quid est vulgò: Ipse explicat: universos ad prandia invitare, hoc prohibetur; sed non amicos suos & tribules. Vulgus enim multitudinis significationem habet, ut Terent. *Vulgo faciunt*, id est: omnes.

Si L. Natta: Inter propinquos Murænæ L. Natta fuit, qui ut necessario suo Murænæ officium exhiberet, & sibi in futurum consuleret, Equitum centuriis prandium dedit. In quo munere si crimen esset, non id Murænæ, qui non dedit, fraudi aut crimini esse debet.

Qui & quo: Laudat hunc Nattam propinquum & privignum suum, non solùm à genere, *summo loco*, sed & indole, & præsenti studio rerum honestarum, & significatione quadam futuræ virtutis. De hoc Natta loquitur etiam Cicero pro Dom. *Viderat ille Murænam, Vitricum suum,*

fit, videmus) in Equitum centuriis voluit esse & ad hoc officium necessitudinis, & ad reliquum tempus gratiosus, id erit ejus Vitrico fraudi aut crimini: nec, si Virgo Vestalis, hujus propinqua & necessaria, locum suum gladiatorium concessit huic; non & illa piè fecit, hic à culpa est remotus, omnia

vum, Consulem designatum &c.

In Equitum centuriis: Nondum erat Senator, sed Eques Romanus, ideò centuriis Equitum voluit esse gratiosus; ideo Equites in prandium invitavit, hoc enim ex cæteris colligitur.

Ad hoc officium: Ad populum & Equites pro Vitrico suo Muræna rogandos, quod necessitudinis & propinquitatatis officium est.

Gratiosus: Ut in futurum sibi gratiam colligeret.

Vitrico: Cui respondet ralativo privignus.

Fraudi: Damno; *crimini*, quod majus.

Nec si: Pariter Murænæ non debet nocere, si aliqua Vestalis, ejus propinqua, locum & spectaculum, in quæ ipsa jus habebat, *Murænæ* cessit; nam propterea nec illa non piè fecit, nec Muræna peccavit.

Virgo Vestalis: Vastales dicebantur, quæ Deæ Vestæ sacra curabant, & ignem ei sacrum custodiebant; has necesse erat per XXX. annos manere puras à nuptiis, sacrario servientes; ac primo decennio rationem sacrorum & cæremoniarum eas oportebat discere, sequenti exercere, postremo docere alias. Post exactum verò annum trigesimum nihil vetabat eas positis sacris vestibus, cùm vellent, nubere, feceruntq; id paucæ aliquot, sed parùm læto vitæ exitu, ita, ut libenter posthac totum ævum exigerent in Deæ contubernio. Cùm aliis privilegiis, tum etiam hoc Vestales Virgines fruebantur, ut cùm gladiatores pugnarent, spectare possent, ac loca haberent singularia.

Omnia

omnia hæc ſunt officia neceſſariorum, commoda tenuiorum, munia Candidatorum. At enim agit mecum auſterè & Stoicè Cato. Negat verum eſſe, allici benevolentiam cibo: negat judicium hominum in Magiſtratibus mandandis corrumpi voluptatibus oportere. Ergo ad cœnam petitionis causâ ſi quis vocat, condemnetur. Quippe, inquit, tu mihi ſummum imperium, ſummam auctoritatem, tu gubernacula Reipublicæ petas fovendis hominum ſenſibus, & deliniendis animis, & adhibendis voluptatibus? Utrùm

Similiter cadens & deſinens, & compar.
Occupatio.
Proſopopœia indirecta Catonis.

Proſopopœia directa.
Synonyma, & periphraſis imperii.

Simil: cad.

Omnia hæc: Complexio, & anacephalæoſis dictorum brevis. Hæc officia ſunt amicorum, ut inſtituant prandia &c. Tenuiores & plebs ex ſuis Sectationibus fructum habent; Candidati debent & ſolent dare ejusmodi ſpectacula &c.

At enim: Objectio Catonis ex ſuæ auſteritate doctrinæ, reprehendentis modum hunc perveniendi ad Conſulatum. *Auſterè:* aſperè & rigidè.

Negat verum eſſe: Pro *æquum eſſe*, rationi, aut naturæ conveniens eſſe.

Allici benevolentiam: Non debere populi favorem quæri exhibendo cibos, inſtituendo prandia; non debere per voluptates populo factas eos corrumpi, ut judicent iſtum eſſe eligendum Conſulem.

Magiſtratibus mandandis: Mandare alicui Magiſtratum, eſt decernere, tribuere magiſtratum, honorem &c.

Petitionis causâ: Quia magiſtratum quis petit.

Tu mihi: *Mihi* hoc loco causâ ornatûs, & ex more dicendi quotidiano ponitur.

Summum imperium: Conſulatum per periphraſin & ſynonymiam deſcribit: tunè petas Conſulatum per hæc media lenocinii, voluptatis, rem tam gravem per media tam delicata?

trùm lenocinium, inquit, à grege delicatæ juventutis, an orbis terrarum imperium à populo Romano petebat? Horribilis Oratio, sed eam usus, vita, mores, civitas ipsa respuit. Nequè tamen Lacedæmonii, auctores istius vitæ atquè Orationis, qui quotidianis epulis in robore accumbunt, nequè verò Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, meliùs, quâm Romani

Ironia.
Dissolutio.
Adjunctio.
Comparatio Lacedemoniorum, & Cretensium, à dissimili.

Lenocinium: Alienæ voluptatis procuratio; tanquam sic diceret: utrùm putabas hoc agi, ut te juventus delicata quendam procuratorem constitueret libidinis suæ; neq; videbas orbis terrarum imperium peti?

Horribilis: Argumentum Catonis erat, benevolentiam ac judicium populi R. istis spectaculis, conviviis &c. allici non debere. Cicero cavillas refellit auctoritate & consvetudine Romanæ civitatis 2. comparatione Lacedæmoniorum & Cretum. 3. exemplo Q. Tuberonis.

Usus: Consvetudo.

Neq; tamen &c. Anteponit Lacedæmoniorum disciplinæ tam duræ & asperæ Romanam, quamvis laxiorem commodioremq;, quia Romana disciplina suis viribus se sustentavit; altera corruit. Præstant autem diuturna bona non diuturnis.

In robore: In ligno, aut lapide, aliavè dura materia, non in lectis, ut Romani solebant. Cicero etiam mentionem de his facit in V. Tusc. *Nihil ibi substernebatur epulantibus, sed reclinati in cubitos robore aut saxo subjecto accumbebant.* De Laconica hac asperitate multa ubiq; passim; eam ideò in prima statim juventute assumebant, ut ætas tenera fortitudini bellicæ assvefieret.

Cretes: Cretenses, qui Lacedæmonios imitabantur, & accumbebant ad mensas in lectis.

ni homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, Respublicas suas retinuerunt: quorum alteri, uno adventu nostri exercitûs deleti sunt: alteri nostri imperii præsidio disciplinam suam, legesque conservant. Quare noli, Cato, majorum instituta, quæ Res ipsa publica, diuturnitas imperii comprobat, nimiùm severa oratione reprehendere. Fuit eodem ex studio vir eruditus apud Patres nostros, & honestus homo, & nobilis, Q. Tubero.

Adjunctio. Hyperbole.

36.

Exemplum Tuberonis, &ejus sordities in epulo funebri.

Dispertiunt: Dividunt tempora laboris & voluptatis; dant aliquid voluptati, aliquid labori.

Uno adventu: De Cretibus loquitur, quos Q. Metellus, qui cum Hortensio Consul fuit, debellavit, iis leges imposuit, inde Cretici cognomen adeptus.

Alteri: Id est: Lacedæmonii, quia socii nostri sunt, & nostro præsidio utuntur, disciplinam & leges suas retinent, idq; idcirco,quia à nobis defensi, & nostro sub præsidio tuti.

Quare noli: Ne ergo improbes Cato consvetudinem Romanam, ne Rempublicam nostram reprehendas, quæ talia aut facit, aut permittit. Quàm bona sint hæc instituta Reipublicæ nostræ, ipsa imperii nostri diuturnitas probat, cùm illæ nationes, severitati nimiæ addictæ, nobis neutiquam sint præhabendæ.

Eodem ex studio: Ex eadem disciplina, etiam Stoicus Q. Tubero.De hoc Tuberone Cicero de claris orat: *Tubero fuit illo tempore L. Paulli nepos &c. Ut vitâ, sic oratione durus, incultus, horridus &c.* Hujus exemplo Cicero reprehendit Catonem, & ostendit nunquam probatam fuisse à populo Romano intempestivam hanc parsimoniam. Nam Tubero propter similem sorditiem Preturâ dejectus fuit.

Epu-

bero. Is, cùm epulum Q. Maximus, Africani Patrui sui nomine, populo Romano daret, rogatus est à Maximo, ut triclinium sterneret, cùm esset Tubero ejusdem Africani sororis filius. Atquè ille homo eruditissimus ac Stoicus stravit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia: quasi

Epulum daret: Ab amicis, & propinquis defunctorum epulum dabatur funebre, in vicina quapiam æde, & istud quidem antè statuam Jovis. In his epulis pro qualitate personæ apparatus erat magnus aut maximus, diciturq; de Julio Cæsare, quòd viginti duo straverit tricliniorum millia.

Triclinium sterneret: Rogavit Maximus Tuberonem, ut ipse epulum populo daret in Capitolio ante cellam Jovis. Tricliniũ sumitur pro lectis in triclinio poni solitis. Sensus: ut ille appararet conclave,& cœnaculum,atq; instrueret lectis.

Sororis filius: Vulgò dicimus, nepos ex sorore.

Pelliculis hœdinis: Hœdorum pellibus stravit. Magnus apud antiquos fuit usus pellium ad tentoria, epulas, tegmina &c. Credo, quòd potissimùm ob paupertatem & defectum aliarum vestium; quia primò non erant aliæ vestes. Afri certè, & Punicani,propter penuriam,semper *in pellibus caprarum* decubuisse, ab aliis quoq; scriptoribus memorantur. Ita etiam Gothi in Europa, qui quia, nati in loco horrido, inculto, & rebus necessariis carente, pellibus utebantur, passim vocantur *populi Pelliti*.

Lectulos Punicanos: Qui lignei erant, viles & exigui, Punicani dicti, quia Carthagine advecti,quæ urbs est *Punica*, nam à *Punico Punicanus*, ut à *Gallico Gallicanus* inflectitur.

Vasa Samia: Ex materia fictili, qualia fiebant in Insula Samo, unde Romam afferebantur; alii autem adhibebant vasa Corinthia, Deliaca, ex metallo pretioso, vel argen-

quasi verò esset Diogenes Cynicus mortuus, & non divini hominis Africani mors honestaretur: quem cùm supremo ejus die Maximus laudaret, gratias egit Diis immortalibus, quòd ille vir in hac Republica potissimùm natus esset; necesse etenim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. Hujus in morte celebranda graviter tulit Populus R. hanc perversam sapientiam Tuberonis. Itaquè homo integerrimus, civis

Cōparatio.

Laus funebris Africani.

A populi R. judicio.

argentea, aurea. Adhibebant item pro splendore lectos æratos, eburneos, argenteos, veste insuper pretiosa stratos.

Diogenes Cynicus: Tanquam mendicabulo alicui, & pauperi Diogeni fierent exequiæ. Diogenes rerum humanarum contemptor insignis, morti vicinus, cadaver suum inhumatum abjici volebat, irridens præposteram amicorum curam, qui humandis cadaveribus tantam pompam adhiberent. *Cynicus* dicebatur, sive à Cynosarge Gymnasio, in quo Antisthenes Diogenis Magister docebat; sive à canina mordacitate, quâ in hominum vitas invehebatur, videlicet à κυνικὸς, caninus.

Africani: Celebris est hæc eruditio de Africano, & nonnisi summis viris accommodanda.

Supremo die: Die, quo mortuus est. Summa, & suprema dies pro fine vitæ.

Perversam sapientiam: Sorditiem & parsimoniam Tuberonis molestè tulit Pop. R. Contrà verò laudavit Seneca epist. 96. *hos Tuberonis ligneos lectos, cùm in publicum sternerentur, hœdinasq; pro stragulis pelles, & ante ipsius Jovi cellam proposita convivis vasa fictilia:* nam subdit: *omnium aliorum aurum, argentumq; fractum est, & in milites conflatum: at omnibus sæculis Tuberonis fictilia durabunt: illo enim die,* ut suprà, *paupertas in Capitolio conse-*

civis Optimus, cùm esset L. Paulli nepos, P. Africani, ut dixi, sororis filius, his hœdinis pelliculis Præturâ dejectus est. Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas, sordes & inhumanitatem multò minùs. Distingvit rationem officiorum ac temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis. Nam, quod ais, nullâ te allici hominum mentes oportere ad ma-

Antitheta.

Disjunctio.
Compar.
Similiter cadens.

secrata fuit. Hanc rem narrat etiam Val. Max. l. 7.

L. Paulli: L. Paullus ex uxore Papyria duos filios suscepit, quorum major natu adoptatus est à Q. Fab. Max. & pariter Q. Fabius Maximus dictus est. Alter filiorum P. Cornelius Scipio appellatus est, quòd à P. Cornelii Scipionis filio adoptatus sit. Idem Paullus ex alia uxore duas quoq; filias suscepit, quarum alteram in matrimonio habuit Tubero hujusce, de quo hic loquimur, pater. Ergo hic filius fuit ex sorore Africani. Quæ, ut genealogia ista intelligatur, commemoramus.

Præturâ dejectus: Ob hanc rem in Pràturæ petitione repulsam passus est.

Profusas epulas: Id est: nimias.

Sordes: Id est: tenacitatem & avaritiam.

Inhumanitatem Quod vulgò dicunt incivilitatem.

Distingvit: Facit discrimen inter officia & tempora, indicat alternis suscipiendos esse labores & relaxationes.

Nam quod: Nam, particula à trito vulgatoq; usu interdum abit, & servit Anteoccupationis; ita sæpiùs Cicero.

Nulla te &c. Tu dicis benevolentiam pro suffragiis non aliunde colligendam, quàm à personæ dignitate; & & tú ipse alio uteris modo, benevolentiam quæris salutationibus, & quidem falsis ac fucatis officiis hominum prensas favorem, fingis te nôsse cives, quos non nôsti, fin-

magiſtratum mandandum, niſi dignitate: hoc tu, tu ipſe in quo ſumma eſt dignitas, non ſervas. Cur enim quemquam, ut ſtudeat tibi, ut te adjuvet, rogas? Rogas tu me, ut mihi præſis, ut committam ego me tibi. Quid tandem? Iſtuc me rogari oportet abs te, an te potiùs à me, ut pro mea ſalute laborem, periculumquè ſuſcipias? Quid, quòd habes nomenclatorem? In eo quidem fallis, & decipis. Nam ſi nomine appellari abs te cives tuos honeſtum eſt, turpe eſt eos notiores eſſe ſer-

Retorquetur argumentum in Catonem.

A repugnãtibus.

De nomenclatore Catonis.

Dilemma.

fingis, te illis amicum eſſe, cûm neq; noveris &c.

Non ſervas: In aliis exigis, quod ipſe non ſervas. *Turpe autem eſt doctori, cùm culpa redarguit ipſum.* Vel ſi Clodius accuſet *Mœchos, Catilina Cethegos.*

Studeat tibi: Ut tibi faveat, tibi ſuffragetur.

Rogas tu: Repugnat, ut ille, qui altero ſuperior eſſe vult, illum roget, ut ſe ſibi ſuperiorem faciat; repugnat, ut me roges, ut ego me tibi tuæ fidei, curæq; committam; ego potius rogare deberem illum, à quo præſidium, auxilium & defenſionem quæro, ſicut à Conſule quærim9; tu tamen hæc facis. Quare? Quia eſt ex more civitatis.

Nomenclatorem: Indicem aliquem præſtantiorum civium, qui civium nomina nôſſet, & ideò Candidatum ſequeretur, & in perſalutatione civium eorum nomina Candidato ſuggereret, ut Candidatus eos nominatim appellaret; ſe enim quiſq; nomine proprio â Candidato appellari gaudebat. Originem habuit hæc conſvetudo ex eò, quòd hi, qui Rempublicam foris, & in bello geſſiſſent, domi cives ſuos neceſſariò ignoraverint, & ob eam cauſam in petitione honorum cogerentur ſibi adſciſcere

Urget interrogationibus.

ſervo tuo, quàm tibi. Sin etiam nôris, tamen per monitorem appellandi ſunt? Cur antè petis, quàm inſuſurravit? Aut quid, cùm admoneris, tamen quaſi tutæ nôris, ita ſalutas? Quid? poſteaquam es deſignatus, multò ſalutas negligentiùs? Hæc omnia ad rationem civitatis ſi dirigas, recta ſunt.

Complexio. Diſſoluta. Similiter deſinens.

Sin perpendere ad diſciplinæ præcepta velis, reperiantur praviſſima. Quare nec plebi Romanæ eripiendi fructus iſti ſunt ludorum, gladiatorum, convivio-

ſciſcere nomenclatorem, ut ipſi quoq; more populi R. prenſare cives ſuos & nominatim ſalutare poſſent.

Servo tuo: Nomenclatori.

Tamen per monitorem: Si nôſti ipſe cives, quid opus eſt nomenclatore? Num tamen, etſi eos nôris, per nomenclatorem ſunt appellandi? Si non nôſti, turpe eſt, quòd amicos tuos ſervus potiùs nôrit, quàm tu. Oſtendit in tota re ineſſe ſimulationem,& circumventionem quandam; quæ ſunt turpia. Si res excuſatur, inde fit, quòd mos geratur conſvetudini & voluntati civium,& hoc tamen in Muræna reprehendit Cato.

Antè petis? Cur eos petis,accedis, antequam tibi etiam nomenclator nomen ſuggeſſit, inſuſurravit?

Tute: Tu ipſe per te, & non per alium.

Poſtquam ei: Cur amicos hos non pergis colere, ſalutare, poſtquam Conſul deſignatus es? Qualis hæc amicitia, quæ durat, quamdiu homine indiges?

Ad rationem civitatis: Ad morem civitatis; ſi ideò facis, quia moris eſt, non vituperaberis.

Ad diſciplinæ: Si rem ad regulam trahas Stoicæ Diſciplinæ, omnino non erunt recta, ſed *praviſſima,* minimè recta.

Quare: Concluſio: ergo permitte, ut plebs poſſit ſua offi-

viviorum, quæ omnia majores nostri comparaverunt: nec Candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magìs significat, quàm largitionem. At enim te ad accusandum Respublica adduxit. Credo, Cato, te isto animo atquè ea opinione venisse: sed tu imprudentiâ laberis. Ego, quod facio, judices, cùm amicitiæ dignitatisquè L. Murænæ gratiâ facio, tum me pacis, otii, concordiæ, libertatis, salutis, vitæ deniquè omnium nostrûm causâ facere clamo, atquè testor. Audite, audite Consulem, judices,

37. Tertiū caput de Republica.

Enumeratio partium. Apostrophe. Geminatio.

officia præstare Candidatis, permitte, ut & Candidati sua munera dent populo.

Quàm largitionem: Aliud enim est liberalitas & munificentia, humanitatis causâ, & ex virtute ac honestate facta; aliud largitio, quæ fit ad aucupandum favorem in petitione magistratûs.

At enim: Suum ordinem prosequitur Cicero; ita enim suprà ipse proposuerat: *M. Catoni homini in omni virtute excellenti, de ipsius accusatione, de Senatus-Consulto, de Republica respondebo;* superest ergo tertia pars de Republica, sive, an pro Reipublicæ bono sit Murænam fieri Consulem, & de hoc ipso loco insinuavit se dicturum jam initio orationis: *ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ fortasse etiam in alia parte orationis dicendum nobis erit;* nam Cato dicebat, se accusare *propter Rempublicam,* Cicero nunc dicit se defendere *propter Rompublicam.*

Pacis, otii &c. Hoc est: pro Republica: partes subjectæ pro toto.

Clamo: Alta & clara voce, ut omnes exaudire possint, contendo, palamq; profiteor, & confirmo.

To-

dices, nihil dicam arrogantiùs, tantùm dicam, totos dies atquè noctes de Republica cogitantem. Non usquè eò L. Catilina Rempublicam despexit, atquè contempsit, ut eâ copiâ, quam secum eduxit, se hanc civitatem oppressurum arbitraretur. Latiùs patet illius sceleris contagio, quàm quisquam putat: ad plures pertinet. Intus, intus, inquam, est equus Trojanus, à quo nunquam, me Consule, dormientes opprimemini. Quæris à me,

Synonyma.

Synonyma.
Geminatio.
Proverbiū.

Totos dies &c. H. e. vigilantissimum.

Non usq; eò: Quorsum hoc? Sequitur amplificatio gravissima; exspecta modò, dum legeris totum. Breviter: Respublica gravissimè adhuc periclitatur ob Catilinam, & & socios ejus in urbe etiamnum morantes; huic periculo necessarius est Consul Muræna, ergo conservandus hic Consul.

Despexit: Despiceret enim, & nimis exiguam crederet esse urbeculam nostram, si putâsset iis se copiis, quas secum eduxit, opprimere nos posse. Itaq; non hoc existimat; sed reliquit in urbe plurimos. Addit & alterum verbum *contempsit*, quod adhuc significantius videtur, & rem iteratò cum dicit, magis inculcat.

Eâ copiâ: Copia singulari numero potestatem, vel abundantiam plerumq; significat. Accipitur tamen etiam aliquando pro exercitu, frequentiùs tamen dicuntur copiæ in plurali, quando multitudinem militum volo significare.

Equus Trojanus: In urbe, tanquam olim in equo Trojano latent, qui cædem civibus, urbi flammam inferre meditantur.

Dormientes: Ut alludat ad Historiam Trojanam, ubi milites ex equo prorumpentes noctu cives oppressère dormientes.

Ca-

me, quid ego Catilinam metuam? Nihil: & curavi, ne quis metueret. Sed copias illius, quas hîc video, dico esse metuendas: nec tam timendus est nunc exercitus L. Catilinæ, quàm isti, qui illum exercitum deseruisse dicuntur. Non enim deseruerunt; sed ab illo in speculis atquè insidiis relicti, in capite atquè in cervicibus nostris restiterunt. Hi & integrum Consulem, & bonum Imperatorem, & naturâ & fortunâ cum Reipublicæ salute conjunctum, dejici de urbis præsidio, & de custodia civitatis vestris sententiis deturbari volunt. Quorum ego ferrum, &

Interrogatio.
Responsio.
Antithesis.
Traductio.
Metaphoræ.
Polysyntheton.
Metaphora.
Compar.

Catilinam metuam? Prolepsin usurpat, ut habeat occasionē vehemētiùs rem inculcandi. Dices: quid tu Catilinam cum paucis egressum times? Ego verò timeo eos, qui remanserunt.

In speculis: Metaphoricè; sunt aliqui speculatores hic relicti. Specula est locus altior, de quo prospicimus, quid rerum agatur, num hostis in propinquo &c.

Restiterunt: Accipitur hic propriè, non pro: *adversati sunt.* Resiste, id est: gradum siste, sta, mane. Perstiterunt ergo in urbe, & jugulo nostro imminent.

Et naturâ & fortunâ: *Naturâ,* qui ita comparatus est à natura, ut Reipublicæ conjunctus & addictus sit, amet patriam, oderit improbos & sceleratos cives; & *fortunâ,* qui etiam ad rerum & fortunarum suarum conservationem existimet sibi conducere, si Respublica incolumis sit.

Dejici &c. Rejici à Consulatu: Metaphoræ & periphrasis.

& audaciam rejeci in campo, debilitavi in foro, compressi etiam domi meæ sæpè, judices. His vos, si alterum Consulem credideritis, plus multò erunt vestris sententiis, quàm suis gladiis consecuti. Magni interest, Judices, id quod ego multis repugnantibus egi, atquè perfeci, esse Kalendis Jan. in Republica duo Consules.

Incisa &c. Distributio.

A consequentibus.

Amplificatio periculorum.

Rejeci in campo: Comitiis proximis, cùm latâ illâ loricâ armatus prodivi, & mecum bonos eduxi, ut suprà.

Debilitavi in foro: Concionibus in Catilinam, & conjuratos habitis.

Etiam Domi: Cùm C. Cornelium Eq. R. aliosq; januâ domûs meæ prohibui, qui simulantes venire salutatum, interficere me conjuraverant.

Si alterum: Si Muræna rejecto, vero & idoneo Consule, alterum Consulem ad eorum vota tradideritis, longè plùs illi obtinebunt, quàm ferro & armis suis obtinere potuerint.

Multis repugnantibus: In Comitiis nempe id tandem effecit Cicero, ut designaretur Muræna & Syllanus, cùm plurimi Comitia protraherent, & id spectarent, ut præsidio, custodiaq; Consulum, initio sequentis anni carente Republica, faciliùs eam intestini hostes, nullo contrà resistente opprimerent.

Kalend: Jan. Nam Ciceronis ætate Consules & Prætores designati inibant Magistratum Kalendis Januarii. Circa bella Punica, & anteà Idibus Martii inibant. De Kalendis dictum est in Verrinis, & est res nota passim.

Duo Consules: Sic aliqui defendunt, antiquum esse accusativum Duo, pro Duos, & diximus etiam in Verrinis. Cicero initio hujus orationis dixit ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit duos Consules in Republica Kalend. Jan. esse; id hoc loco ostendit. Quodsi enim Muræna condemnatus de ambitu in exilium abire de-

les. Nolite arbitrari, mediocribus consiliis, aut usitatis viis, aut lege improba, aut perniciosa largitione auditum aliquando aliquod malum Reipublicæ quæri. Inita sunt in hac civitate consilia, judices, urbis delendæ, civium trucidandorum, nominis Romani exstingvendi. Atquè hæc cives, cives inquam, si eos hoc nomine appellari fas est, de patria sua, & cogitant, & cogitaverunt. Horum ego quotidie consiliis occurro, audaciam debilito, sceleri resisto. Sed vos moneo,

Similiter cadentia.

Simil: cad:

Geminatio.
Correctio.
Traductio.
Disjunctio.

debuisset, usq; ad nova Comitia nullus erat alius Consul designandus.

Nolite arbitrari: Sunt autem necessarii duo Consules, qui actu præsint, & Magistratum gerant; credite enim non levia, non communia, non audita aliquando adornari mala; longè majus est, quod quærunt; non *mediocria* versant *consilia* ad mala sua efficienda; non *usitatis* incedunt *viis*, ut ad perniciem Reipublicæ grassentur; non tantùm quærunt *legem* aliquam malam & *improbam* statui, non tantùm res in eo est, ut *perniciosa* quadam *largitione* dignitates consequantur, non his mediis *malum aliquid* semel *auditum*, sed inauditum *quæritur* & comparatur.

Inita sunt: Quæ cogitant, quæ destinant, longè majora sunt mala; nempe ut deleatur urbs, cives trucidentur, nomen Romanum prorsus extingvatur (ascendit oratio, & crescit) & hæc sunt inaudita illa & nunquam antè usurpata scelera, & novi atq; incomparabiles nefariæ audaciæ conatus.

Atq; hæc cives: A qualitate personarum denuò crescit amplificatio.

Incisa. *Apostrophe ad judices.* *Obtestatio.* *Geminatio.*

neo, judices; in exitu est jam meus Consulatus: nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum, cui Rempublicam cupio tradere incolumem, ab his tantis periculis defendendam. Atquè ad hæc mala, judices, quid accedat aliud, non videtis? Te, te appello, Cato: nonnè prospicis tempestatem anni tui? Jam enim hesterna concione intonuit vox perniciosa designati Collegæ tui: con-

38.

Apostrophe ad Catonem & communicatio. *Ab adjunctis personæ.*

In exitu est: Kalendis enim Jan. Cicero suo Consulatu abiturus erat.

Vicarium: Qui succedat mihi in republica gerenda cum diligentia & fide.

Atq; ad hæc: Alius diceret: accedit & illud malum; vide figuratam & gravem Ciceronis dictionem.

Tè, te appello: Quànta Reipublicæ pestis futura sit, si Muræna damnetur, ostendit etiam ex eo, quòd ipsi Catoni tribunatus sit futurus periculosissimus. Communicat cum ipso & consilium, & periculum, mira arte ipsius sui adversarii sententiam & judicium non dubitans advocare ad causæ suæ bonitatem, & id efficere, ut vel ipsum accusatorem suæ accusationis pœniteat. Est & pars hæc ultima ob incomparabilem eloquentiam præ cæteris stupenda.

Nonnè prospicis: Nonnè prævides, quanta malorum tempestas futura sit illo anno, quo tu tribunatum geres? Graves metaphoræ à ventorum & procellarum turbulentia.

Intonuit vox perniciosa: Alter tribunus plebis cum Catone designatus, jam auditus est aliquid dicere, præbens indicium conjurationis perniciosæ.

Designati Collegæ: Metellus Nepos intelligitur, qui cùm se hoc anno tribunatum plebis esse petiturum profiteretur, M. Cato malè de illo sentiens, tribunatum & ipse pete-

contra quem multùm tua mens, multùm omnes boni providerunt, qui te ad tribunatûs petitionem vocaverunt. Omnia, quæ per hoc triennium agitata sunt jam ab eo tempore, quo à Lucio Catilina, & Cneo Pisone initum consilium Senatûs interficiendi scitis esse, in hos dies, in hos menses, in hoc tempus erumpunt. Qui locus est, judices, quod tempus, qui dies, quæ nox, cùm ego non ex istorum insidiis ac mucronibus, non solùm meo, sed multò etiam magìs divino consilio eri-

Geminatio.

Ex circumstantia temporis.

Enumeratio partium.
Repetitio.
Polysyntheton.

Synecdoche.

petere voluit, ut perdita Metelli consilia frangeret. Metellus hic improbi animi sui signum, magistratum ingressus, continuò dedit, quando Ciceronem pridie Kal. Jan. Magistratu abeuntem, concionis habendæ potestate privavit, negans ei dicendi potestatem fieri oportere, qui in alios animadvertisset indictâ causâ.

Contra quem multum: Cui restitisti tu, & omnes illi, qui tibi svaserunt, ut tribunatum peteres.

Omnia, quæ: Collectæ hactenus nubes, conjurationis consilia, hoc anno simul & semel erumpent.

Ab eo tempore: Ab extremo die Consulatûs Tulli, & Lepidi, ubi cœperat conjuratio Catilinæ.

Cn. Pisone: Erat hic Piso adolescens nobilis summæ audaciæ, egens, factiosus, ad perturbandam Rempublicam inopiâ atq; malis moribus incitatus.

In hos dies: A minore hic ascendit; paulô pôst descendet; quia ad minutias vult venire, & dicere, nec particulam temporis sibi fuisse immunem à periculis.

Qui locus: Amplificatio per partes, locô nominis generici: ubiq;, semper.

Synonyma. eripiar, atquè evolem? Neque isti me meo nomine interfici, sed vigilantem Consulem de Reipublicæ præsidio dimovere volunt nec minùs vellent, *Repetitio. Enumeratio.* Cato, te quoquè aliqua ratione, si possent, tollere: id quod, mihi crede, & agunt, & moliuntur. Vident, quantum in te sit animi, quantum ingenii quantum auctoritatis, quantum Reipublicæ præsidii: sed cùm Consulari auctoritate & auxilio spoliatam vim Tribunitiam viderint, tum se faciliùs *A consequentibus.* inermem & debilitatum te oppressuros arbitrantur. Nam ne sufficiatur Consul, non timent. Vident in tuorum potesta-

Eripiar, atq; evolem: Synonyma: alterum tamen verbum plus dicit: sum in quotidianis periculis, ex quibus tamen evado non tam mea ope, quàm divina, *eripior* ex aperta violentia, *evolo* ex insidiis, & laqueis.

Meo nomine: Non tam laborant de mea persona, sed de Consule vigilante; talem non possunt tolerare.

Tollere: Interficere; Ad te quoq; pertinet periculum, ergo muta accusationis animum, & Murænæ fave.

Sed cùm Consulari: Tum primùm te aggredientur, quando priùs Consule, & consulari auctoritate tribunorum vim ac potestatem spoliârint, unum Consulem tollendo è vivis, alterum aliis rebus occupando. Observa substantiva abstracta & dictionem translatam: *Consulari auctoritate, & auxilio* pro Consule: *Vim tribunitiam*, id est: *tribunos.*

Ne sufficiatur Consul: Non timent, alterum Consulem Murænæ statim sufficiendum; quare non? vident enim in tribunorum plebis, suorum Collegarum, potestate fore. Nam si Syllanus alter Consul, damnato Muræna, velit

teſtate Collegarum fore: ſperant ſibi Syllanum, clarum virum, ſine Collega, te ſine Conſule, Rempublicam ſine præſidio objici poſſe. His tantis in rebus, tantisquè in periculis eſt tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, ſed patriæ natus es, videre, quid agatur, retinere adjutorem, defenſorem, Socium in Republica, Conſulem non cupidum, Conſulem (quod maximè tempus hoc poſtulat) fortunâ conſtitutum ad amplexandum otium, ſcientiâ

Similiter cadens. Compar. Adjunctio. Complexio.

Definitiones. Geminatio. Adjunctio. Similiter cadens.

lit Comitia Conſulatia habere, in quibus novus Conſul deſignetur, & ſufficiatur, tribuniplebis collegæ tui à Catilinariis corrupti, obſiſtent, vel interceſſione, vel auſpiciis, vel quacunq; ratione.

Sperant ſibi Syllanum: Atq; adeò ſperant, Syllanum ſolum fore Conſulem ſine Collega, te Catonem tribunumplebis non habiturum alterum Conſulem, à quo adjuveris, & Rempublicam tali modo omni præſidio nudandam.

Te ſine Conſule: Non habebis adjutorem Conſulem; nam ut alibi dicit: *Unus erit Conſul, & is non in adminiſtrando bello, ſed in ſufficiendo Collega occupatus,* hoc eſt: in adornandis novis Comitiis pro Conſule.

Objici poſſe: Poſſe fieri hoc modo, ut ſibi & ſuis conſiliis aliud non opponatur, quàm Conſul unus ſine Collega &c.

His tantis: Adhortatur Catonem ab honeſto, quòd patriæ natus ſit, item à neceſſario, utili, à dignitate, & perſona Murænæ.

Non cupidum: Non avarum, non ambitioſum.

Fortuna conſtitutum: Uti ſuprà *Fortunâ cum reipublicæ ſalute conjunctum*, cujus fortuna talis eſt, ut ipſi expediat rempublicam eſſe in otio, in pace, tranquillitate;

Compar. *Correctio.*	tiâ ad bellum gerendum, animo & usu, ad quod velis, negotium. Quanquam hujusce rei potestas omnis in vobis sita est, judices: totam Rempublicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis.
30. *A dissimili. Enthymema.*	Si L. Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset judicare, condemnaret L. Muraenam:
Repetitio. Disjunctio.	si interficere posset, occideret. Petunt enim rationes illius, ut orbetur auxilio Respublica, ut minuatur contra suum furorem Imperatorum copia: ut major facultas Tribunisplebis detur, depulso adversario, seditionis ac discordiae concitandae.
Enthymematis conclusio.	Idemnè igitur delecti amplissi-

qui enim malâ fortunâ utuntur, illi piscari volunt in turbido, ut se suâ inopiâ liberent.

Quanquam hujuscè: A Catone ad judices Oratio convertitur, ut hi etiam, si aliter sentiret Cato, tamen intelligant, Muraenam absolvi debere; quia in hac causa posita est, & pendet tota Respublica.

Si L. Catilina: Catilina condemnaret, inficeret, si posset Muraenam, ergo vos servare debetis, non interficere.

Petunt enim: Ipsius interest, ut respublica non habeat auxilium à Consule, ut tantò pauciores sint Imperatores, & ut tribuniplebis, qui corrupti, majorem habeant facultatem excitandi seditionem in plebe.

Depulso adversario: Si ille, qui adversaretur, ejectus sit in exilium.

Idemnè igitur: Observetur modus concludendi enthymema: Catilina sic judicaret; ergo vos debetis aliter judicare; est autem propriè enthymema; quia ex contrariis.

Am-

plissimis ex Ordinibus honestissimi, atque sapientissimi viri judicabunt, quod ille importunissimus gladiator, hostis Reipublicæ judicaret? Mihi credite, Judices, in hac causa non solùm de L. Murænæ, verùm etiam de vestra salute sententiam feretis. In discrimen extremum venimus: nihil est jam, unde nos reficiamus, aut ubi lapsi resistamus. Non solùm minuenda non sunt auxilia, quæ habemus: sed etiam nova, si fieri possit, comparanda. Hostis est enim non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est,

Metaphoræ.

Opposita.

Repetitio.

Amplissimis ex Ordinibus: Ex Ordine Senatorio, & Equestri, qui erant præcipui.

Importunissimus gladiator: Catilina; jam suprà dixi, cur homines cædis cupidos ad contemptũ gladiatores appellet.

Mihi credite: Conclusio, quæ continet amplificationem periculi; quis enim propriam salutem negligat?

Ubi resistamus: Jam suprà dixi: ubi maneamus stare, ubi firmi stemus.

Non apud Anienem: Historia est exposita à Livio lib. 26. Annibalem subitò cepisse consilium adducendi exercitûs ad urbem, itaq; castra locâsse ad Anienem fluvium tribus ab urbe milliaribus. Anio Anienis in agro Tiburtino fluvius est, qui è sublimi in subjectam vallem præceps fertur, de quo Horatius: *Et præceps Anio, & Tyburti lucus.* Ipse autem Annibal tum temporis cum duobus millibus Equitum ad portam Capenam obequitavit, ut situm urbis exploraret: Unde *Hannibal ad Portam.*

Bello Punico: Punicus idem ac Pœnus, & utroq; nomine Carthaginenses appellantur. Sic dicti sunt, quia à Phœnicibus oriundi, tanquam Phœni, & inde Pœni.

Nam

Dissolutio. est, sed in urbe, in foro, Dii Immorales! (sine gemitu hoc dici non potest) nonnemo etiam in illo sacrario Reipublicæ, in ipsa, inquam, Curia nonnemo hostis est. Dii faxint, ut meus Collega, vir fortissimus, hoc Catilinæ nefarium latrocinium armatus opprimat: ego togatus vobis, bonisquè omnibus adjutoribus hoc, quod conceptum Respublica periculum parturit, consilio discutiam & comprimam. Sed quid tandem fiet, si hæc elapsa de manibus nostris, in

Exclamatio. *Definitio.* *Occupatio.* *Antitheta.* *Allegoria.*

Nam Phœnices, ût in Virgilio, ob Pygmalionis sævitiam relictâ Tyrô, duce Elisa in Africam appulerunt, & primùm Byrsam (facti de nomine) dein Carthaginem condiderunt.

Nonnemo: Id est: aliquis. Is autem qui fuerit, incertum est, cùm ex conjuratis multi Senatores fuerint, ût P. Lentulus, L. Cassius, Cethegus, Sylla, Annius &c. quos enumerat Sallustius.

In illo sacrario: Ipse Cicero explicat, quòd Curiam sic appellet; summam enim religionem Curiæ habebant Romani ob sanctitatem secretorum consiliorum. Propriè sacrarium est repositorium sacrorum, vel templum.

Meus Collega: C. Antonius, qui cum exercitu missus, ut persequeretur Catilinā, Cicero jussus urbi præsidio esse.

Quod conceptum: Urbanas insidias intelligit. *Conceptū: Parturit; Comprimam,* allegoricè!

Discutiam: Dissipem; nam firma non erunt, quæ dispersa. Supervenit verbum plus significans: *comprimam,* suffocabo.

Elapsa de manibus: Significantur pro eo, quo diceret: si nostri Consulatûs vigilantiam, & diligentiam effugerint; nam *elabi* dicimur iis, qui valdè diligenter custodiunt,

in eum annum, qui consequitur, redundarint? Unus erit Consul, & is non in administrando bello, sed in sufficiendo Collega occupatus. Hunc jam qui impedituri sint.

Hypothyposis rerum futurarum.

Aliquid deest.

Illa pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpet, quà poterit: & jam populo Romano minatur: in agros suburbanos repentè advolabit: versabitur in castris furor, in curia timor, in foro conjuratio, in campo exercitus, in agris vastitas: omni autem in sede,

Incisa. Enumeratio, & distributio partium.

diunt, & observant. In manu est, quod est in alicujus potestate.

Redundàrint: Translatè à fluctibus; si malorum fluctus hi in annum proximum se effundant?

Unus erit: Syllanus.

In sufficiendo Collega: Multùm occupatus erit in adornandis Comitiis pro electione & designatione alterius Consulis; nam Tribuniplebis multa obstacula ponent, impedituri sunt, ut sequitur.

Hunc jam qui &c. Non est hic integer Orationis Ciceronianæ contextus, qui tamen ejusmodi esse videtur: Hunc, nempe Syllanum, jam qui impedituri sunt, Tribuniplebis aderunt, quos Cato destitutus auxilio Consulari, nequidquam in officio continere tentabit. Unde in Rempublicam spoliatam, suis præsidiis scelerati & nefarii cives pro libidine sua in ipsa urbe, & foris, illa pestis immanis, importuna, Catilina nempe, prorumpent &c.

Versabitur in castris: Elegans, plurimisq; tropis ac figuris illustrata distributio, atq; descriptio, & hypothyposis malorum consequentium; nec enim præterita tantum ita solent describi, sed & quæ fieri possent. Clauditur universali propositione: *omni autem in sede*, post partes

Similiter cadens. *Adjunctio.* sede, ac loco ferrum, flammamquè metuemus: quae jamdiu comparantur, eadem ista omnia, si ornata suis praesidiis erit Respublica, facilè & magistratuum consiliis, & privatorum diligentiâ opprimentur. Quae cùm ita

40. EPILOGUS. sint, judices, primùm Reipublicae causâ, quâ nulla res cuiquam potior debet esse, vos, pro mea summa, & vobis cognita in Rempublicam dili-

Compar. *Partitio.* *Disjunctio.* gentiâ moneo, pro auctoritate Consulari hortor, pro magnitudine pericu-

li

tes enim bene subjungitur universale.

Quae jam diu &c. Ista autem omnia, quae longo jam tempore adornantur, opprimi, & removeri, tolliquè poterunt, si Respublica suis praesidiis erit ornata, bono nempe Magistratu instructa; si & Magistratus diriget consilio, & privati debitam rebus diligentiam adhibebunt.

Ornata: Id est: instructa: ut *ornare classem, provinciam.*

Privatorum: Se, etiam hic intelligit: nam à Magistratu si decedat, inter privatos est; insinuat autem suam quoq; privati non defore diligentiam.

Quae cùm ita sint: Peroratio, quae constat magno commiserationis affectu, quem Cicero in Judicibus excitat: 1. Per deprecationem à periculo Reipublicae. 2. Ab adjunctis personae L. Muraenae tam externis, quàm internis, quòd sit designatus Consul, florente fortuna ante hac, jam aeger ex moerore; quòd nullum laeserit, domi ac militiae clarus; in nullius invidia aut odio unquam fuerit. 3. Auget commiserationem ab adjunctis exilii, matris, patris, fratris, municipii Lanuvini, unde natus &c.

Moneo: Monere, est inscios vel errantes de re aliqua docere, erudire.

Hortor: Hortari; est illius, qui hoc potest cum pondere & auctoritate.

Obte-

li obtestor, ut otio, ut paci, ut salu- ti, ut vitæ vestræ & cæterorum ci- vium consulatis: deinde ego fide vel defensoris, & amici officio adductus, oro atquè obsecro, judices, ut ne hominis miseri, & cùm corporis mor- bo, tum animi dolore confecti L. Murænæ recentem gratulationem nova lamentatione obruatis. Modò maximo beneficio populi Romani ornatus, for- tunatus videbatur, quòd primus in familiam veterem, primus in munici- pium antiquissimum, Consulatum at- tu-

Incisa. Repetitio.

Depreca- tio.

Annomina- tio. Affectus à persona Murænæ.

Obtestor: Obtestari, est graviter & interposita invo- cataq; superûm fide orare. Tria hæc quàm accommoda- tè proponit, singulis partibus tribuendo suum! monet & instruit pro sua diligentia ac vigilantia; hortatur tanquā Consul pro auctoritate; pro magnitudine periculi obte- statur. Ascendit autem oratio, & hic, & in sequentibus, *otio, paci, saluti, vitæ &c.*

Vel defensoris: Etiam defensoris; vel ideò, quia hanc defensionem suscepi; priùs enim loquebatur tanquam consul vigilans, solicitus &c.

Oro, atq; obsecro: Majore cum vi, quàm si unum sim- pliciter. Orat autem demisso animo, tanquam & sibi be- neficium præstaretur.

Hominis miseri: Miser dicitur etiam innocens reus, nam calamitosus est, quia in calamitatis periculo.

Recentem gratulationem: Quæ ei facta est ob Consula- tum. Vide infrà. Gratulationem lamentatione obruere, sive obtentum honorem luctu ac mœrore expellere, supe- rare &c.

Modò: Jam Consul est designatus, quod maximum po- puli R. beneficium.

Municipium: Lanuvium nempe, *antiquissimum*, quia in Ita-

tulisset: nunc idem squalore sordidus, confectus morbo, lacrymis ac mœrore perditus, vester est supplex, judices, vestram fidem obtestatur, misericordiam implorat, vestram potestatem, ac vestras opes intuetur. Nolite, per Deos immortales, judices, hac eum re, quâ se honestiorem fore putavit, etiam cæteris antè partis honestatibus, atquè omni dignitate, fortunaquè privare. Atquè ita vos, Muræna, Júvare. di-

Disjunctio. *Synonyma.*

Italia post eversam Trojam conditum perhibetur à Diomede. Quid *municipium*, dixi suprà. Hinc oriundus Murænæ; ergo in hoc municipium futurus Consul inferret primus dignitatem consularem; nam ex Murænæ familia nemo hactenus Consul fuit, uti patet ex suprà dictis.

Squalore sordidus: Id est: reus,qui mutata veste & sordidatus aderat judicio; nam ita solebant rei, ad commovendam erga se commiserationem.

Lacrymis, ac mœrore perditus: Qui ita in calamitate versatur,ut præter lacrymas & mœrorem nihil reliquum habeat, in his totus absorptus, dejectus.

Vestram fidem: Vestrum auxilium: ita enim sæpè fides accipitur: Dii vestram fidem! hoc est opem & auxilium!

*Potestatem ac opes:*Scit in vestra se esse potestate. *Opes* in numero plurali nō sunt tantùm divitiæ, sed fama,existimatio, auctoritas, potentia, & quidvis aliud.

Hac eum re: Ob hanc rem, propter speratum Consulatum.

Quâ se honestiorem: Quâ in re nihil peccavit: sed ideò Consulatum putavit esse petendum, ut cæteris suis & familiæ ornamentis novum adderet.

Atq; ita &c. Modus loquendi in fiducia causæ, ut

Virg.

dices, orat, atquè obsecrat, si injustè neminem læsit, si nullius aures, voluntatemvè violavit: si nemini, ut levissimè dicam, odio nec domi, nec militiæ fuit: sit apud vos modestiæ locus, sit auxilium pudori. Misericordiam spoliatio Consulatûs magnam habere debet, judices. Unà enim eripiuntur cum consulatu omnia. Invidiam verò his temporibus habere Consulatus

Merita & benefacta Murænæ.
Repetitio.
Hyperbole.

Antithesis.

Virg. *Et si pietate meremur: da deinde auxilium.* & Dido: *Si bene quid de te merui; fuit aut tibi quidquam dulce meũ.* Nam benefacta merentur gratiam, & innocentiæ ac virtuti debentur præmia, non pœna; quæ proinde hic à Cicerone allegantur per enumerationem.

Si injustè: Rectè addit injustè; quia interdum Reipublicæ causâ jure læduntur homines, cûm est scilicet pro Republica adhibenda à Magistratu severitas.

Si nullius aures &c. Si nihil dixit,aut fecit,quod alios offenderet.

Ut levissimè dicam: Si à nemine (quod tamen valde multum est, & in quo ad levissima descendo) fuit odio habitus: quàm facile enim aliquis in odium incidit!

Sit apud vos modestiæ locus: Sit vobis grata, & accepta modestia.

Demissis hominibus: Talibus,qui nullo modo efferuntur superbia, sed submissi sunt ac supplices.

Sit perfugium: Apud vos quò scilicet se jactati & vexati ab improbis recipere, & ubi securi acquiescere possint; sit nimirum apud vos tuta & defensa innocentia.

Misericordiam: Meritò ad misericordiam debetis moveri in eum, qui spoliatur consulatu, ad quem designatus est, & quocum amittet omnia.

Invidiam verò: Est hic antithesis: spoliatio Consula-

Simil. ead. latus ipſe nullam poteſt. Objicitur enim concionibus ſeditioſorum, inſidiis conjuratorum, telis Catilinæ: ad omne deniquè periculum, atquè ad omnem invidiam ſolus opponitur. Quare, quid invidendum Murænæ, aut cuiquam noſtrûm ſit in hoc præclaro Conſulatu, non video, judices. Quæ verò miſeranda ſunt, ea & mihi ante oculos verſantur, & vos videre & perſpicere poteſtis. Si, (quod Jupiter omen avertat!) hunc veſtris ſententiis afflixeritis, quò ſe miſer vertet? domumne? ut eam imaginem Clariſſimi viri, parentis ſui, quam paucis antè dic-

Optatio. 41.
Dubitatio.
Subjectio.
Affectus à perſona patris.

latûs & damnatio extremam infert calamitatem. Collata autem hæc dignitas & abſolutio non habet ullam invidiam; quia nihil ſingulariter boni nunc affert, neq; aliquid inde in vos mali redundat.

Objicitur: Ipſius enim Conſulatus eſt expoſitus periculis ob ſeditioſos &c.

Concionibus: Seditioſis conventibus.

Præclaro Conſulatu: In celebri, & pleno laboris conſulatu.

Afflixeritis: Condemnaveritis; affligetur enim condemnatus Muræna; quia ex altiſſimo honoris gradu ad infimam ſortem dejicietur, capitis etiam, uti vocabatur, diminutione maxima, amittendo civitatem, plectetur.

Quò ſe vertet? Locus ad commovendam miſericordiam aptiſſimus, quem in re triſtiſſima, undiq; derelicti ſolemus adhibere.

Eam imaginem: Si domum veniat, ſi vel aſpexerit imaginem patris ſui defuncti, quàm nova erit afflictio? ſolebant Romani parentum & majorum imagines domi aſſervare, in atriis collocare, in ſolennitatibus ornare &c.

Lau-

diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominiâ, lugentemquè videat? An ad matrem, quæ misera, modò Consulem osculata filium suum, nunc cruciatur, & solicita est, ne eundem paulò pòst spoliatum omni dignitate conspiciat? Sed quid ego matrem, aut domum appello, quem nova pœna legis & domo & parente, & omnium suorum consvetudine, conspectuq; privat? Ibit igitur in exilium miser: quò? ad Orientisnè partes, in quibus annos multos le-

Metaphora.
Affectus à persona Matris.

Correctio.
Dubitatio.
Amplificatio exilii.
Distributio.

Laureatam: Triumphantes laurô coronabantur, nec ipsi solùm, sed & eorum, & Majorum imagines. Triumphi L. Luculli expers non fuit ejus legatus L. Muræna. Ei igitur in Luc. Luculli triumpho gratulabantur. In ea gratulatione patris imago lauro coronata fuit.

In sua gratulatione: Potest intelligi gratulatio ex triumpho, & ex designatione Consulatûs.

Eandem deformatam: In luctu vel ignominia familiæ deformabantur imagines.

Lugentemq;: Metaphoricè rei inanimatæ, imagini scilicet, senium & luctum dat. Lugenti similis est, imago autem non luget.

Nova pœna legis: Nova enim lege in reos de ambitu statutum erat exilium, & quidem per X. annos.

Et domo &c. Exilium describit per adjuncta.

In exilium: Exilium erat pœna, quâ damnatis aquâ & igni interdicebatur, hoc est: omnis aquæ & ignis usus in urbe negabatur; quare necessariò solum debebant vertere, & urbe exire, qui dein *relegati* dicebantur.

Orientisnè partes? Id est: in Asiam, ubi prius bellicam illam laudem reportavit?

A circumstantia locorum. *Antitheta.* Legatus fuit, & exercitus duxit, & res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore decesseris, eòdem cum ignominia reverti. An se in contrariam partem terrarum abdet, ut Gallia Transalpina, quem nuper summo cum imperio libentissimè viderit, eundem lugentem, mœrentem, exulem videat? *Affectus à persona fratris.* *Synonyma.* *Traductio.* In ea porro provincia quo animo C. Murænam, fratrem suum, adspiciet, qui hujus dolor? qui illius mœror erit? quæ utriusque lamentatio? *A persona provincialium.* Quanto autem perturbatio fortunæ, atquè sermonis, quòd, quibus in locis paucis antè diebus factum esse

Legatus: Luculli nempe, in bello Mithridatico.

Habet magnum dolorem: Est res, quæ multùm doleat. Revocat ad Thesin.

In contrariam partem: Ad partes Occidentis, in Galliam, ubi Prætor fuit.

Abdet: Significanter: exules enim abscondunt se.

Summo cum imperio: Prætoribus enim in provincia summum & Consulare imperium erat, ubi etiam seni lictores cum fascibus eos antecedebànt. In urbe tamen & præsentiâ Consulũ, minoris erant dignitatis, potestatisq;.

C. Murænam: Quem decedens Lucullus provinciæ præposuit.

Hujus: L. Murænæ: *illius* C. Murænæ.

Perturbatio: Id est: permutatio fortunæ paucis diebus à summa lætitia ad summam miseriam conversæ.

Sermonis: Item permutatio sermonis inter homines provinciales, qui priùs cum gaudio & plausu locuti de Consule, jam loquentur de exule cum mœrore.

Cele-

esse Consulem Murænam nuntii, litteræque celebrâssent, & unde hospites, atque amici gratulatum Romam concurrerint, repente eò accedat ipse nuntius suæ calamitatis? Quæ si acerba, si misera, si luctuosa sunt, si alienissima à consvetudine & misericordia vestra, judices, conservate populi Romani beneficium, reddite Reipublicæ Consulem: date hoc ipsius pudori, date patri mortuo, date generi & familiæ, date etiam Lanuvio, municipio honestissimo, quod in hac tota causa frequens, mœstumque vidistis. Noli-

Oppositio.

Synonymia.
Repetitio.

Hortatur ab honesto & utili.
Deprecatio.
Enumeratio.
Repetitio.

Celebrâssent: Pervulgâssent, multis notum fecissent, nam *celebrare*, frequentiam significat, Itaq; *celebris locus* opponitur deserto; & *domus celebratur:* ob conventum multorum, ut alibi Cicero dixit.

Alienissima à mãsvetudine: Contra vestrã mansvetudinẽ.

Popul. R. beneficium: Consulatum summo beneficio populi R. ei collatum. Concludit, & repetit propositionem suam, in qua totius status quæstionis.

Ipsius pudori: Ejus modestiæ, integritati &c. uti suprà dixit: *sit apud vos modestiæ locus: sit auxilium pudori.*

Generi & familiæ: Genus latiùs patet, quàm familia; plures enim diversæ familiæ ad idem genus revocabantur, & ex eodem genere esse dicebantur, uti familiæ Scipionum, Lentulorum, Dolabellarum, Sullarum erant Cornelii generis, ex quo se pariter appellabant. Murænæ familia erat ex genere Licinio. De hac re etiam alibi, sed ad majorem claritatem & notitiam repeto.

Frequens mœstumq;: Copiosi adfuêre ad hoc judicium, advocaturi pro Muræna, & pro eodem soliciti ac mœsti.

 No-

A religione.

Polysyntheton.
Simil: cad.
Conjugata.
A suo officio & Reipublicæ cōmodo.
Traductio in pluribus.

Nolite sacris patriis Junonis Sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimùm avellere. Quem ego vobis, siquid habet aut momenti commendatio, aut auctoritatis confirmatio mea, Consul Consulem, judices, ita commendo, ut cupidissimum otii, studiosissimum bonorum, acerrimum contra seditionem; fortissimùm in bello, inimicissimum

Nolite sacris: Ne permittite, ut Muræna avellatur à suo municio Lanuvio, ubi colitur,& quidem Consulum sacrificiis Juno Sospita; ergo non colatur illa ab aliquo Consule Lanuvino? & Consul patriam suam Deam colere non possit, deserere debeat? Istud ne facite, judices.

Junonis Sospitæ: Juno; quæ variis colebatur nominibus, Lanuvii ædem habebat, & colebatur tanquam *Sospita*, quæ nempe *servaret* populum; antiquis etiam *Sispes* appellata fuit; huic sacrificare solebant Consules, quando magistratum inibant.

Facere: Sacrificare,sacrum facere,facere rem divinam, & absolutè: facere.

Domesticum & suum: Qui Lanuvii natus, vel Lanuvio oriundus.

Quem ego vobis: Ad extremum, Consulem strenuum futurum Murænam Consul Cicero pollicetur, commendatq; Judicibus.

Confirmatio: Affirmatio, asseveratio.

Cupidissimum otii: Et naturâ & fortunâ, ad pacem concordiamq; proclivem, naturâ, quia bonus: fortunâ, quia ipse in statu bono, quo qui sunt, iis mutatio rerum odio est, & bellum damno.

Studiosissimum bonorum: Qui bonis singulariter favet.

Huic

mum huic conjurationi, quæ nunc Rempublicam labefactat, futurum esse promittam & spondeam.

Huic conjurationi: Catilinæ, quæ adhuc viget.

EVENTUS.

Eventus hujus defensionis: absolutus est L. Muræna, & Consul Magistratum gessit cum Decio Junio Syllano, Anno Urbis Conditæ 691. Cùm anno priore 690. Consules essent M. T. Cicero, & C. Antonius. Post Murænam A. 692. Consules facti sunt M. Puppius Calpurnianus, & M. Valerius Messalà. A. 693. Q. Metellus Celer, & Luc. Afranius. A. 694. prima vice C. Jul. Cæsar, qui dein quinquies Consul fuit, quæ Chronologia sæpè necessaria est ad Ciceronis Orationes intelligendas.

Axiomata Ethica, & Politica.

Omnis Deorum immortalium potestas, aut translata est ad judices (ad Reges & Principes) aut certè communicata cum illis.

Natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur.

Cùm grave est verè accusari in amicitia; tum etiã, si falsò accuseris, non est negligendum.

Hoc non modò non laudari, sed ne concedi quidem potest, ut amicis nostris accusantibus, non etiam alienissimos defendamus.

Non est accipiendum maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convitio.

Non idem est ordo dignitatis, & renuntiationis: proptereá, quòd renuntiatio gradus habeat, dignitas autem sit persæpè eadem omnium.

Jurisprudentia est urbana militia respondendi, cavendi, plena solicitudinis, ac stomachi. Multùm vigilandum, laborandum: multorum stultitia perpetienda: arrogãtia perferenda. difficultas exsorbenda: vivendum ad aliorum arbitrium, non ad suum.

L. Otho legem theatralem tulit de speculatorum ordinibus.

Lex Calpurnia severissimè scripta fuit de ambitu.

Omnes concurrimus ad pericula propulsanda; & qui non apertè inimici sumus, etiam alienissimis in capitis periculis amicissimorum officia & studia præstamus.

Iniquam legem, & miseram conditionem instituit periculis hominum, qui existimabit, judiciũ accusatoris in reum pro aliquo præjudicio valere oportere.

Virtutis Magistri videntur fines officiorum paulò longiùs, quàm natura vellet, protulisse: ut cùm ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen, ubi oportet, consisteremus.

ORA-

❧)(*)(❧

ORATIO PRO DOMO SUA AD PONTIFICES.

ARGUMENTUM.

UT faciliùs tota hæc oratio intelligatur, juvabit ab illorum temporum historia lumen accipere. Annus Urb. Cond. 645. Ciceronis 49, agebatur, L. Calphurnio Pisone Cæsonino, & A. Gabinio Coss. quando tribunatu plebis fretus Clodius, & opportunis ad suum in Ciceronem odium explendum Consulibus, omnia ad illius subversionẽ molitus est, favente his conatib9 Cæsare, ne, quem ad sua consilia amicũ habere non posset, inimicum pertimesceret. Ut verò populum sibi Clodius devinctum teneret leges tulit quatuor, populares quidem illas, sed perniciosas Reipubl. ut scilicet frumentum populo gratis hoc anno præberetur: alteram, ne-

❧ * ☙

quis per eos dies, quibus cum populo fas agi, de cœlo servaret: tertiam de pristinis Collegiis restituendis, atq; instituendis etiam novis: quartam, ne quem indemnatum, atq; indictâ causâ, morte multarent, & siquis indemnatum sustulisset, ei aquâ & igni interdiceretur. Qua lege cùm peteretur Cicero, ùt qui Lentulum, Cethegum, aliosq; conjurationis socios, manifesto licèt scelere inauditâ tamen causâ inter vincula interemisset: & Clodius varias insuper in Ciceronem turbas concitaret, resq; vim spectaret: Cicero mutatâ quidem veste, sordidatusq; coram populo apparuit, commiserationis excitandæ causâ, & ejus gratiâ viginti facilè millia nobilissimorum juvenum pariter lugubri habitu pro Ciceronis salute in Capitolium confluxère, ejus exilio intercessuri; sed tanta erat turbulentæ, & ex ima hominum fæce concitatæ multitudinis vis, ea Cæsaris cum exercitu ad portas urbis sedentis, furoremq; Clodianum adjuvantis auctoritas, ea gravissimorum hominum, ac Pompeji quondam amicissimi, duorum præcipuè Consulum, aut dissimulatio, aut malevolentia, ut tantæ invidiæ odiis impar Cicero cedendam sibi potiùs, quàm urbem seditiorum hominum atq; ad arma spectantium furori objiciendam putaret. Itaq; extremo circiter Martio Siciliam versùs

sùs

sus se recepit, atq; Vibone ad Lucaniæ fretum substitit; sed á Prætore in Siciliam venire prohibitus, verso itinere Dyrrachium contendit, navigatione difficili, quâ ex alto rejectus, ubi deniq; appulisset, sensit terram subito motu contremiscere, tanquam, ut haruspices ominabantur, Ciceronem exulem ferre non posset. Hinc Thessalonicam delatus apud Cn. Plancium liberali hospitio fruit9 est, quem posteà accusatum de ambitu Romæ defendit. Clodius ut primùm Ciceronem urbe excessisse cognovit, lege cavit, ne quis Ciceronem intra 1369. ab urbe passus susciperet, aquâ illi & igni hucusq; interdictum esset; qui secùs faceret, impunè, hospes cum ipso exule, occideretur. Quam tamen pœnam omnes, singulari illum benevolentiâ complexi, neglexerunt. Villas exulis Clodius per submissos incendiarios inflammavit, magnificam quoq; in Palatio, seu monte Palatino, ejusdem Domũ paucis antè annis comparatam, injecto igne consumpsit, ac ne quando ad suum rediret auctorem, in arca Templum Libertatis erexit. Bona direpta ad Consulum Pisonis & Gabii ædes, villasq; transferebantur. Sed vis ista diuturna non fuit; nam mutatis unà cum Clodii tribunatu Consulibus summũ Urbis Magistratum adiêre P. Cornel. Lentulus Spinther, &

Q. Cæcilius Nepos, quorum ille nihil sibi rerum humanarum priùs in Senatu agendũ censuit, quàm ut de Cicerone revocando ad Patres referret. Cumq; L. Cotta princeps Senatûs assereret, nihil more majorum, atq; ex legibus cum Cicerone actum esse, ut idcirco ad eum revocandum lege opus non foret: Pompejus tamen ad Senatûs auctoritatem populi adjungenda esse suffragia statuit. Quare cùm in confertissima populi multitudine (nam tota fere Italia servandi Ciceronis causâ convenisse videbatur) de ejus reditu actum esset, res faustissima omnium acclamatione accepta est, & lege lata decretum, ut Cicero rediret. Post sedecim igitur mensium exilium pridie Nonas Septembris Romam venit, tantâ, quaquâ iter faceret per oppida, agrosq; effusione, & gratulantium concursu, ut non immeritò ipse dixerit, Italiâ sese humeri fuisse deportatum. Roma verò tanquã suis evulsa sedibus à Capena porta ad Capitolium, forumq; atq; ipsius Ciceronis domum, faustis acclamationibus implebat omnia, ut ad gloriam illi, atq; immortalitatem nominis, conscelerata illa Clodii vis non modò non propulsanda, sed emenda etiam fuisse videatur. Cicero autem se penitùs restitutum non arbitratus, nisi & domus, & villæ restituerentur, eas sibi reddi postulavit. Ad-

ver-

versabatur Clodius, qui domum Deæ Libertati consecratam, & idcirco obligatam Religioni, nec in profanas porrò manus consignandam contendebat. Quamvis igitur populus Comitiis Centuriatis Domum Ciceronis eodem jure esse jussisset, quò anteà fuisset, visum tamen est consultius, ut de ejus Religione ad Pontificũ Collegium referretur. Quocirca apud Pontifices disertâ hâc oratione Cicero Domum suam evicit. Inter præstantissimas est hæc oratio, de qua ipse Cicero ad Atticum scribit Ep. 2. lib. 4. Diximus apud Pontifices pridie Kal Octobris. Acta res est accuratè à nobis, & si unquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si nunquam aliàs fuimus, tum profectò doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit.

Quæstio *est in genere Judiciali: an cum jure, ac Religione Clodius civitate dejecerit Ciceronem, Domum everterit, & dedicârit?*

Di-

Divisio Orationis.

EXORDIUM.

ORditur à laude Pontificum, ab eorum officio, à causæ gravitate, quòd cavendum sit, si Clodius in hac causa à Pontificibus rectè fecisse judicetur, ne posthac plures improbi obtentu & velo religionis sua tegant scelera. Captat ergo benevolentiam & attentionem. Mox dociles reddit auditores, docendo, quo ordine sit dicturus, primùm nempe ea refutaturus, quibus Clodius existimâsset, se benevolentiam Pontificum sibi conciliaturum.

Propositio: Primò se respondere velle calumniis Clodii, ne hæ suæ causæ noceat. Secundò se accessurum ad causam domûs. N. 1.

CONFUTATIO.

Duas partes habet Contentio, sive Confirmatio:

1. Refutatio Conviciorum. N. 2.

Convicium 1. Pontifices jam abalienatos esse à Cicerone; quia is in gratiam Pompeji & populi Senatum, atq; adeò Pontifices desereret. N. 2.

2. Quòd Cicero se talem existimet, quo Republica carere non potuerit. N. 2.

3. Quòd turbulento illo die non venerit in Senatum. N. 3.

4. Quòd contrà dein venerit, ubi venire non debuisset, & sic hostis sit Capitolinus. N. 3.

5. Quòd malè in duorum consulum sententiam iverit de annonæ caritate tollenda. Refutat Cicero per 3. capita: 1. Quia ad novum hoc consilium maxima fuit causa. 2. Quia suarum præcipuè partium erat, hanc sententiam dicere. 3. Quia non aliò, quàm ad Pompejum fuit confugiendum. N. 5.

6. Cur

6. Cur Cicero ad Pompejum muneris hujus dignitatem transfert, à quo tamen ipse desertus est? N. 11.

CONFUTATIO.

Contentionis altera pars,& ejus propositio: Non potuit Clodius juxta jus publicum civitate dejicere Ciceronem, ejus domum evertere, ac dedicare.

1. Quia tribunatus Clodii fuit nullus; obtentus enim fuit per adoptionem,quæ tamen facta est contra jus sacrorum auspiciorum, & legum N. 13.
2. Actiones Tribuni Clodii sunt irritæ;probatur hac inductione principali: 1.Lex Clodia de exilio Ciceronis est irrita: 2. Domûs eversio est irrita. 3. Dedicatio est irrita. N. 16. & 17.

Prima pars inductionis probatur: 1.Quia privilegio lata est homini privato. 2. Quia lex Clodii lata est contra formam judiciorum, seu lata est nominatim de capite civis indemnati. N.17. 3. Quia imperitè lata est,nempe ut interdictum esset aquâ & igni, cui nondum interdictum esset N. 18. 4. Quia lata est simul de pluribus rebus. in fine N. 19. 5. Quia lata est per vim, in fine 20. Magna & longa amplificatio usq; ad N. 26. 6. Clodii lex est nulla. Probatur à testimoniis, à judiciis aliorum, & quia lata de exilio, quod Cicero neq; peccato, neq; judicio meritus est à N. 26. 7. Quia nec civitatem amittere potuit N.29.Multis iterum modis amplificatur usq; ad N. 34.digreditur subinde ad causas sui abitûs, & varia adhuc maledicta Clodii refutanda, usq; ad N. 37.

Secunda pars inductionis: Domûs eversio est irrita.N. 37.Quia eorum duntaxat domus fuerunt justè eversæ, qui fuerunt scelerati;probatur legibus, & exemplis &c.

Tertia pars inductionis: Dedicatio est irrita N. 39. 1. Quia facta est sine voluntate Deorum,N.41. 2.sine religione, quia sine Pontifice N. 45. 3. sine apprehensione postis templi N. 46. 4. contra jus publi-

cum

PERORATIO.

cum: nec enim licet Tribunisplebis consecrare. N. 47. 5. facta sine lege, sine jussu plebis. N. 59. 6. nec ipse Clodius in sua lege de consecratione vel dedicatione quidquam posuit. N. 50. deniq; sine verbis solemnibus facta est dedicatio, in fine N. 53.

Ad Pontifices, ut auctoritatem Patriæ revocantis suo judicio Ciceronem, Domui propriæ restituendo, confirment, Deosq; obtestatur, ut si pro Patria & illorum templis pugnârit, faveant.

ORA-

❧§)(*)(§❧

ORATIO.

CUm multa divinitùs, Pontifices, à majoribus noſtris inventa, atque inſtituta ſunt; tum nihil præclarius, quàm quòd vos eosdem & religionibus Deorũ immortalium, & ſummæ Reipublicæ præeſſe voluerunt; ut ampliſſimi & clariſſimi cives rempublicam bene gerendo: Pontifices religiones ſapienter interpretando, Rempublicam conſervarent. Quòdſi ullo tempore magna

gna

1. Periodicè: Polyſyntheton. Laudat Judices ad captandam benevolentiã. Par pari refertur.

Cùm multa: A genere, & theſi incipit.

Divinitùs: Eſt modus loquendi, cùm aliquid ſingulariter, & ſuprà humana extollere volumus.

Vos eosdem: Nam qui Pontifices, eorum pleriq; etiam Senatores, atq; adeò publici conſilii principes erant. Antiquiſſimis temporibus iidem ſacerdotes erant, qui & Reges. Virgil: *Rex Anio, Rex idem hominum, Divũmq; Sacerdos*.

Religionibus Deorum: Ut præeſſent rebus ſacris.

Summæ Reipublicæ: Et rebus graviſſimis, à quibus tota Respublica pendet in profanis.

Cives: Pontifices: Rempublicam: religiones: ſunt relata ad ſuperiùs dicta, & ſimul oppoſita, ut tanquam cives rempublicam in profanis, tanquam Pontifices in ſacris adminiſtraretis.

Interpretando: Pontifices enim conſulebantur, & reſpondebant de cultu Deorum, interpretantes, quæ Deorum voluntas ſit.

Ma-

A magnitudine rei, ad attentionē. gna causa in Sacerdotum populi Romani judicio ac potestate versata est: *Enumeratio partium.* *Incisa.* hæc profectò tanta est, ut omnis Reipublicæ dignitas, omnium civium salus, vita, libertas, aræ, foci, Dii Penates, bona, fortunæ, domicilia, vestræ sapientiæ, fidei, potestatiquè commissa, creditaquè esse videantur. *Dilemma.* Vobis hodierno die constituendum est, utrùm posthac amentes, ac perditos magistratus improborum, ac scelera- *Antitheta-* torum civium præsidio nudare, an etiam

Magna causa: Consvetudo Ciceronis est, ut ex ea causa, quam agit, totius reipublicæ pendere salutem affirmet. Ratio hic est; quia si factum Clodii probetur, omnes seditiosi tribunipl. similia audebunt, atq; adeò nemo res suas salvare poterit.

Reipubl. dignitas: Primò ponit generalia, & dein specilia; In omni enim enumeratione, vel à minoribus ad majora ascendimus, vel à majoribus descendimus ad minora; quod hic Cicero facit.

Aræ, foci: Aræ pro templis publicis, foci pro privatis domibus, earumq; sacrariis domesticis.

Dii Penates: Dii domestici.

Vobis hodierno: Hactenus à Judicum excellentia benevolentiam & à rei magnitudine attentionem captat. Utrumq; jam in hac periodo complectitur, dicitq;: In vobis nunc situm est, an malis Magistratibus vestrâ sententiâ adimere velitis præsidium & auxilium malorum hominum, ut hi eis non audeant porrò adhærere: vel an furiosis his hominibus per sacram auctoritatem vestram etiam gladium in manus velitis dare, ut magis furant.

Nam

etiam Deorum immortalium religione amare malitis. Nam si illa labes, ac flamma Reipublicæ suum illum pestiferum & funestum tribunatum, quem æquitate humana tueri non potest, divina religione defenderit, aliæ cæremoniæ nobis erunt, alii antistites Deorum immortalium, alii interpretes religionum requirendi. Sin autem vestra auctoritate, sapientiaque Pontifices, ea, quæ furore improborum in Republica ab aliis oppressâ, ab aliis desertâ, ab aliis proditâ, gesta sunt, rescinduntur, erit causa, cur consili-

Simil. cad.
Synœciosis.
Metaphora.
Antitheta.
Similiter cadens.
Traductio.
A consequentibus.
Dilemma.
Similiter cadens.
Repetitio.

Nam si illa labes: Clodius nempe. *Labes* enim est reipublicæ; quia in suo tribunatu dedecus aspersit; *flamma*; quia exitium attulit.

Tribunatum: Nam P. Clodius in suo tribunatu domum Ciceronis everterat, & alia patrârat mala.

Æquitate humana &c. Quia rescissa sunt, & rescindentur à Senatu, populoq; Romano, quæ gessit in tribunatu; ideò ad divina confugit, & sub specie Religionis aream, in qua steterat domus, Deæ Libertati consecravit.

Aliæ cæremoniæ &c. Minatur Pontificibus: si poterit Clodius se & scelus suum defendere, objiciendo religionem vestram: religio, res sacræ, cæremoniæ, antistites, Pontifices nulli erunt, nihil valebunt, alia omnia requirentur.

Sin autem: Si verò vos rescideretis, & non approbaveritis acta Clodii, meritò laudabuntur illi Majores nostri, qui vos tam præclaros Pontifices delegerunt.

Ab aliis oppressâ: Clodius oppressit rempublicam, alii, qui debebant eam tueri ac defendere, deseruerunt; alii etiam prodiderunt.

filium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis jure ac meritò laudare possimus. Sed quoniam ille demens, si ea, quæ ego per hos dies in Senatu de Republica sensi, vitupe-râsset, aliquem se aditum ad aures ve-stras esse habiturum putavit, non o-mittam ordinem dicendi meum: re-spondebo hominis furiosi non oratio-ni, quâ ille uti non potest, sed con-vicio, cujus exercitationem cùm in-tolerabili petulantia, tum etiam diu-turna impunitate munivit. Ac pri-mùm

Docilem facit auditorem.

Correctio.

PROPOSITIO.

CONTENTIO.

Consilium Majorum: Quòd Majores nostri hoc habuerint consilium, vos Pontifices creandi, inde magnopere laudari possunt.

Sed quoniam: Quia autem Clodius putavit, se benevolas aures apud vos habiturum, si data à me consilia vituperaret; ideò debeo ego, juxta morem meum, primùm respondere ejus calumniis, dein accedam ad ipsam causam de mea domo.

Per hos dies: Postquam in urbem rediit, biduo ferè pòst Cicero sententiam dixit in Senatu de Pompejo in summa annonæ caritate per quinquennium rei frumentariæ præponendo.

Respondebo: Est hic finis Exordii, & Principium Confirmationis: dat ordinem orationis, quem velit sequi; primò dicit, se respondere velle calumniis adversarii, deinde ad suam causam accessurum; atq; hæc ad docilitatem pertinent.

Convicio: Convicium est maledictum cum contumelia.

Exercitationem: Calumniandi consvetudinem suam roboravit, confirmavit, auxit per insignem petulantiam, & per hoc, quòd tamdiu impunè licuerit facere, nullaq; pœnâ coërcitus fuerit.

Ac primùm: Incipit à refutatione conviciorum. Primum

mûm illud à te, homine vesano ac furioso requiro, quæ te tanta pœna tuorum scelerum, flagitiorumquè vexet, ut hos tales viros, qui non solùm consiliis suis, sed etiam specie ipsa dignitatem Reipublicæ sustinent, quòd ego in sententia dicenda salutem civium cum honore Cn. Pompeji conjunxerim, mihi esse iratos, & aliud de summa hoc tempore religione sensuros, ac me absente senserint, arbitrêre.

sive CONFIRMATIO. PARS I. *Primum cōvicium.*

Traductio.

mum erat: dicebat Clodius Pontifices jam à Cicerone abalienatos fore, nec ut antè pro ipso staturos, ideò quia se ad Pompejum applicaret, eum præponendo rei frumentariæ, & quod populus expetit, svaderet: hac ratione verò Pontifices, qui optimates erant, desereret. Respondet Cicero Pontifices non esse inconstantes.

Pœna vexet: Etiam ethnicus agnovit, peccati pœnam esse novum peccatum, cùm per modum pœnæ ab uno in alterum impellamur.

Hos tales viros: Pontifices.

Sed specie ipsa: Non solùm ingenio & prudentiâ rempublicam sustinent, sed etiam externa specie oris, majestate corporis, dignitate vitæ; nam species notat omnem apparatum exteriorem, qui in oculos incurrit.

Quòd ego: Periodus significatur in verbo *arbitrēre quòd ego* est media constructio. Putas mihi iratos, quôd ego salutem civium cum honore Pompeji conjunxerim, dederim illam sententiam de re frumentaria, quæ concernit salutem civium, redundaturam ex honore Pompeji.

De summa religione: Sicut suprà de summa Republica, de rebus religionem maximè concernentibus.

Ac me absente: Quàm judicaverint me absente. Causa ista de Domo Ciceronis inter Senatores (qui & Pontifices) jam acta fuit absente Cicerone, & pro Cicerone ab

 iis,

Dialogismus. *Antitheta.* *Inconstantia.* *A dissimili.* *Antitheta.* *Similiter cadentia.* *Dissolutio.* *Adjunctio.*

rè. Fuisti tu, inquit, apud Pontifices superior: sed jam, quoniam te ad populum contulisti, sis inferior necesse est. Itanè verò: quod in imperita multitudine est vitiosissimum, varietas & inconstantia, & crebra, tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia gravitas, à libidinosa sententia certum, & definitum jus religionum, vetustas exemplorum, auctoritas litterarum, monumen-

iis, qui judicârunt Ciceronem non solùm in persona, sed etiam quò ad res suas restituendum. Quandoquidem nunc Cicero se ad populum contulit, agendo pro Pompejo & pro populo in re frumentaria, putat Clodius Senatum, & Pontifices offensos fore, tanquam qui à Senatu ad populum defecisset.

Apud Pontifices superior: Plus me valuisti gratiâ & auctoritate apud Pontifices, nunc inferior me apud eosdem futurus es; quia Pontifices molestè ferunt, te ad opes Pompeji confugisse, eiq; extra ordinem totius rei frumentariæ potestatem commisisse.

Itanè verò: Refutatio primi convicii. Pontifices non sunt inconstantes, ut vulgus; quod decreverunt, decreverunt certis inducti juribus? exemplis &c.

Imperita multitudine: Vulgo.

A libidinosa sententia: Ab ea sententia, quam libido, non ratio affert.

Certum & definitum jus: Certæ leges sacrorum.

Auctoritas litterarum: Eæ litteræ, in quibus scriptum est de jure dedicandi, & religione, vel inferenda, vel tollenda.

Monumentorum: Rerum, quæ exstant de similibus exemplis &c. Nos jus Canonicum, & Pontificium appellare possu-

mentorumquè deterret? Tunè es ille, inquit, quo Senatus carere non potuit, quem boni luxerunt: quem Respublica desideravit? Quo restituto, Senatûs auctoritatem restitutam putabamus? quam primùm adveniens prodidisti. Nondum de mea sententia dico. Impudentiae primùm respondebo tuæ. Hunc igitur, funesta Reipublicæ pestis, hunc tu civem ferro, & armis, & exercitûs terrore, & Consulum scelere, & audacissimorum hominum

2. Convicium. Traductio. Prosopopœia Clodii, cum Ironia.

3. Arripit Clodii verba. Polysyntheton. Enumeratio.

possumus auctoritatem litterarum, monumentorumq; sacrorum.

Tunè es ille: Secundum convicium in eo est: suntnè hæ gratiæ tuæ senatui redditæ, ut Senatoriam auctoritatem prodas statim, ubi primùm ab exilio rediisti? Prodidisse arguebat ex superiore convicio, quòd deseruerit optimates, & ad populum se contulerit.

Quamprimùm: Auctoritatem Senatûs prodidisti, id est: deseruisti, & tradidisti ignominiæ.

Nondum de mea: Non respondebo tibi directè de re ipsa, de re frumentaria, de Senatus Consulto facto; sed indirectè, & tuis te convincam verbis: dicis senatum non potuisse me carere, judicatum me esse necessarium reipublicæ, cur tu igitur me ita persecutus es?

Funesta reip: Tu ô funesta reipublicæ pestis. Clodium alloquitur.

Ferro & armis: Enumerat ea, quæ fecit Clodius, ut Ciceronem in exilium pellat.

Exercitûs terrore: Exercitum Cæsaris intelligit, qui tunc erat ad portas, cùm de Cicerone Clodius legem tulit; cujus metu, quasi sibi Cæsar suffragaretur, Clodius terruit Ciceronem.

Consulum scelere: Gabinius tunc Consul erat, mollis atq; effœminatus homo, itemq; Piso, Ciceroni parùm

 æquus,

num minis, servorum delectu, obsessione templorum, occupatione fori, oppressione curiæ, domo & patriâ, ne cum improbis boni ferro dimicarent, cedere curâsti, quem à Senatu, quem à bonis omnibus, quem à cuncta Italia desideratum, arcessitum, revocatum, conservandæ Reipublicæ causâ confiteris? At enim in Senatum venire, in Capitolium intrare turbulento illo die non debuisti? Ego verò neque veni, & domo me tenui, quamdiu turbulentum tempus fuit: cùm servos tuos ad rapinam, ad bonorum cædem paratos, cum illa tua conscleratorum, ac perditorum manu, armatos etiam in Capitolium tecum venisse constabat; quod

Repetitio. Incisa.

Occupatio, & 3. convicium. Verbis Clodii respondet Cicero.

Geminatio.

æquus, licèt affinitate conjunctus.

Servorum delectu: Servos conscripserat Clodius, sibi militaturos adversùs Ciceronem.

Ne cum improbis: Coëgisti me ire in exilium; ivi, & patriâ cessi, ne meâ causâ res ad arma deduceretur, & boni contra improbos bellum facerent cum suo periculo.

Cedere curâsti: Coëgisti, fecisti, ut cederem.

At enim: Loquitur Clodius, & criminatur, quòd Cicero primò quidem non venerit in Senatum ob metum turbulenti illius diei, venerit autem postea. Respondet Cicero; primò non veni ob cautelam justam, veni dein remoto metu, urgente causâ publicâ.

Non debuisti? An non tu Cicero comparere tunc debuisses in Senatu?

Ego verò: Causas, cur tum non venerit, indicat.

Consceleratorum: Idem ferè ac sceleratus, quamvis hic significare possit scelerum socios.

Scio

quod cùm mihi nuntiaretur, ſcio me domi manſiſſe, & tibi, & gladiatoribus tuis inſtaurandæ cædis poteſtatem non fecisse. Poſteaquam mihi nuntiatum eſt, populum Romanum in Capitolium propter metum atque inopiam rei frumentariæ conveniſſe, miniſtros autem ſcelerum tuorum perterritos, partim amiſſis gladiis, partim ereptis, diffugiſſe: veni non ſolùm ſine ullis copiis ac manu, verùm etiam cum paucis amicis. An ego, cûm P. Lentulus Conſul optimè de me, ac de Republica meritus, cùm Q. Metellus (qui cùm meus inimicus eſſet, frater tuus, & diſſenſioni noſtræ, & precibus tuis ſalu-

Polyſyntheton.

Geminatio.

Cauſæ, cur in Senatum venerit.

Polyſyntheton.

Scio me domi manſiſſe: Prudens, volens, ſciens, domi manſi propter tuas inſidias, ut ne poſſes me occidere.

In Capitolium: In quo Senatus habebatur, quò multitudo ob annonæ caritatem concitata concurrit.

Miniſtros ſcelerum: Conſceleratos tuos ſodales.

Ac manu: Sine manipulo militum.

An ego: Jam reddit rationem, cur ſublato metu Clodii venerit; inprimis vocatus fui à Conſulibus. Lentulus, unus è Conſulibus Ciceroni erat addictus. Metellus quidem inimicus, ſed condonavit inimicitias ob bonum reipublicæ.

Frater tuus: Alibi quoq; Metellum vocat fratrem Clodii, inimici ſui, potiùs oratoriè, quàm quòd re ipſa frater fuerit. Conſobrinus autem Metellus fuit Clodii; quia P. Clodius erat Cæciliæ filius, Cæcilia autem hujus Metelli Nepotis amita. Alii exiſtimant fratrem fuiſſe non germanum, ſed adoptivum.

salutem ac dignitatem meam praetulisset) me arcesserent in Senatum; cùm tanta multitudo civium tam recenti officio suo me ad referendam gratiam nominatim vocarent, non venirem, cùm praesertim te jam illinc cum tua fugitivorum manu discessisse constaret? Hîc tu me etiam custodem, defensoremquê Capitolii, templorumquè omnium, hostem Capitolinum appellare ausus es, quòd cùm in Capitolio Senatum duo Consules haberent, eò venirem? Utrumnè est tempus aliquod, quo in Senatum venisse turpe sit? An res illa talis erat, de qua agebatur, ut rem ipsam repudiare, & eos, qui agebant, condemnare deberem? Primùm dico, Senatoris esse boni, semper

Repetitio.

4. Convicium. Antitheta.

4. Thesis.

per

Praetulisset: Potiùs voluit consulere dignitati meae & saluti, quàm ut praevaleret privata dissensio, vel tuae preces, qui rogabas, ut ne me restitueret.

Tam recenti officio: Quod mihi tum primùm exhibuerant, me revocando ab exilio.

Ad referendam gratiam: Ut gratias redhiberem.

Hic tu me: Quartum convicium: calumniabatur Clodius: quid Cicero tùm in Senatu? Respondet, popościsse hoc officium boni, & non timidi Senatoris.

Custodem defensoremq;: Qui custos ego sum, & fui quàm maximè temporibus Catilinae, defensor Capitolii, & Senatûs.

Rem ipsam repudiare: Ut ne talem causam mihi habere commendatam vellem, sed eam negligerem.

Eos, qui agebant: Duos Consules *condemnare* judicio meo, si in Senatum non venirem, tanquam ego reprobarem

rem

per in Senatum venire: nec cum his sentio, qui statuunt minùs bonis temporibus in Senatum ipsi non venire: non intelligentes, hanc suam nimiam perseverantiam vehementer iis, quorum animum offendere voluerunt, gratam & jucundam fuisse. At enim nonnulli propter timorem, quòd se in Senatu tutò non esse arbitrabantur, discesserunt. Non reprehendo: nec quæro, fueritne aliquid pertimescendum. Puto, arbitratu suo quemquè timere oportere. Cur ego non timuerim, quæris? quia te illinc abiisse constabat. Cur, cùm viri boni nonnulli putârint, tutò se in Senatu esse non posse, ego non idem senserim? Cur, cùm ego me existimem id, quod agunt, & propterea interesse nollem.

Occupatio.

Repetitio.
Occupatio.
Interrogatio.
Responsio.

Qui statuunt: Qui putant non veniendum in Senatum temporibus periculosis, & minùs bonis, quôd tutum non sit, sententiam dicere.

Nimiam perseverantiam: Erant aliqui Senatores, qui cùm in sua sententia firmiter persistere vellent,& ex altera parte hac sua sententia nollent quemquam, ex adversariis offendere, ea propter in Senatum non venerunt; verùm id ipsum adversariis gratum erat; quia tali modo minor erat sibi adversantium numerus.

At enim: Illi priores ex alia causa non venerunt in Senatum: nunc dicit,quod alii non veniant ob metum.Etiam tu Cicero,inquiebat Clodius,abesse poteras,& debebas ob metum. Respondet, non habui, quod timeam, postquam te illinc abiisse constabat.

Arbitratu suo: Timeat, qui putat se habere timoris causam.

An

existimâssem tutò omnino in civitate esse non posse, illuc irem? An aliis licet, & rectè licet, in meo metu sibi nihil timere: mihi uni necesse erit, & meam, & aliorum vicem pertimescere? An, quia non condemnavi sententiâ meâ duo Consules, sum reprehendendus? Eos igitur ego potissimùm damnare debui, quorum lege perfectum est, ne ego indemnatus, atque optimè de Republica meritus, damnatorum pœnam sustinerem? quorum etiam delicta propter eorum egregiam in me conservan-

Geminatio. Cōparatio.

5. Convicium.

Conjugata.

Enthymema & à minore.

do

An aliis licet: Licet aliis sine timore esse, cùm res & periculum non ipsos, sed me concernit: *in meo metu:* cur ego necessariò timere debeo non solùm propter me, sed & propter alios, in aliorum causa, atq; periculo? *aliorū vicem:* in aliorum causa.

An quia non: Ideonè me reprehendis; quia duorum Consulum sententiæ me non opposui, eos non condemnavi in sua opinione? Visus autem essem condemnare, si ab iis in Senatum arcessitus non venissem. Jam venit ad quintum, & principale Clodii convicium, defenditq; se ob sententiam liberè dictam de potestate rei frumentariæ Pompejo deferenda.

Duo consules: Antiqua locutio pro *duos*, sicut alibi ostensum.

Quorum lege: Lege Cornelia & Cæcilia duorum istorum Consulum revocatus est Cicero ab exilio.

Indemnatus: Significat se iniquè & indictâ causâ in exilium abire debuisse.

Quorum etiam delicta: Si duo hi Consules etiam mali aliquid facerent, perferendi essent: ergo multò minùs eos repudiare & damnare debeo, cùm optimè faciunt.

Opti-

do voluntatem non modò me, ſed omnes bonos ferre opporteret, eorum optimum conſilium ego potiſſimùm, per eos in meam priſtinam dignitatem reſtitutus, conſilio repudiarem meo? At quam ſententiam dixi? Primùm eam, quam populi ſermo in animis noſtris jam antè defixerat: deinde eam, quæ erat ſuperioribus diebus agitata in Senatu: deindè eam, quam Senatus frequens tum, cùm mihi eſt aſſenſus, ſecutus eſt: ut nequè allata ſit à me res inopinata ac recens, nec, ſiquod in ſententia vitium eſt, magìs ſit ejus, qui dixerit, quâm omnium, qui probârint. At enim liberum Senatûs judicium pro-

Traductio.

Suam defendit Sententiam contra Clodium.

Polyſyntheton.

Relata. Compar. Prolepſis.

Optimum conſilium: Nam ideò Senatum habuêre, ut annonæ difficultatem opportuno remedio tollerent.

At quam ſententiam: Defendit jam ſententiam ſuam, quæ erat de re frumentaria Pompejo demandanda. Cauſa & occaſio hujus rei fuit imminens fames, & ſeditio Clodiana.

Populi ſermo: Senſimus id, quod ſentire populum, atq; expoſcere videbamus, ut curandi frumenti munus Pompejo demandaretur.

In animis noſtris: Sermo populi in meo & Senatorum animo rei hujus neceſſitatem defixit, impreſſit.

Superioribus diebus: Ergo non nova, non inopinata, non mea tantùm erat ſententia, quia jam ante meum adventum agitata.

Nec ſiquod: Si crimen eſt, Senatoribus commune eſt; ſi ego peccavi, etiam Senatus peccavit, qui meum factum probavit.

At enim liberum: Nova Prolepſis. Senatores non potuerunt liberè ſententiam ferre ob metum plebis, circa cu-

A contrariis & repugnantibus. Simil: des.

propter metum non fuit. Si timuisse eos facis, qui discesserunt, concede, non timuisse eos, qui remanserunt: sin autem sine iis, qui tum afuerunt, nihil decerni liberè potuit: cùm omnes adessent, cœptum est referri de inducendo S. C. Ab universo Senatu reclamatum est. Sed quæro, in ipsa sententia, quoniam princeps ego sum ejus, atquè auctor, quid reprehendatur? Utrùm causa novi consilii capiendi non fuit? An meæ partes in ea causa non præ-

5. A causis.

Distributio in 3. partes.

curiam adstantis. Respondet Cicero per contrarium, & per dilemma, ut sequitur.

Si timuisse: Dixisti suprà: aliquos propter metum abfuisse, aut discessisse ex contrario sequitur, eos non metuisse sibi, qui remanserunt: si enim metuunt, qui discedunt, ergo non metuunt, qui remanent.

Afuerunt: Id est: abfuerunt.

De inducendo: Bene notandum, quòd *induco* hìc significet, *deleo, tollo, antiquo;* aliàs contrarius sensus eveniet, ergo de abrogando illo Senatus Consulto intellige, quod de Pompejo rei frumentariæ præficiendo factum est. Verbum *induco*, pro *abrogo, deleo* juridicum est, & inde habet originem, quòd quæ in pugillaribus ceratis scripta erant, ducto per ceram stylo obliterarentur, & delerentur.

Reclamatum est: Patet igitur, eos, qui tum abfuerunt, si affuissent, idem sensuros fuisse, quod ii, qui affuerunt, seu adfuerunt.

Utrùm causa: Examinat causas suæ sententiæ; & primò, annon ad novum consilium capiendum, sat magna fuerit causa & imminens fames, & metuenda seditio concitata à Clodio? Secundò præcipuas partes suas, fuisse ad hanc sententiam dandam demonstrat. Tertiò, non alio, quàm ad Pompejum confugiendum docet. Tria hæc jam

præcipuæ fuerunt? An aliò potiùs confugiendum fuit? quæ res, quæ causa major, quàm fames esse potui, quàm seditio, quàm consilia tua, tuorumquè, qui, facultate oblatâ, ad imperitorum animos incitandos, renovaturum te tua illa funesta latrocinia ob annonæ causam putavisti? Frumentum provinciæ frumentariæ partim non habebant: partim in alias terras, credo, propter varietatem venditorum miserant, partim, quò gratius esse tum, cùm in ipsa fame subvenissent, custodiis suis

Prima pars.

Repetitio.
Traductio.

Ironia.

jam proponit: primum amplificat: *quæ res, quæ major &c.* usq; ad: *Fuit igitur causa &c.* Secundum probat à N. 6. usq; ad N. 8. tertium probat à verbis; *Negat oportuisse quidquam uni &c.*

Quàm fames: Quæ res magìs cogere potest ad nova consilia capienda, quàm fames, quæ aliàs ad quævis scelera homines incenderet, & ad summam redigeret desperationem; quia nihil fame est miserius, & fames, ut ait Seneca de brevit: vitæ c. 10. *ultimum malorum etiam objessis est.*

Consilia tua: De renovandis ob annonæ causam latrociniis.

Imperitorum: Plebejorum.

Ob annonæ causam: Occasione præsentis annonæ: in speciem ob annonam; revera improbo consilio. Clodio adscribit hujus tumultûs, & seditionis causam.

Provinciæ frumentariæ: Ut Asia, Sicilia, Africa, unde magna vis frumenti Romam apportabatur.

Varietatem: Grævius legendum putat: *avaritiam*, & erit sensus planus. *Varii venditores* etiam intelligi possunt de diversis diversarum nationum publicanis in ejusmodi provincia commorantibus, qui in suas & varias terras tantò plus frumenti misêre, ac vendidêre.

Res

suis clausum continebant, ut subitò novum mitterent. Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atquè ante oculos proposito periculo: nequè id conjecturâ prospiciebamus, sed jam experti videbamus. Nam cûm ingravesceret annona, ut jam planè inopia ac fames, non caritas timeretur, concursus est ad templum Concordiæ factus, Senatum illuc vocante Metello Consule: qui si verus fuit ex dolore hominum, & fame, certè Consules causam suscipere, certè Senatus aliquid consilii capere potuit; sin causa fuit anno-

Periphrasis.

Similiter desinens.

Dilemma.

Res erat: Clarum erat, jamq; re ipsa experiebamur.

Planè inopia: Inopia est paucitas & defectus annonæ; caritas est pretii magnitudo. Potest autem annona copiosa esse, & tamen cara, sive magni pretii.

Ad templum Concordiæ: Varia templa Deæ Concordiæ exstructa fuère: primum M. Furius Camillus Dictator V. in Capitolio vovit, & extruxit. In hoc Templo senaculum erat, ubi Magistratus cum senioribus deliberabant: stabant quoq; positæ ibi statuæ pretiosissimæ peritissimorum artificium, quarum aliquæ etiamnum superesse dicuntur

Qui si verus: Qui concursus, si verus, id est: justâ, & annonæ causâ præcisè factus est, non impulsu Clodii, sed ex dolore hominum, ita, ut homines ex dolore, quem sentiebant, vel ob præsentem jam, vel futuram famem ita concurrerent &c.

Capere potuit: Potuit jure, & debuit Senatus medelam afferre.

Sin causa fuit annona: Vulgo sic dixisset; si finalis, hoc est: rationativa causa fuit annona: impulsiva verò fuit Clodius

annona, seditionis quidem instimulator, & concitator tu fuisti: nonnè id agendum nobis omnibus fuit? ut materiam subtraheremus furori tuo? Quid si utrumq; fuit, & ut fames stimularet homines, & tu in hoc ulcere tanquam ungvis existeres: nonnè fuit eò major adhibenda medicina, quae & illud nativum, & hoc delatum malum sanare posset? Erat igitur & praesens caritas, & futura fames. Non est satis: facta lapidatio est. Si ex dolore plebi, nullo incitante; magnum malum. Si P. Clodii impulsu, usitatum hominis facinorosi scelus. Si utrumquè, ut & res esset ea, quae sua sponte multitudinis animos incitaret; & parati,

Proverbiū.
Allegoria.

Synecdoche.
Subjectio.

Syllogism9, ejusdemq; Major.

dius &c. nonnè debuimus ligna subtrahere foco, & materiam incendio, tuo nempe furori alimenta?

In hoc ulcere &c. Ungvem in ulcere figere proverbialiter dicimus pro: malo & dolori dolorem addere, augere, concitare.

Nativum: delatum: Insitum,& adventitium: quod intus esset,aliud quod extrinsecus obvenisset. Alibi dicitur, *intestinum & oblatum* Per delatum ergo malum intelligit supervenientem seditionem à Clodio concitatam.

Facta lapidatio: Sicut in seditionibus solet fieri,lapides jaciebant seditiosi.

Si ex dolore plebei: Si plebei fecerunt lapidationem ex dolore (nam verbum subintelligi debet) magnum malum est.

Si Clodii impulsu: Iterum subintelligitur verbum. Est hic Syllogismus perfectus ordine propositus: *si &c. atqui &c.* vide marginalia.

Vide-

Polysyntheton. *Adjunctio.* ti, atquê armati seditionis duces: videturnè ipsa Respublica & Consulis auxilium implorâsse, & Senatûs fidem? *Minoris membrum* 1. Atqui utrumquè fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summamquè inopiam rei frumentariæ, ut homines non jam diuturnam caritatem, sed ut famem planè timerent, nemo negat. Hanc istum otii & pacis hostem, cau- *Membrū* 2. *minoris demonstratur.* *Incisa.* sam arrepturum fuisse ad incendia, cædem, rapinas, nolo, Pontifices suspicemini, nisi videritis. Qui sunt homines à Q. Metello, fratre tuo, Consule, in Senatu palàm nominati, à quibus ille se lapidibus appetitum, etiam percussum esse dixit? L. Sergium, & M. Lollium nominavit. Quis est ille Lollius? qui

Videturnè: Putasnè opus fuisse consilio & auxilio Consulis, & Senatûs?

Hanc istum causam: Altera pars, quæ in majore posita est, cùm dixit, utrumq; fuisse: impulsu Clodii ac Clodianorum seditio facta est. Amplificatur, & probatur ab effectis L. Sergii, & M. Lollii.

Arrepturum fuisse: Quòd Clodius in turbido piscaturus fuerit, nolite suspicari, nisi ad oculum demonstrem.

Fratre tuo: Vide N. 3.

Lapidibus appetitum: Lapidibus appetitur, qui non tangitur; percutitur, qui etiam tangitur; ergo crescit oratio.

L. Sergium: Sergiorum nomen & familia originem trahit à Sergesto Trojano, de quo Virgil. l. 5, v. 121. Ipse etiam Catilina, L. Sergius Catilina vocabatur. Qualis hic Sergius fuerit, satis describit Cicero.

M. Lollium: Nominat utramq; personam simul, dein seorsim utriusq; qualitatem describit.

Sine

qui sine ferro ne nunc quidem tecum est: qui, te Tribunoplebis, nihil de me dicam, sed qui Cn. Pompejum interficiendum depoposcit. Quis est Sergius? Armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis, concitator tabernariorum, damnatus injuriarum, percussor, lapidator, fori depopulator, obsessor curiæ. His, atquè hujusmodi ducibus, cum tu in annonæ caritate in Consules, in Senatum, in bona fortunasquè locupletium, per causam inopum, atquè imperitorum, repentinos impetus comparares: cum tibi salus esse in otio nulla posset: cùm desperatis ducibus decuriatos, ac descriptos haberes exercitus perditorum: nonnè providendum Senatui fuit, ne in hanc tantam ma-

Definitiones.
Similiter cadentia.

Repetitio.
Incisa.

Sine ferro: Qui tibi armatus adstat; qui ne nunc quidem sine ferro tecum est.

Nihil de me dicam: Se quoq; insidiis à Lollio petitum significat.

Tabernariorum: Plebem intelligit, sive homines, qui in tabernis sunt.

In Consules: In hac enumeratione à præcipuis descendit ad minùs præcipuos.

Per causam inopum: Quasi defenderet inopes, atq; imperitos, sive plebejos, nam *per causam*, est per speciem: significatione falsa.

Decuriatos: Per decurias distributos milites. Decuriare & centuriare passim accipitur pro conscribere; sub desperatis Ducibus conscriptos exercitus haberes.

Metaphora Cõclusio primæ partis.

materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiendi novi consilii. Videte nunc, fuerintne partes meæ pæne præcipuæ? Quem

6. Secunda Distributionis pars. Repetitio. Interrogationes vehementes.

tum Sergius ille tuus, quem Lollius, quem cæteræ pestes in lapidatione illa nominabant? quem annonam præstare oportere dicebant? nonne me? Quid? puerorum illa concursatio nocturna? num à te ipso instituta me frumentum fla-

Materiem seditionis: Ne ad annonæ difficultatem, quæ materiem præbebat seditioni, adjungeretur, *adhæresceret* Clodius, funesta illa fax, quæ incendium seditionis augeret.

Fuit igitur: Priùs metaphoricè conclusionem proposuit: *providendum, ne in materiem hanc funesta fax adhæresceret.* Cùm autem metaphoræ sæpè rem obscurent, ideò propriis verbis iterum subjicit conclusionem: repetit autem verba Propositionis propter delectationem varietatis, & memoriam.

Videte nunc: Secunda pars distributionis: *an meæ partes non præcipuæ?*

Quem tum Sergius; Imprimis vi malorum impulsus sum ad dicendam eam sententiam.

Cæteræ pestes: Reliqui improbi tui socii.

Nominabant: Scilicet lapidibus me appetendum, & percutiendum.

Annonam præstare: Caritatis eventum & periculum in se recipere; suppeditari à me debere annonam dicebant.

Puerorum illa concursatio: Multitudo puerorũ apposita & subornata fuit, qui de caritate annonæ quiritarentur, & Ciceroni invidiam crearent. Per pueros etiam famulos, & plebejos intelligit.

Num à te ipso &c. Nunquid à te instituti, subornati, à me frumentum petebant? Interrogationes ponit loco simplicis affirmationis; quia plùs valent, quàm si simpliciter tantùm affirmemus.

Com-

flagitabant? Quasi verò ego aut rei frumentariæ præfuissem, aut compressum aliquod frumentum tenerem, aut in isto genere omnino quidquam aut curatione, aut potestate valuissem. Sed homo ad cædem imminens meum nomen operis ediderat, imperitis injecerat. Cùm de mea dignitate in templo Jovis Optimi Maximi Senatus frequentissimus, uno isto dissentiente, decrevisset, subitò illo ipso die carissimam annonam nec opinata vilitas consecuta est. Erant, qui Deos immortales (id quod ego sentio) numine suo reditum meum dicerent comprobâsse. Nonnulli autem illam rem ad illam

Polysyntheton.

Compressum: Comprimere frumentum, est coëmere, coacervare, ac reservare, quod solent fœneratores facere.

Aut curatione: Tanquam ego curam habuissem frumentum comparandi: *aut potestate* distribuendi.

Ad cædem imminens: Mortem meam appetens.

Operis: Operæ pluralis numeri homines operarios significant. Operarios ergo quodammodo ad cædem conduxit Ciceronis, quibus nomen Ciceronis *ediderat*, eum palàm nominaverat, ejus nomen *imperitis*, plebejis, operariis, mercenariis injecerat, temerè inculcârat, ut hunc inclamarent, tanquam ipse causa esset.

Uno isto dissentiente: Clodio.

Numine suo reditum: Vilitatem annonæ subitò consecutam adscribit felicitati reditûs sui; eo, quòd à suo discessu seditio & bellum semper fuerit timendum, & ex his sequatur caritas annonæ: malis his desinentibus

Ab effectis, & consequentibus. illam rationem, conjecturamquè revocabant, qui, quòd in meo reditu spes otii & concordiæ sitæ videbatur, in discessu autem quotidianus seditionis timor: jam pœnè belli depulso metu, commutatam annonam dicebant: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, à me, cujus adventu fore vilitatem boni viri dictitabant, annona flagitabatur. Ego deniquè non solùm ab operis tuis, impulsu tuo nominabar, sed etiam depulsis ac dissipatis tuis copiis à populo Romano universo, qui tum in Capitolium convenerat, cùm illo die minùs valerem, nominatim in Senatum vocabar. Veni exspectatus. Multis jam sententiis dictis, rogatus *Similiter cadens &* sum sententiam: dixi Reipublicæ saluberri-

bus redeat pariter annonæ vilitas.

Commutatam annonam: A caritate in vilitatem.

Quæ quia: Reditus meus sperabatur allaturus annonæ vilitatem, & primò quidem attulerat; posteà repentè in illa seditione Clodii, pretium denuò creverat, & ideò à me petebant omnes boni annonam.

Facta erat durior: Id est: carior, majoris pretii.

Annona: Annona propriè est res frumentaria, quæ ad annuum victum pertinet, quasi ab anno dicta.

Non solùm: Ad sententiam dicendam non solùm compulsus sum vi improborum, sed precibus bonorum. Jam hos, & populi universi se petentis studia describit.

Depulsis ac dissipatis: Ut suprà dixit: *Ministros scelerum tuorum perterritos, partim amissis gladiis, partim ereptis, diffugisse.*

Non

berrimam, mihi necessariam. Petebatur à me frumenti copia, annonæ vilitas; quasi possem aliquid in ea re gerenda: non habebatur; flagitabar bonorum expostulatione. Improborum convicia sustinere non poteram. Delegavi amico locupletiori, non quò illi, ita de me merito, onus illud imponerem, succubuissem enim potiùs ipse; sed quia videbam id, quod omnes: quod nos de Cn. Pompejo polliceremur, id illum fide, consilio, virtute, auctoritate, felicitate deniquè sua facillimè perfecturum. Itaquè sive hunc Dii immortales fructum mei reditûs popu-

desinens.

Mēbratim.
Contraria.

Allegoria.

Incisa.
Dissolutio.

Non habebatur: Non erat, unde ego succurrerem; flagitabant hinc boni, *expostulantes*, vehementer petentes (non enim *expostulo* semper significat exprobrare, sed etiam vehementer poscere) illinc conviciabantur improbi. Quid ergo agendum? *delegavi &c.*

Convicia: Clamores annonam flagitantium sparsis simul in me calumniis.

Delegavi; delegare dicuntur debitores, qui cùm præsentem pecuniam non habent, alium quemdam creditoribus assignant, qui solvat locô sui.

Amico locupletiori: Cn. Pompejo.

Quia videbam: Intelligebam, uti intelligebant omnes alii, in Pompejo talia esse, quæ requiri possunt in eo, cui aliquid tutò committendum; nempe fidem, consilium &c.

Polliceremur: Quidquid de Pompejo speraremus, id eum effecturum per suas virtutes.

Itaq; sive hunc: Est divisio, & quasi dilemmatica conclusio: sive Dii ex meo reditu populo Romano voluerunt nasci singularem felicitatem: sive ego mea virtute debui

Effectorum Enumeratio Incisa. Dissolutio. Antitheta, & rursus incisa. populo Romano tribuunt, ut quemadmodum discessu meo frugum inopia, fames, vastitas, cædes, incendia, rapinæ, scelerum impunitas, fuga, formido, discordia fuisset: sic reditu meo ubertas agrorum, frugum copia, spes otii, tranquillitas animorum, judicia, leges, concordia populi, Senatûs auctoritas, mecum simul reducta videantur: *Incisa.* sive egomet aliquid adventu meo, consilio, auctoritate, diligentiâ pro tanto beneficio populo Romano præstare debui, præsto, promitto, spondeo: *Synonymia. Incisa.* nihil dico ampliùs: hoc, quod satis est huic tempori, dico, Rempublicam annonæ nomine in id discrimen, *8. Conclusio 2. partis.* quò vocabatur, non esse venturam. Num igitur in hoc officio, quod fuit præcipuè meum, sententia mea reprehen-

post reditum hanc rem & felicitatem populo Romano præstare, certè hoc verum est, Rempublicam ab isto nunc periculo liberatam.

Ubertas agrorum: Observa, quomodo priori enumerationi malorumque jam opposita bona subjiciat, interdum singula singulis, interdum binis unum. Est etiam notanda amplificatio, quâ universale in partes dividitur.

Præstare: Id est: cum periculo meo curare, ut fiat.

Annonæ nomine: Non ampliùs Rempublicam ita periclitaturam propter annonæ caritatem.

Quò vocabatur: In discrimen vocari, id est: adduci.

Num igitur in hoc officio: Concludit secundam partem, & transit ad tertiam, quæ erat: *An aliò potiùs confugiendum, & non ad Pompejum?*

Rem

henditur? Rem maximam eripuit à peste summi periculi, non solùm eam, sed etiam vos à cæde, incendiis, vastitate: nemo negat; cùm ad causam caritatis accederet iste speculator communium miseriarum, qui semper in Reipublicæ malis sceleris sui faces inflammârit. Negat oportuisse, quidquam uni extra ordinem decerni. Non jam tibi sic respondebo, ut cæteris: Cn. Pompejo plurima, periculosissima, maxima, terrâ, marique bella extra ordinem esse commissa: quarũ rerum siquem pœniteat, eum victoriæ populi Romani

Metaphora.

Tertia pars distributionis.

Rem maximam: Rei frumentariæ caritatem, & inopiam intelligit.

A peste: A malo.

Nemo negat: Utuntur hac formula Oratores, cùm testimonio non habent opus.

Ad causam caritatis &c. Cùm ille materiam hanc, & occasionem arriperet, scelerata sua consilia exequendi.

Speculator: Qui observabat nempe, ut in malis aliorum posset exequi scelerata sua consilia, & in communi malo majores scelerum suorum faces accenderet.

Negat oportuisse: Tertia pars, in qua refutat, quòd non ad Clodium fuerit confugiendum. Primùm autem bonis viris respondet, quos concedit aliquid dicere quidem, sed refelli posse; deinde convertit se ad adversarium, quem suismet convincit exemplis.

Extra ordinem decerni: Hoc est: non juxta ordinarias leges, quas habebant Romani, e.g. ne quis fieret Consul ante certam ætatem, vel ne, qui Consul fuit, ante decenniũ denuò creetur, & similia; in hoc casu, ne officiũ rei frumentariæ daretur Pompejo, quem modò non tangebat ordo.

Esse commissa: De extraordinariis imperiis Pompejo de-

Traductio. ni necesse est pœnitere. Non ita tecum ago. Cum his hæc à me haberi oratio potest, qui ita disputant, se, siqua res ad unum deferenda sit, ad Cn. Pompejum delaturos potissimùm: sed se extra ordinem nihil cuiquam dare: cùm Pompejo datum sit, id se pro dignitate hominis ornare, ac tueri solere. Horum ego sententiam ne laudem, impedior Cn. Pompeji triumphis: quibus ille, cùm esset extra ordinem ad patriam defendendum vocatus, auxit nomen populi Romani, imperiumquè honestavit: constantiam probo,

Traductio.

Ab exemplis prætéritis.

demandatis dictum est in Orat. pro lege Manil.

Pœnitere: Est traductio ejusdem verbi, sed cum magna significationis auxesi: quem pœnitet Pompejo extra ordinem aliquid decretum fuisse, illum pœnitet, & dolet, quòd Respublica nostra salva sit, & gloriosa.

Ornare ac tueri: Rem factam, quòd felici eventu & pro utilitate Reipublicæ facta sit, se equidem laudare, defendere; manere tamen in sua sententia, & nolle se à legibus ordinariis recedere, nec cuiquam aliquid extra ordinem dare; qua in re constantia quædam est, quam Cicero quidem laudat, quatenus constantia est: non laudat, quia eventus in Pompejo docuit, oppositam sententiam fuisse meliorem; ideò inquit: *triumphis Pompeji impedior, ne horum sententiam laudem.*

Vocatus: Vocantur, qui non ultro sese ingerunt.

Constantiam probo: Ut suprà explicatum; non quidem sententiam laudat, sed aliquam in rebus constantiam; Clodianorum inconstantiam deinde vituperaturus, qui id faciendum dicunt, quod ipsi tamen minimè faciunt.

Mi-

bo, quâ mihi quoquè utendum fuit, quo ille auctore extra ordinem bellum cum Mithridate, Tigranequè gessit. Sed cum illis tamen possum aliquid disputare. Tua verò, quæ tanta impudentia est, ut audeas dicere, extra ordinem dari nihil cuiquam oportere? qui cùm lege nefaria Ptolomæum Regem Cypri, fratrem Regis Alexandrini,

Concessio.

Objurgatio.

Clodium suomet facto refellit.

Periodus continuata.

Mihi quoq; utendum: Ipsi faciunt, quod solent, cùm extra ordinem Pompejo nihil dant: æquè enim id omnibus negant. Ego quoq;, quod anteà feceram in bello Mithridatico extra ordinem Pompejo demandando, idem feci nunc in rei frumentariæ procuratione eidem extra ordinem decernenda, & quam in illis constantiam probo, eâdem in me ipso delector.

Quo auctore: Prætor Cicero Orationem habuit, quâ svasit juxta legem Maniliam Pompejo bellum demandandum, ergo bene auctor, quia svasor, dici potest.

Cum illis possum disputare: Cum iis, qui probabiles quasdam, & speciosas rationes habent, possum disputare, & rationes pro & contra ventilare, tu verò cur id non probas in Pompejo, quod in Catone anteà probâsti? quænam hæc impudentia est, ut in re simili non similiter sentias?

Lege nefaria: Quæ contra jus lata esset.

Ptolomæum Regem: Fuit hic Ptolomæus alterius Ptolomæi Auletis dicti, & Regis Ægypti sive Alexandrini Frater, de quo rem & historiam huc pertinentem amplificat Cicero in Sextiana: aliqua necessaria excerpimus: *Si nondum à Senatu socius appellatus, erat tamen frater ejus Regis, qui jam erat à Senatu illum honorem consecutus, erat eodem genere &c. si nondum socius ac non hostis: pacatus, quietus &c, de hoc, inquam Rege, nihil cogitante, suspicante Pisone, Gabinio Coss: P. Clodius tribunus plebis legem tulit, ut præconi publico subjiceretur, ac nullâ comme-*

ni, eodem jure regnantem, causâ incognitâ, publicâsses, populumquè Romanum scelere obligâsses: cùm in ejus regnum, bona, fortunas, latrocinium hujus imperii immisisses, cujus cum patre, avo, majoribus societas nobis & amicitia fuisset: hujus pecuniæ deportandæ, & siquis suum jus defenderet, bello gerendo M. Catonem

Simil. des:

Dissoluta, & incisa.

memoratâ injuriâ cum bonis omnibus publicaretur, & ad id negotium M. Cato cum Prætorio imperio mitteretur.

Eodem jure: Hæreditario, ex paterna successione.

Causâ incognitâ: Nullâ commemoratâ injuriâ, indictâ causâ.

Publicâsses: Præconi publico subjecisses, proscripsisses. Dicuntur & personæ publicari, & bona.

Populum R. scelere obligâsses: Ut quem induxisti, ut legem tuam nefariam de publicando Ptolomæi regno suis suffragiis comprobaret.

In ejus regnum: Non ita conjunge: *in ejus regnum immisisses bona, fortunas, latrocinium hujus imperii,* hoc enim malè sonaret; sed *in ejus regnum, in ejus bona, & fortunas immisisses latrocinium hujus imperii,* hoc est: hostes, raptores bonorum, veluti latrones. *Latrocinium* audacter & cum hyperbole dixit Cicero scelus illud, quod commisit Imperium Romanum contra jus & fas invadens sine ulla causa quasi socii Regis bona; nam & alibi latrocinia vocat gravissima scelera, præcipuè in cædibus & rapinis commissa.

Cum Patre: Pater hujus Ptolomæi fuit Ptolomæus Lathurus, avus Ptolomæus Evergetes: qui & Physco. Ptolomæi Reges Ægypti omnes à primo illo dicti Ptolomæo, qui post Alexandrum M. Rex Ægypti factus, à πτόλεμος poëticè, pro πόλεμος bellum, *Ptolomæi,* id est: bellicosi,

Defenderet: Quisquis in regno Ptolomæi resisteret rapto-

nem præfecisti. Dices, quem virum? Sanctissimum, prudentissimum, fortissimum, amicissimum Reipublicæ, virtute, consilio, ratione vitæ mirabili ad laudem, & propè singulari. Sed quid ad te, qui negas esse verum, quemquam ulli Reipublicæ extra ordinem præfici? Atquè in hoc solùm inconstantiam redarguo tuam: qui in Catone, quem tu non pro illius dignitate

Occupatio. Similiter desinentia. Laus Catonis.

9.

ptoribus bonorum ad jus suum defendendum, contra illum bellum gereretur.

Præfecisti: Hanc provinciam lata lege Catoni demandâsti, ut hujus Regis pecunias & bona deportaret ex Cypro, & contra se defendentes bellum gereret. Rex autem Ptolomæus, cùm Catonem hac rogatione adversùs se armatum venire audisset, vim haud expectandam ratus, veneno sibi mortem conscivit. Cato igitur in Cyprum nemine obsistente ingressus; deportatâ Romam regia supellectile, insulam illam Romanorum provinciam fecit.

Dices, quem virum? Objectio, quam non ponit solùm, ut adversario respondeat, sed magis, ut M. Catonem placet, ne eum in invidiam adduxisse videatur.

Sanctissimum: Ob virtutes religionis, integritatis, inviolatæ fidei &c. videtur posteà retulisse *virtutem* ad *sanctissimum: consilium* ad *prudentissimum: rationem vitæ* ad *fortissimum*, hoc est: constantissimum. Vide enim orationem pro Muræna, quàm in cœpto semel proposito & ratione vitæ Cato fuerit constans & tenax.

Sed quid ad te? Catonis laudes tuum factum non excusant. Nam si juris non est, ulli rei quemquam extra ordinem præfici: cur tu Catonem præfecisti?

Esse verum: Id est: justum, par, æquum. Ita etiam pro Muræna: *negat verum esse allici benevolentiam cibo &c.*

Pro-

Paronomasia. *Simil. desin.* *Antitheta.* *Repetitio.* *Metaphora.* *Adjunctio.*

tate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras; quem tuis Sergiis, Lolliis, Titiis, cæterisque cædis, & incendiorum ducibus objeceras: quem carnificem civium, quem indemnatorum necis principem, quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras, ad hunc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti: & tantâ fuisti intemperantiâ, ut

Produxeras: Non ad honores promoveras, evexeras, ornâras illo extraordinario imperio, ut ejus postulabat dignitas, sed ut tuum exigebat scelus.

Subduxeras: Sub specie honoris aliô relegatum volueras, ne tibi adversaretur in tribunatu.

Sergiis, Lolliis, Titiis: Sergium, Lollium, suprâ & infrâ: Titium in ea pro Sextio, & de Harusp. responsis nominat, ubi introducit viros egentes, perditos, seditiosos, atq; inter hos etiam Titium; *Gellium, Firmidium, Titium, ejusdemmodi Furias.* Numerus autem pluralis, qui usurpatur, consvetus est in his enumerationibus, sicut alibi dictum.

Objeceras: Aliquem objicere malis hominibus, ut vim suam & crudelitatem erga eum exercere possint, idem idem ferè est, ac feris dilaniandum objicere.

Carnificem civium &c. De quo Catone priùs dixisti, quòd sit Carnifex civium, actor necis eorum, qui non essent damnati &c. eo, quòd Cato sententiam illam dixit in Senatu de necandis Catilinariis, quam Senatus secutus est.

Rogatione tua: Tua lege, quam tuleras; ferebatur enim rogando populum, & petendo, num placeat, & inde *rogatio* dicitur: hinc *abrogare legem, derogare legi &c.*

Intemperantia: Perturbatione in agendis rebus, absq; ulla moderatione.

Illius

ut illius tui sceleris rationem occultare non posses. Litteras in concione recitâsti, quas tibi à C. Cæsare missas diceres. CÆSAR PULCHRO: Cùm etiam es argumentatus, amoris esse hoc signum, cùm nominibus tantùm uteretur, nequè adscriberet Pro consule, aut Tribunoplebis; deinde gratulari tibi, quòd idem in posterum M. Catonem tribunatu tuo removisses, & quòd idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. Quas aut nunquam tibi ille litteras misit: aut si misit, in concione re-

Dilemma.

Illius tui sceleris: In relegando, amandando Catone.

C. Cæsare: Qui tum in Gallia erat, summus Catonis inimicus.

Cæsar Pulchro: Incriptio epistolæ: vocabatur autem Clodius, P. Clodius Pulcher; nam patritia gens Clodiorũ, quæ eadem est ac Claudiorum, in quatuor stirpes cognominibus distinctas, erat divisa, Regillensium, Pulchrorum, Centhonum, & Neronum, à quibus ultimis Claudius Nero tyrannus.

Argumentatus: Ex hac inscriptione deduxisti.

Nominibus: Id est: cognominibus solis absq; alio titulo.

Pro Consule: Id est: Proconsuli; nam antiquus modus erat dicendi: Pro-Consule, qui nempe pro Consule, locô Consulis esset.

Gratulari: Diceres, Cæsarem tibi in iis litteris gratulari, quòd tu idem tua lege effecisses, ut aliò migraret Cato, ne te in tuo tribunatu impediret, & tu idem Catoni *libertatem ademisses* de *extraordinariis potestatibus*, subintellige intercedendi, vel malê loquendi, contradicendi, ut nimirum Cato non posset impòsterùm contra extraordinarias potestates verba facere; quod enim ipse ac-

recitari noluit: aut sive ille misit, sive tu finxisti, certè consilium tuum de Catonis honore illarum litterarum recitatione patefactum est. Sed omitto Catonem, cujus eximia virtus, dignitas, & in eo negotio, quod gessit, fides & continentia tegere videntur improbitatem & legis, & actionis tuæ. Quis homini post homines natos turpissimo, sceleratissimo, contaminatissimo, quis illam opimam, fertilemque Syriam, quis bellum pacatissimis gentibus, quis pecuniam ad emendos agros

Aliis exemplis Clodiū reprehēdit, & amplificat interrogat: & repetitio. Epitheta Vituperii. De Gabinio.

accepisset, in aliis reprehendere non posset; in quem sensum loquitur Cicero pro Sextio: *qui in concione palàm dixerint, lingvem se evellisse M. Catoni, quæ semper contra extraordinarias potestates libera fuisset.*

Consiliū tuū: De Catone per honoris speciem relegando.

Sed omitto Catonem: Conclusio hujus exempli, à quo ad alia transit; adhuc enim in eadem tertiæ partis probatione pergit: licere extra ordinem aliquid committere alicui, & hoc ipsum fecisse Clodium.

Tegere: Catonis virtute, mala lex Clodii emendata est, & compensata.

Quis homini: Gabinium intelligit, qui cum Pisone Consul infestus Ciceroni, eidemq; exilii causa fuit. Etiam huic Clodius provinciam extra ordinem dedit.

Syriam: Syria est illa regio, quæ nunc Soria, Souire, & à Turcis Souiristan vocatur, regio fertilissima, sed à Turcis non satis culta; præcipuæ illius civitates sunt Aleppo, & Damascus.

Bellum pacatissimis: Pro: bellum contra pacatissimas gentes dedit.

agros constitutam, ereptam vi ex Cæsaris rebus actis, quis imperium infinitum dedit? Cui quidem cùm Ciliciam dedisses, mutâsti pactionem, & Ciliciam ad Prætorem item extra ordinem transtulisti: Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. Quid? homini teterrimo, crudelissimo, fallacissimo, omnium scelerum libidinumquè maculis notatissimo, L. Pisoni, nonne nominatim populos liberos, multis Senatus-Consultis, etiam re-

Adjunctio.

Epitheta Vituperii.

De Pisone.

Ereptam vi ex Cæsaris &c. Cæsaris pecunia, assignata nempe Cæsari ad res gerendas in Gallia, vi ex ærario erepta est Clodio, & data Gabinio ad ornandam ejus provinciam.

Imperium infinitum: illimitatum.

Cùm Ciliciam dedisses: Ut in Sextiana: *Ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si Rempublicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur.* Cilicia, nunc Caramania dicitur, in qua præcipuæ civitates sunt Tarsus, Mallus, Issus, sive Ajazzo & Adena.

Transtulisti A Gabinio: transferre est auferre ab aliquo, quod anteà datum est, & idem dare alteri.

Amplificato: Acto pretio. Nam plus ab eo spectabatur lucri.

Quid homini: Exemplo Pisonis pariter redarguitur Clodius, cui & ipsi extra ordinem provinciam demandavit, Macedoniam nempe, cùm ad id tempus lege Sempronia in Senatûs, non tribuniplebis potestate fuisset, provincias Consulares demandare.

L. Pisoni: De hoc Cicero plurima in Orat. de Provinc. Consul & in Pisonem.

Populos liberos: Qui liberi populi erant, Macedones nempe, & plures, qui hoc nomine tum comprehendebantur, Achajæ, Thessaliæ populi &c. De quibus multa Senatûs

recenti lege soceri ipsius liberatos, vinctos & constrictos tradidisti? Nonne, cùm ab eo merces tui beneficii, pretiumque provinciæ meo sangvine tibi esset persolutum, tamen ærarium cum eo partitus es? Itane vero? Tu provincias Consulares, quas C. Gracchus, qui

Cōparatio à dissimili.

tûs-Consulta; atq; ipse Cæsar decreverat, ut essent verè populi liberi, ac propriis legibus, & Magistratibus uterentur. Hos tamen Clodius Pisoni gubernandos tradens, ei quodammodo vinctos & constrictos tradidit, in servitutem nempe Pisonis redegit. Jam antè igitur illa Provincia declarata erat libera, sed dum Romanæ secures, Romaniq; Magistratus eò mittebantur, tollebatur libertas, nec licebat provinciæ suis legibus uti.

Recenti lege soceri: Cæsaris.

Nonnè cùm &c. Nunquid pro mercede collati à te beneficii, demandatæ nimirum provinciæ, & pro pretio provinciæ acceptæ Piso tibi, meum sangvinem, hoc est: meam vitam pactus est, atq; etiam hanc, sicut promisit, in summum discrimen adduxit? nec satis; insuper ærarium tecum partitus est. Vendita Pisoni fuit provincia à Clodio eo pretio, ut ipse vicissim meum sangvinem in discrimen adduceret.

Ærarium partitus: Pecunias Reipublicæ cum eo divisisti? Hoc ipsum adducit Orat. in Pisonem. Ærarium exhauserat Piso; quia sororius ejus adulter, Clodius nempe, caverat, & pactus erat, si Pisoni daret provinciam & pecuniam ereptam ex visceribus Reipublicæ, ipsum sibi debere omnium scelerum socium esse.

Provincias Consulares: Provinciæ dictæ sunt exteræ regiones, quæ in populi Romani ditionem imperiumq; concesserant, *provinciæ* dictæ quasi *procul victæ*, ut auctor est Varro. Consulares autem dicebantur, cùm eas Proconsules, aut quod non rarò contigit, Consules ipsi obti-

ne-

qui unus maximè popularis fuit, non modò non abstulit ab Senatu, sed etiam ut necesse esset quotannis constitui per Senatum, decreta lege sanxit: eas lege Sempronia per Senatum decretas rescidisti, extra ordinem sine sorte nominatim dedisti, non Consulibus, sed Reipublicæ pestibus; nos, quòd nominatim rei maximæ pœnè jam desperatæ summum virum sæpè ad extrema Reipublicæ discrimina delectum præfecimus, à te reprehendemur? Quid tandem, si quæ tum illis Rei-

Traductio.

Correctio.

10.

nebant. Grachus igitur legem tulit, decreta lege sanxit, ut provincias Consulares Consulibus decernat Senatus, non populus.

Maximè popularis: Juris populi studiosissimus & retinentissimus, hac tamen in re Senatûs auctoritatem stabilivit contra populum.

Eas lege Sempronia: Eas provincias Consulares à Senatu decernendas tu rescidisti. Est metonymia, pro: leges de provinciis Consularibus rescidisti. Lex Sempronia est ea ipsa, de qua priùs, quam C. Grachus Sempronius tulit, à cognomine dictam Semproniam.

Extra ordinem: Contrà quàm ordo legis poscebat, *sine sorte:* nam postquam Senatus decrêsset, quænam provinciæ hoc anno Consulares forent, & à Consulibus administrandæ, ipsi Consules eas provincias inter se sortiebantur, quæ huic, quæ alteri contingeret; hoc Clodius fieri non permisit.

Pestibus Consul est, qui consulit Patriæ, non igitur Piso Consul, qui eam evertit, sed pestis Reipublicæ dicēdus.

Rei maximæ: Iterum intelligit rem frumentariam, ut suprà.

Summum virum: Pompejum.

Quid tandem: Neq; hæc solùm extraordinaria decreta se-

Allegoria, tristis Reipublicæ status describitur. Reipublicæ tenebris, cæcisquè nubibus, & procellis, cùm Senatum à gubernaculis dejecisses, populum è navi exturbâsses, ipse archipirata cum grege prædonum impurissimo plenissimis velis navigares: si quæ tum promulgâsti, constituisti, promisisti, vendidisti, perficere potuisses, qui locus in orbe terrarum vacuus extraordinariis fascibus, atquè imperio Clodiano fuisset? *Dissoluta. Simil. desin:* *Licentia. Traductio.* Sed excitatus aliquando Cn. Pompeji (dicam ipso audiente, quod sensi & sentio, quoquo animo me auditurus est) excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeji nimiùm diu reconditus, & penitus abstrusus animi dolor, subvenit subitò Reipublicæ, ci- *Conduplicatio.* vita-

fecisti ad perniciem Reipublicæ, sed fecisses plura turbulento illo Reipublicæ tempore, si perficere & ad exitum deducere potuisses.

Reipublicæ tenebris: Tempus illud Reipublicæ turbulentum proponit in allegoria tempestatis. Observandum, quomodo eandem allegoriam continuet.

Promulgâsti &c. Si tua decreta, tua proposita, tuas pactiones & venditiones ad eventum deducere potuisses.

Qui locus: Quis locus in orbe nō habuisset extraordinarios fasces, id est: Magistratus. Signum pro re.

Sed excitatus: Qui sopitus aliquamdiu fuerat: ut etiam Ciceronem ipsum, optimè de se meritum, ejici patriâ sit passus.

Abstrusus animi dolor: Erupit tandem, qui latebat in pectore, dolor, quo ægrè ferebat, & graviter sentiebat mala hæc, quæ Clodius fecit.

Mu-

vitatemquè fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu, ad aliquam spem libertatis, & pristinae dignitatis erexit. Hic vir extra ordinem rei frumentariae praeficiendus non fuit? Scilicet tu heluoni spurcissimo, praegustatori libidinum tuarum, homini egentissimo & facinorosissimo Sext. Clodio, socio tui sangvinis, qui suâ lingvâ etiam sororem tuam à te abalienavit, omne frumentum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes hor-

Metonymia. Dissolutio. Incisa.

Comparatio à contrario.

Traductio, & Repetitio.

Mutam: Cui cum libertate vox etiam & loquela erepta est, quæq; metu abjecta suam sententiam proferre non audebat.

Hic vir: Concludit argumentationem denuò clarè repetita ejus propositione.

Heluoni: Heluo homo est gulæ, ventriq; deditus.

Prægustatori: Qui iisdem libidinibus, & prior utebatur, quibus tu.

Sext. Clodio: Fuit hic Clodius administer & assecla P. Clodii, qui cum Lesbia, sive Clodia P. Clodii sorore turpiter consvevit.

Socio tui sangvinis: Qui tibi socius esset in turpi consvetudine sororis tuæ.

Abalienavit: Effecit turpi sua lingva, quâ ei blandiebatur, ut magis diligeretur, quàm tu ipse, & ut tu odio habereris.

Provincias frumentarias: Nempe potestatem, ex his provinciis conducendi frumentum.

Omnes mancipes: Quinam mancipes apud Romanos fuerint, dictum est alibi; propter tyrones repeto. Erant ergo illi, qui emebant res populi Romani, vel à populo R. eas procurabant suo periculo, itidem ut publicani, imò publicanorum principes; dicti mancipes, *quia sub-*

 lata

horreorum claves lege tua tradidisti; qua ex re primùm caritas nata est, deinde inopia: impendebat fames, incendia, cædes, direptio: imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. Queritur etiam importuna pestis, ex ore impurissimo Sex: Clodii, rem frumentariam esse ereptam, summisquè in periculis ejus viri auxilium implorâsse Rempublicam, à quo sæpè se & servatam, & amplificatam esse meminisset. Extra ordinem ferri nihil placet Clodio

Effectus.

Dissoluta. *Incisa.*

Metonymia.

lata manu, significabant se auctores emptionis esse. Hos igitur, & potestatem his imperandi dedit Clodius suo administro Sext. Clodio.

Lege tua: Lege Clodia de annona, ea nempe, quam tulit P. Clodius tribunuspl. ut frumentum populo, quod anteà semis æris, ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur, & Sext. Clodio frumentaria procuratio daretur, ut habet Asconius, & Argumentum huic Orationi præfixum.

Queritur etiam: Et audet adhuc conqueri Clodius, pestis ista, suo impudentissimo administro ereptam esse rem frumentariam, datam Pompejo.

Importuna: Vocabulum grave, quod significat eum, qui omnibus molestus, neq; personæ, neq; temporis, neq; aliarum rerum habet rationem.

Pestis: Substantivum grave ad vituperationem.

Ex ore impurissimo: Ex impudentia Sex. Clodii; per os enim impudens impudentia ipsa intelligitur.

Extra ordinem: Iterum repetit hujus partis & argumenti propositionem, concluditq; ostendendo, sua quoq; lege contra Ciceronem lata extraordinariè egisse Clodium.

Pa-

dio. Quid? De me quod tuliſſe te dicis, patricida, fratricida, ſororicida, nonnè extra ordinem tuliſti? An de peſte civis, quemadmodum omnes jam Dii, atquè homines judicârunt, conſervatoris Reipublicæ, quemadmodum autem tute ipſe confiteris, non modò indemnati, ſed ne accuſati quidem, licuit tibi ferre non legem, ſed nefarium privilegium, lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus, totius Italiæ precibus repudiatis, oppreſſa,

Exemplo in ſe facto refutat.

Ab adjunctis.

Enumeratio.

Diſſolutio.

Patricida &c. Per hyperbolem; qui in patrem, fratrem, ſororem impius fuiſti.

De peſte civis: An tibi licuit ferre legem de malo,illi civi inferendo,qui civium conſervator; nec ſolùm extra ordinem, ſed contra, & præter omnes leges.

Quemadmodum; Talis civis,Conſervatoris Reipublicæ, quemadmodum Dii & homines judicârunt.

Sed nefarium privilegium: Privilegium propriè eſt lex privatis facta, ſive lex ad privatos homines, ſinguloſq; pertinens; ſic ipſe Cicero infrà: *leges privatis hominibus irrogari: id eſt enim privilegium.* Veteres enim *priva* dixerunt, quæ nos *ſingula* vocamus. Legem igitur contra ſe privatum à Clodio latam Cicero privilegium vocat,& *nefarium* quidem, quia contra XII. tabulas & ſacratas leges, in indemnatum, ne quidem accuſatum. Nunc accipimus privilegium communiter pro exceptione à lege, quia qui à communi lege eximitur, privatam quodammodo legem habet.

Lugente Senatu: Cûm viginti facilè millia hominum mutata & lugubri veſte, Ciceroni in exilium abituro condolerent, ipſe etiam Senatus mutato habitu Ciceronis exilio intercedendum putavit.

sa, captaque Republica: mihi, populo Romano implorante, Senatu poscente, temporibus Reipublicæ flagitantibus, non licuit de salute populi Romani sententiam dicere? Qua quidem in sententia, si Cn. Pompeji dignitas aucta est, conjuncta cum utilitate communi, certè laudandus essem, si ejus dignitati suffragatus viderer, qui meæ saluti opem & auxilium tulisset. Desinant, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus anteà stantem perculerunt. Quod enim par amicitiæ consularis fuit unquam in hac civitate conjunctius, quàm fui-

Comparatio à contrario. Similiter cadens. Refutatio 6 Convicii. Similiter cadens.

II. *Geminatio. Allegoria. De Pompeji & Ciceronis amicitia.*

Dignitas aucta est: Transitio ad refutationem sexti convicii. Dicebant, cur Cicero ad Pompejum muneris hujus dignitatem transfert, à quo tamen ipse desertus est, & offensus? Respondet, si hac ratione Pompeji dignitatem auxi simul cum procurata utilitate Reipublicæ, neutiquam sum reprehendendus;quia potiùs memor sum,quid boni mihi Pompejus præstiterit &c.

Desinant: Non sperent porrò malevoli, iisdem falsis criminibus, & fictis sermonibus deducendum me ab amicitia Pompeji, quibus antè deductus sum; intercesserat enim inter Ciceronem & Pompejum inimicitia aliqua, Pompejusq; Ciceronem deseruerat, ut hic abire debuerit in exilium.

Iisdem machinis: Serendis inter me & Pompejum inimicitiis.Observa allegoriam *machinis labefactiare; perculerunt;* id est: straverunt, dejecerunt.

Me restitutum: Ab exilio reducem.

Quod enim par: Quinam duo Consules magis amici fuêre?

Indu-

fuimus inter nos ego & Cn. Pompejus? Quis apud populum Romanum de illius dignitate industriùs, quis Senatui sæpiùs dixit? Qui tantus fuit labor, quæ simultas, quæ contentio, quam ego non pro illius dignitate susceperim? Qui ab illo in me honos, quæ prædicatio de mea laude, quæ remuneratio benevolentiæ prætermissa est? Hanc nostram conjunctionem, hanc conspirationem in Republica bene gerenda, hanc jucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt: cùm iidem illum, ut me metueret, me caveret, monerent: iidem apud me, mihi illum uni esse inimicissimum dicerent: ut neque ab illo

Traductio. *Repetitio.* *Incisa.* *Adjunctio.* *Enumeratio.* *Repetitio.* *Definitiones amicitiæ.* *Traductio.*

Industriùs: Magis industriè: quis majore industria egit pro dignitate Pompeji,& apud populum, & *Senatui dixit &c.* apud Senatum pro illo locutus est? *industrium* vocamus, qui vigilans est in rebus efficiendis.

Quæ simultas: Dissensio & odium inimicorum Pompeji, quod & ego quoq; propter ipsum in me suscepi.

Qui ab illo: Priora de suo erga Pompejum studio; vicissim ille &c. nempe Pompejus quàm studiosus mei. *Honor* exhibetur rebus, *prædicatio* verbis, *renumeratio* verò beneficiis.

Certi homines: Ostendit per certos homines,& susurrones illam amicitiam esse diremptam. Certos autem homines vocat,qui noti tum erant; vel est modus loquendi etiam Germanis familiaris.

Fictis sermonibus: Quos suprà machinas appellaverat.

Audaciter: Bene; & idem, atq; *audacter.*

Polysyntheton. illo ego, quæ mihi petenda essent, satis audaciter petere possem: neque ille tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularet, satis prolixè mihi pollliceretur. *Annominatio.* Data merces est erroris mei magna, Pontifices, ut me non solùm pigeat stultitiæ meæ, sed etiam pudeat: qui cùm me non repentinum aliquod meum tempus, sed veteres multò antè suscepti, & provisi labores cum viro fortissimo & clarissimo conjunxissent, *Polysyntheton.* sim passus à tali amicitia distrahi, neque intellexerim, quibus, aut ut *Antitheta. Similiter cadens, & desinens.* apertis inimicis obsisterem, aut ut insidiosis amicis non crederem. Proinde

Meum tempus: Et hic, & paulò pòst, tempus idem est, ac *adversitas, necessitas.*

Satis prolixè: Adjungendum est *neq;*, non satis benevolè, non satis liberaliter; ita enim accipitur *prolixus.*

Data merces est: Erravi, & carò stetit hic error; pœnitet, pudetq; quòd à tali, tàm vetere amico passus sim me abalienari.

Non solùm pigeat: Pigeat nos ejus, quod vel cum damno nostro, vel saltem sine fructu nostro fit; pudet verò ejus, quod turpiter fit; unde patet, *pigere* ad dolorem, *pudere* ad dedecus referri.

Non repentinum: Non casu, aut repentè facti sumus amici.

Et provisi labores: Cogitati, meditati consultò & studiosè suscepti labores fuère, quos unà suscepimus, quiq; nos in amicitia conjunxère.

Neq; intellexerim: Pœnitet, quòd non satis attenderim, qui essent aperti mei inimici, ut illis me opponerem, vel

de desinant aliquando me iisdem inflammare verbis: quid sibi iste vult? Nescit, quantum auctoritate valeat, quas res gesserit, qua dignitate sit restitutus: Cur ornat eum, à quo desertus est? Ego verò nequè me tum desertum puto, sed pœnè deditum: nec, quae sint in illa Reipublicæ flamma gesta contra me, nequè quomodo, nequè per quos, patefaciundum mihi esse arbitror. Si utile Reipublicæ fuit, haurire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem: etiam hoc utile sit, quorum id scelere conflatum sit, me oc-

Metaphoricè.
Prosopopœia adversariorum.
Incisa.
Traductio.
Correctio.
Paronomasia
Adjuncta.
Polysyndeta.
Metaphora.

vel qui essent amici perfidi & fallaces, qui fictis sermonibus me deciperent, ut illis non crederem.

Proinde desinant: Concludit hunc locum & profitetur constantiam in amicitia, & ideò repetit idem verbum, quod suprà habuit in principio hujus N. 11.

Quid sibi iste vult: Aliorum verba recitat, qui nempe reprehendebant, quòd Cicero talem sententiam pro Pompejo dixerit: talis tantusq; tu es Cicero, cur jam illum honoras, qui te deseruit euntem in exilium? quid sibi vult, quid spectat Cicero?

Pœnè deditum: Non tantùm desertus fui, sed sicuti deditur urbs hostibus,ita & ego deditus hostibus,verumtamen à quibus, quomodo, non judico esse à me patefaciundum.

Reipublicæ flamma: Vel incendio: turbato Reipublicæ statu: metaphoricè.

Si utile fuit: Si debui pro bono communi pati,propter illud ipsum bonum debeo etiam tacere, per quos, à quibus passus sim.

Haurire: Haurire calamitatem, id est: pati & sustinere,bibere amarum calicem; metaphoricè.

Illud

occultare, & tacere. Illud verò est hominis ingrati, tacere; itaquè libentissimè prædicabo, Cn. Pompejum studio & auctoritate æquè, ut unumquemquè vestrûm, opibus, contentione, precibus, periculis deniquè præcipuè pro salute mea laborâsse. Hic tuis, P. Lentule, cùm tu nihil aliud dies & noctes nisi de salute mea cogitares, consiliis omnibus interfuit: hic tibi gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit: hic municipia, colonias-

Incisa.
Dissoluta.
12.
Repetitio.
Distributio.
Compar.
Simil: cad.

Illud verò: De inimicis oportet silere; sed illud silere non debeo, ne ingratus sim, quod boni mihi Pompejus præstitit. Ostendit hic gratum animum suum; fatetur beneficium, simul etiam causas indicat reconciliatæ gratiæ, & propterea dictæ sententiæ, ut omnia trahat ad scopum.

P. Lentule: P. Cornelius Lentulus Spinther Consul erat cum Q. Cæcilio Metello Nepote, quo tempore Cicero ab exilio revocatus; hujusq; restitutionis author potissimus fuit Consul Lentulus.

Gravissimus auctor: In consiliis dandis requiritur gravitas, & auctoritas, ideò, inquit, *gravissimus auctor:* in societate fides, ideò *fidelissimus socius*: in re perficienda fortitudo, ideò *fortissimus adjutor*, omnia ordinatè, cum incremento &c.

Municipia: Municipia, ut alibi quoq; dictum, erant illæ civitates in Italia, quæ jus civium Romanorum à Senatu, populoq; Romano acceperant. Originem nominis inde habebant à *Munus* & *capio*, eo, quòd *munera* civilia, in civitatem Romanam accepti, *caperent*, atq; ipsi pro mu-

Ioniasquè adiit: hic Italiæ totius auxilium cupientis imploravit: hic in Senatu princeps sententiæ fuit: idemquè cùm dixisset, tum etiam pro salute mea populum Romanum obsecravit. Quare istam orationem, quâ es usus, omittas licet: post illam sententiam, quam dixeram de annona, Pontificum animos esse mutatos: perinde quasi isti aut de Cn. Pompejo aliter, atquè ego existimo, sentiant: aut quid mihi pro exspectatione populi Romani, pro Cn. Pompeji meritis erga me, pro ratione mei temporis faciendum fuerit, ignorent: aut etiam, si cujus fortè Pontificis animum (quod certò scio aliter esse)

Conclusio.

Repetitio.
Adjunctio.

muneribus suffragia darent, & acciperent, creariq; possent Magistratus Romani.

Coloniasq;: Colonia dicebatur oppidum, in quod Romani Magistratus ex urbe cives traduxerant. Erant autem duo Coloniarum genera, quædam civium Romanorum, & quædam Coloniæ Latinæ. Illæ præter sacra, etiam jura civium Romanorum habebant, ferebantq; & ipsæ suffragia. Istæ Latii tantùm & Italiæ jus habebant, non autem civitatis, quare discrimen est inter Colonias & municipia.

Cùm dixisset: Cùm aliqua oratione meum reditum svasisset, etiam preces addidit.

Omittas: Ne dicas, quod dixisti, post hanc sententiam meam animos Pontificum erga me esse mutatos. Vide suprà N. 2. primum convicium.

Atq; ego: Quàm ego existimo. Tanquam diversam de Pompejo opinionem haberent Pontifices, qui eum pariter maximi faciunt: vel tanquam illi non scirent, quid me facere oportuerit juxta exspectationem populi, juxta merita

esse) mea sententia offendit, alio modo sit constituturus aut de religione Pontificum, aut de Republica, quàm eum aut cæremoniarum jus, aut civitatis salus coëgerit. Intelligo Pontifices, me plura extra causam dixisse, quàm aut opinio tulerat, aut voluntas mea: sed cùm me purgatum vobis esse cuperem, tum etiam vestra in me attentè audiendo benignitas provexit Orationem meam. Sed hoc compensabo brevitate ejus Orationis, quæ pertinet ad ipsam cognitionem vestram: quæ cùm sit in jus religionis, & in jus Reipu-

Polysyntheton.

CONTENTIONIS ALTERA PARS.
Ad benevolentiam & attentionē.

Divisio ad docilitatē.

rita Pompeji, & juxta circumstantias temporis, in quo nunc versor.

Sit constituturus: Perinde quasi aliquis Pontificum offensus aliam sententiam daturus sit vel in re concernente religionem, vel concernente Rempublicam, quàm poscat religio, vel poscat salus civitatis & Reipublicæ.

Cæremoniarum jus: Cæremoniæ sunt ritus & res sacræ, in quibus consistit religio.

Intelligo, Pontifices: Fatetur, se hactenus nimis prolixè extra causam dixisse, quamvis digressio ad refutanda Clodii convicia non adeò extra causam sit, ut non ad hanc multùm faciat; nam auctoritate Clodii infractâ, & vocatô in invidiā adversariô, fortiùs stabilitur contentio.

Aut opinio: Quàm vel putabam, vel volebam.

Purgatum: Excusatum, defensum contra Clodii convicia.

Benignitas: Pontificum benevolentiam captat.

Brevitate: Locum attentionis tractat, seq; breviorem fore dicit in reliquis.

In jus religionis: Faciat divisionem in jus religionis, & jus Reipublicæ, prætermittit religionis partem, cujus cogni-

publicæ distributa, religionis partem, quæ multò est verbosior, prætermittens, de jure Reipublicæ dicam. Quid est enim aut tam arrogans, quàm de religione, de rebus Divinis, de cæremoniis sacris, Pontificum collegium docere conari: aut tam stultum, quàm, siquis quid in vestris libris invenerit, id narrare vobis: aut tam curiosum, quàm ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos & consuli & scire voluerunt? Nego potuisse jure publico, legibus iis, quibus hæc civitas utitur, quemquam civem ulla ejusmodi calamitate affici sine judicio: hoc juris in hac civitate etiam tum, cum Re-

Repetitiones, incisa. Synonyma. Similiter cadens. Compar.

13. PROPOSITIO 2. PARTIS. *Repetitio ad instandū, & amplifi-*

gnitio ad solos Pontifices pertinet, ita,ut si alius de hac dicere vellet & docere,arrogans foret,stultus,& curiosus.

De religione: Res divinæ, cæremoniæ, sacra, sunt ea summatim, in quibus consistit religio.

Nego potuisse: Est hic propositio:*Non potuit juxta jus publicum me Clodius civitate dejicere,meamq; domum evertere, & dedicare sine judicio.* Intentio Clodii erat: Tua Domus tibi restitui non debet: Ratio; quia Deæ Libertati consecrata fuit. Firmamentum Ciceronis est; quia indictâ causâ & sine judicio domum consecrâsti, non est habenda pro rectè consecrata; ergo mihi restitui debet. Hinc status nascitur, & judicatio: an rectè consecrata sit domus? Est autem status qualitatis.

Jure publico: Id est: jure communi omnium civium, *iis legibus, quibus hæc civitas utitur.*

Hoc juris: Asseveratio subjuncta propositioni per ratio-

ratio per Synonymiā. Reges essent, dico fuisse: hoc nobis esse à majoribus traditum: hoc esse deniquè proprium liberæ civitatis, ut nihil de capite civis, aut de bonis sine

Apostrophe ad Clodium. judicio Senatûs, aut populi, aut eorum, qui de unaquaquè re constituti judices sint, detrahi possit. Videsnè me non radicitùs evellere omnes actiones tuas? nequè illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse

Præteritio. jure, non fuisse tribunumplebis? Hoc dico

tiocinationem Rhetoricam: Reges violare hoc jus nostrum non potuêre; etiam Regum tempore hoc jus in civitate valuit, ergo magnum esse necesse est, ergo perpetuum.

Nihil de capite: Inter illas majores leges, quas etiam sacratas vocabant, fuerunt præcipuè tres istæ: Una, ne de capite, id est: vita, aut privationè civitatis, bonorumq; civis Romani, nisi centuriatis comitiis agi posset. Altera, ne privilegia irrogari liceret. De privilegiis suprà. Tertia, ne tribunatus nisi plebejis pateret, quæ lex adeò severè custodita est, ut tribunatum ferè nunquam patritii ceperint, nisi ad plebem vel adoptione, vel alia fortasse ratione se contulerint, & patritiatum reliquerint.

Videsnè &c. Mirabilis ad adversarium Apostrophe; dicit enim, se quædam ei velle relinquere, cùm omnia tollat. Duas rationes habet Cicero contra Clodium. Prima est: sine judicio & jure omnia fecisti: altera: tribunusplebis non fuisti. Separat autem illas rationes idcirco, ut ei magis illudat; fuisset enim sublata actio, si dixisset statim; tribunusplebis non fuisti, ergo nihil valent acta tua. Dicit autem, se ei tribunatum non tollere, in ipsa tamen monitione tollit, cùm dicit, se benignè cum eo agere, cùm illud non velit agere, quod apertum est.

Esse

dico, esse patritium: dico apud Pontifices: augures adsunt: versor in medio jure publico. Quod jus est adoptionis, Pontifices? Nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit, & num potuerit, sit expertus. Quæ deinde causa cuique adoptionis, quæ ra-

Distributio in tria argumenta.
I. Argumentum.

Ab adjunctis necessariis ad adoptionem.

Esse patritium: Dicit se nolle evertere radicitùs tribunatum & acta omnia rescindere, & rescindit tamen, dicendo eum esse patritium, adeoq; tribunumplebis esse non posse; Patritii erant nobiles Romani, de quibus alibi.

Dico apud Pontifices &c. Est distributio trium argumentorum, quæ adoptionem infirmant, ut sunt jus sacrorum & Pontificium; jus auspiciorum; jus legum civitatis.

Augures: Hi distincti erant à Pontificibus, & speciale fuit Collegium *Augurum*, qui ex avispiciis, vel aliis superstitionibus augurabantur, quorum vestis erat trabea ex purpura & cocco, & lituus, sive baculus incurvus in manu.

Quod jus: I. argumentum à jure sacrorum & Pontificio.

Adoptet: Adoptare, est aliquem in filii locum assumere; idq; si fiebat per prætorem, consentiente etiam, ut fieri debebat, Collegio Pontificum, dicebatur *Adoptio*; si per populum, dicebatur *arrogatio*. Adoptionis formula hæc erat: *hunc hominem filium meum esse ajo, isq; mihi emptus est hoc ære.* Jam Cicero contra adoptionem Clodii, per quam potuisset fieri Tribunusplebis, sic argumentatur: *In adoptione jure Pontificio facta consideratur persona, causa, ratio generum, dignitatis sacrorum: At in Clodii adoptione nihil ejusmodi spectatum est: Non igitur fuit adoptio jure Pontificio facta.*

Neq; procreare: Causæ legitimæ adoptionis priùs in Collegio Pontificum cognosci debebant; e. g. ille, qui adoptare volebat, porrò liberorum procreandorum debuit

ratio generum, ac dignitatis, quæ sacrorum, quæri à Pontificum Collegio solet. Quid est horum in ista adoptione quæsitum? Adoptat annos viginti natus, etiam minor, Senatorem. Liberorumnè causâ? At procreare potest. Habet uxorem: suscepit etiam liberos. Exhæredabit igitur pater filium? Quid? Sacra Clodiæ gentis cur intereunt,

Minor per interrogationem.
Interrogatio.
Subjectio.

buit esse impotens, ne edito alio filio prior adoptio tolli posset &c. num hæc causa ita sit, audiebant Pontifices, & statuebant.

Quæ ratio generum &c. Ne scilicet à genere clarissimo ad obscurissimum, à summa dignitate ad infimam conditionem transeatur per adoptionem. Infrà: *ita adoptet, ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minatur.*

Quæ Sacrorum: Ne sacra intereant; adoptati autem in aliena sacra transibant, de qua re aliquid pro Muræna; *sacra interire illi noluerunt &c.*

In ista adoptione: Clodius patritius à Fontejo inferioris ordinis homine se adoptari passus est.

Etiam minor: Minùs, quàm viginti annos natus.

Senatorem: Clodius, qui propterea, quòd Senator sit, in majore jam ætate debuit esse; qualis autem ætas fuerit requisita, diximus alibi. Metonymia hic est: signum pro re signata.

Liberorumnè causâ? Adoptionis causa una est defectus liberorum, sed ipse Fontejus procreare potest, & procreavit.

Exhæredabit: Ergo Pater Fontejus filium naturalem privabit sua hæreditate & juribus.

Sacra Clodiæ gentis: Adoptati in aliena sacra transibant, ergo Clodius in sacra gentis Fontejæ; & sic sacra Clodiæ gentis, quantum in Clodio, intereunt. Habebant gentes & stirpes singulæ suos Deos penates proprios, & & eorum cultum specialem.

Quæ

unt, quod in te est? Quæ omnis notio Pontificum, cùm adoptarêre, esse debuit. Nisi fortè ex te ita quæsitum est, num perturbare Rempublicam seditionibus velles, & ob eam causam adoptari, non ut filius esses, sed ut tribunusplebis fieres, & funditùs everteres civitatem? Respondisti, credo, te ita velle. Pontificibus bona causa visa est: approbaverunt. Non ætas ejus, qui adoptabat, quæsita est, ut in Cn. Aufidio, M. Pupio: quorum uterquè nostrâ memoriâ, summa senectute, alter Orestem, alter Pisonem adoptavit. Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles hæreditates nomi-

Ironicè.

Mēbratim.
Ironicè.

A dissimili.

Major.

Quæ omnis notio: Ista noscere & cognoscere debuissent Pontifices, cùm adoptareris.

Nisi fortè: Alludit ad interrogationes, quæ in adoptionibus fiebant: fortè causa hæc fuit adoptionis tuæ, ut in tribunatu posses pervertere Rempublicam.

Ut in Cn Aufidio: Non interrogatum fuit, cùm tu adoptarêre, in quanta ætate Fontejus adoptans sit, sicut interrogatum fuit, in quanta ætate esset Aufidius, cùm adoptaret Orestem, & in quanta ætate Pupius, cùm adoptaret Pisonem, M. Pupius biennio post Ciceronem Consul fuit cùm M. Mesalla; nomen Pisonis accepit ab adoptante, sicut dicetur.

Hæreditates nominis: Jus adoptionis olim positum erat in hæreditate nominis, patrimonii, & sacrorum. Jus sive hæreditas nominis fuit, ut adoptatus, prænomine, nomine & cognomine adoptantis uteretur, suum autem nomen ita retineret, ut tantum pro agnomine esset, & sæpè mutaretur unâ syllabâ adjectâ. Ita C. Octavius postquam à Cæsare adoptatus est, vocatus est. C. Julius Cæsar Octavianus.

 Pe-

nominis, pecuniæ, ſacrorum ſecutæ ſunt. Tu neque Fontejus es, qui eſſe debebas: neque patris hæres: neque amiſsis ſacris paternis in hæc adoptiva veniſti. Ita perturbatis ſacris, contaminatis gentibus, & quam deſeruiſti, & quam polluiſti, jure Quiritium legitimo Tutelarum & Hæreditatum relicto, factus es ejus filius contra fas, cu-

Minor.

Concluſio.

Relata.

Pecuniæ: Hæreditas patrimonii pariter ſequebatur adoptatum, ita ut æquè, ac ſi ex adoptatore legitimè natus eſſet, vel ſolus, vel cum aliis in ejus bona ſuccederet.

Sacrorum: Cùm, ut dictum, Romæ unaquæq; familia, ſacra quædam privata, & ſuæ gentis propria domi apud Deos penates faceret, adoptatus relinquebat gentem ſuam, & ſuccedebat in ſacra quoq; gentis, à qua, & in quam adoptabatur.

Tu neq; Fontejus es: Id eſt: non es ſecutus hæreditatem nominis Fonteji.

Neq; Patris: Fonteji adoptantis. Singulas hic partes in majore poſitas adducit: verè adoptatus eſt hæres nominis, hæres pecuniæ, hæres ſacrorum: tu neq; es hæres nominis, neq; pecuniæ, neq; ſacrorum, ergo non es verè adoptatus, ergo non potuiſti eſſe tribunusplebis, ergo irrita ſunt acta tua, ergo non valet conſecratio domûs meæ.

Ita contaminatis: Iterum in Concluſione tria hæc infert: *ſacra perturbata*, eo quòd non tranſiverit in adoptiva; *gente contaminata*, Clodia, quam deſeruit, Fonteja, quam polluit, ejus nomen non aſſumendo: *jure tutelarum & hæreditatum relicto;* eò, quòd in tutelas & bona non ſucceſſerit, hæc jura Quiritum neglexerit. *Contra fas factus eſt filius:* illegitimè adoptatus eſt.

Et quam: Refertur ad vocem *gentibus:* contaminatis amba-

cujus per ætatem pater esse potuisti. Dico apud Pontifices. Nego istam adoptionem pontificio jure esse factam: primùm, quòd hæ vestræ sint ætates, ut is, qui te adoptavit loco patris, vel filii tibi loco per ætatem esse potuerit. Deinde quòd causa quæri soleat adoptandi, ut & is adoptet, qui, quod naturâ jam assequi non potest, legitimo & pontificio jure quærat: & ita adoptet, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minuatur. Illud inprimis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur:

14. *Complexio.*

Thesis, & major.
Repetitio.
Traductio.

ambabus gentibus, *& quam*, Clodiam, *& quam*, Fontejam &c.

Apud Pontifices: Est complexio hujus 1. argumenti de jure Pontificio, quod tamen aliquantulum ulteriùs exaggerat.

Vestræ ætates: Tua Clodii major, Fonteji minor.

Vel filii: Vel significat *etiam:* qui te adoptavit loco patris. Non necesse fuisset addere *loco patris*, tanquam pater; nam qui adoptat, semper patris locum & munerum habet; addit tamen, ut magis feriat, & oppositionem ex relatione clariùs ad reprehendendum subjiciat. Ergo ille, qui te loco patris, tanquam pater adoptavit, etiam *filii loco*, & filius tuus esse potuisset *per ætatem*, ratione ætatis.

Quod naturâ: Oportebat enim adoptantem ingravescentis esse ætatis, aut morbo laborare, aut alium naturæ defectum habere.

De dignitate generum: Vide suprà.

Nequa calumnia: Calumnia etiam est malitiosa & fraudulenta actio; itaq; hoc requiritur ad legitimam adoptionem, ut non sit falsus prætextus in causa adoptionis; talis erat in adoptione Clodii, ut demonstratur.

beatur: ut hæc simulata adoptio filii, quàm maximè veritatem illam suscipiendorum liberorum imitata esse videatur. Quæ major calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum, bene valentem, ac maritum: dicere, filium Senatorem populi Romani sibi velle adoptare: id autem scire & videre omnes, non ut ille filius instituatur, sed ut è patriciis exeat, & tribunusplebis fieri possit, idcirco adoptari? Neque id obscurè. Nam adoptatum emancipari statim, ne sit ejus fili-

Minor, & Hypothesis.

Simulata adoptio: Simulatus hìc non est malè accipiendum, sed propriè: propriè autem simulatio est rei naturalis imitatio, ergo, dum adoptatur filius, ad imitationem naturæ,per quam alicui filius nascitur, adoptari debet; estq; necesse, ut hæc adoptio quam maximè accedat ad verum in suscipiendis liberis modum: natura autem non agit fraude & dolo.

Quæ major calumnia: Syllogismus erat iste: In adoptione locum non debet habere calumnia,& fraus: in adoptione Clodii locum habuit: probatur minor: *quæ major calumnia &c.*

Id autem scire: Hæc est calumnia, sive fraudulenta actio, juvenem imberbem velle adoptare; reliquis autem notum esse,causam adoptionis esse pessimam. Agi videtur adoptio, re ipsa quæritur tribunatus.

Neq; id obscurè: Et hoc clarè vident homines.

Emancipari? Pergit in infinitivis, ut cœpit post illud: *quæ major calumnia, quàm venire, dicere, scire & videre omnes,* talem enim statim esse emancipatum,id est: ex sua gente, sua agnatione, suis sacris quasi ereptum. Emancipari dicitur filius,cùm eum pater paterno, quod in ipsum

filius, qui adoptârit. Cur ergo adoptatur? Probate genus adoptionis. Jam omnium sacra interiêrint, quorum custodes vos esse debetis. Patricius nemo relinquetur. Cur enim quisquam vellet tribunumplebis se fieri non licere? angustiorem sibi esse petitionem consulatûs? in sacerdotium cùm possit venire, quia Patricio non sit is locus, non venire? Ut cuique aliquid

Concessio ironica.

A consequêtibus.

ipsum habebat, jure liberat, & absolvit, ac proprio juri relinquit. Intelligit, & dicit hic Cicero, Clodium à Patre suo Fontejo adoptante statim iterum emancipatum fuisse, postquam nempe Clodius id obtinuit, quod volebat, ut esset trib. pleb. ideò suprà: *neq; Fontejus es &c.*

Probate genus: Absoluta aliqua narratione vel argumentatione, sæpè Cicero à consequentibus amplificat, & ex uno facto, si judices malè judicaverint, commune & consecuturum damnum proponit. *Probate:* id est: approbate tantùm ejusmodi adoptiones, & videbitis, quæ damna sequantur.

Patricius nemo: Nemo esse velit patricius. Sciendum, binos Consules fieri potuisse ex plebejis;ex patriciis autem tantùm singulos, id est: alterutrum; neq; tribunum potuisse fieri, qui esset patricius. Tum hoc supponendum, omnes homines utile sequi; ergo inquit Cicero: si tales adoptiones probabuntur, omnes volent ex patriciis fieri plebeji; Cur enim quisquam tam stultus esset, ut vellet manere patricius, ut ita non liceat fieri tribunum? ut & angustiorem sibi locum ac viam esse velit ad consulatum obtinendum, atq; sacerdotium opimum ac fructuosum?

Cur enim quisquam: Vide superiora,cur aliquis vellet, sibi non licere, ut tribunusplebis fiat?

Ut cuiq;: Siquid alicui obveniat,ex quo, propter quod, qua-

quid acciderit, quare commodius sit esse plebejum: simili ratione adoptabitur Ita populus Romanus brevi tempore, nequè Regem sacrorum, nequè Flamines, nequè Salios habebit, nec ex parte dimidia reliquos Sacerdotes: nequè auctores Centuriatorum, & Curiatorum Comitiorum: auspiciaquè populi Rom. si Magistratus pa-

quare melius esset, si plebejus foret.

Regem sacrorum: Rex Sacrorum dicebatur unus aliquis è senioribus Pontificibus designatus, qui sacris tantùm præesset, sine alio imperio, qui etiam Rex dicebatur; quia sacra, quæ penes reges olim erant, obibat.

Flamines: Flamines erant Sacerdotes Jovis, vel etiam alterius Dei; non tamen propriè Pontifices, sed à Pontifice tamen maximo inaugurabantur. Nomen habebant à filo, quasi filamines; quia pileum gestabant, in quo virgula oleagina modicum lanæ habens in summo instar fungi inerat: quem cùm per æstum ferre non possent, dempto pileo caput ligabant filo; quia nudo capitè incedere fas non erat. Eorum socii & ministri vocabantur *flaminii*, Domûs *flaminiæ*, conjuges *flaminicæ*, munus ipsum *flaminium*.

Salios: Salii fuêre sacerdotes Martis numero 12. ex Patriciis,qui Marti sacra in palatio celebrabant,unde & Palatini dicti.

Auctores Centuriatorum: Iterum patricii esse debebant illi, qui probabant ea, quæ centuriatis, curiatisq; comitiis fiebant, qui inde *Auctores Comitiorum* ad hoc officium constituti, dicebantur. Quid *Comitia Centuriata*,quid *Curiata*, diximus alibi.

Auspiciaq;: Necesse est interire auspicia, si non ex Patriciis creentur Magistratus, nempe Consul, Prætor, Ædilis Curulis, Quæstor,Interrex, qui vel semper, vel plerumq; ex Patriciis creari solebant. *Auspicia* autem diceban-

patricii creati non fiant, intereant necesse est, cùm interrex nullus sit, quòd & ipsum patricium esse, & à patricio prodi necesse est. Dixi apud Pontifices, istam adoptionem nullo decreto hujus Collegii probatam, contra omne pontificium jus factam, pro nihilo esse habendam: qua sublata intelligis, totum tribunatum tuum concidisse. Venio ad Augures. Quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor: non sum in exquirendo jure augurum curio-

Polysyndeton.
Conclusio & Repetitio primi argumenti de jure Põtificio.

15.
Argumentũ 2. de jure Augurum.

bantur Romanis illæ Cæremoniæ, vel superstitiones, quas adhibebant, & observabant, quoties majoris momenti negotium peragendum, ut si creandi Magistratus, Imperatores denominandi, deducendæ coloniæ &c. Triplicis potissimùm generis erant: *Avium inspectio*, unde auspicium, quasi *avispicium*. 2. *Observatio de cœlo*. 3. *Animadversio tripudii*. Hæc autem auspicia soli olim patricii habebant.

Interrex: Interrex primùm dictus est ille, qui Rege mortuo Reipublicæ intereà, dum alius crearetur, præerat; postmodùm etiam interrex dictus est, qui decedente Consule interim substituebatur; iste autem tantùm habebat imperium quinqueduanum, sive per 5. dies, tum alius, & pòst tertius succedebat, dum deniq; novus Consul eligeretur. Qui interreges necessariò patricii erant.

A patricio prodi: Sive denominari, constitui. Inde videtur hoc verbum provenire, quòd elicti solenni hoc verbo fuerint evocati: *prodi;* atq; ideò, qui evocavit, faciebat eum prodire, dum eum nominavit: itaq; passim dicitur *prodere interregem, prodere flaminem &c.*

Dixi: Concludit jus Pontificium, seu sacrorum & transit ad jus Augurum, seu Auspiciorum.

riosus. Hæc, quæ unà cum populo didici, quæ sæpè in concionibus responsa sunt, novi. *Syllogism9. Minor.* Negant fas esse agi cum populo, cùm de cœlo servatum sit. Quo die de te lex Curiata lata esse

In concionibus responsa: Moris erat, ut qui per Auspicia aliquid probare vellet, is Augures, & eum, qui cũ Auguribus de cœlo servârat, in concionem productos interrogaret, ecquid signi animadvertissent. Itaq; cum populo ea potui discere.

Negant fas esse: Argumentatio talis est: *Non potest lex ferri, agi cum populo, creari Magistratus suffragiis populi, cum de cœlo servatum sit.* Hæc major non probatur; quia clara & nata populo, estq; id ipsum; quod Clodius lege decreverat, ut patet ex Argumento Orationi præfixo. Minor: *Sed quo die lex illa de tua adoptione lata est, eo die servatum est de cœlo.* Probatur testimonio præsentis Bibuli tum Consulis, quando servatum est, & qui ipse de cœlo servavit, ergo &c. C. Cæsar legem tulerat in Comitiis Curiatis, ut Clodium à plebejo adoptari liceret. Ita Cicero de provinc. Consul. *Oblitine erant tum, cùm ille, qui id egerat, plebejus est lege curiata factus, dici de cœlo esse servatum* C. Cæsar Consul tulerat eam legem, Bibulo Collega de cœlo servante.

De cœlo servatum: Observatio de cœlo erat, quando Augures summo manè, in silentio, cum lituo in manu, totum circumspexêre cœlum, annon fulmen aliquod vel simile quidquam observarent, & audirent, vel num ex parte dextra aut sinistra cœli aliquid fieret observatu dignum; quòd si habita tali observatione nihil fieret, quod sinistrum putaretur, dictum est, *auspicatò* rem gerendam, secùs *inauspicatò*.

Lex curiata: Lex curiata à *comitiis curiatis* dicebatur, *Curiata Comitia*, eo, quòd à conventu *Curiarum* celebrata. Curiæ erant apud Romanos tales populi partes, quales sunt in urbibus quibusdam parochiæ.

Esse

esse dicatur, audes negare de cœlo esse servatum? Adest præsens vir singulari virtute, constantia, gravitate prædi- tus M. Bibulus. Hunc Consulem illo ipso die contendo servâsse de cœlo. Infirma sunt igitur, tuâ sententiâ, a- cta C. Cæsaris viri fortissimi? Minimè. Neque enim meâ jam quidquam in- terest, exceptis his telis, quæ ex illius actionibus in meum corpus immissa sunt. Sed hæc de auspiciis, quæ ego nunc perbreviter attingo, acta sunt à

A testimo- nio.
Dissoluta.

Objectio Clodii.
Prolepsis.

Præteritio.
Allegoria.

te.

Esse dicatur: Non dicit: *lata sit*, sed lata esse dicatur, ne legem absolutè appellet, quam contra auspicia latam ostendit, & nullam legem reputat.

Infirma: Ergo, inquit Clodius ad Ciceronem, tu re- scindis C.Cæsaris acta, cùm dicis,ejus legem nón valere? Respondet Cicero per præteritionem, se de hac re non responsurum, nec ad se jam pertinere, an Cæsaris acta firma sint, postquam jàm defunctus sit illis malis, quæ ei illata, immissa per actiones Cæsaris, ejusdemq; acta.Cæ- sar enim permittebat, vel dissimulabat ea, quæ Clodius Ciceroni intulerat, inde vulnera in Ciceronem, quasi ab ipso Cæsare.

Exceptis his telis:Postquam excepi illa tela,quibus vul- neratus in exilium abire coactus sum.

Sed hæc de auspiciis: Tu ipse quoad auspicia C.Cæsa- ris, acta rescidisti. De hac re Cicero in Oratione de Ha- rusp. Responsis: *Tum Leges Julias*,(id est:C.Julii Cæsa- ris,de quibus etiam hic) *contra auspicia latas,& hîc & in concionibus dicere: in quibus legibꝰ inerat curiata illa lex, quæ totum ejus tribunatum continebat: quam cæcus amen- tiâ non videbat: producebat M.Bibulum,quærebat ex eo,C. Cæsare leges ferente,de cœlo semperne servasset?Semper se*

ille

Proprio gladio Clodium petit.

te. Tu tuo præcipitante jam, & debilitato tribunatu, auſpiciorum patronus ſubitò extitiſti: tu M. Bibulum in concione, tu augures produxiſti. Te interrogante augures reſponderunt, cùm de cœlo ſervatum ſit, cum populo agi non poſſe. Tibi M. Bibulus quærenti, ſe de cœlo ſervâſſe reſpondit: idemquè in concione dixit ab Appio fratre tuo productus, te omnino, quòd contra auſpicia adoptatus eſſes, tribunum plebis non fuiſſe. Tua deniq; omnis actio poſterioribus menſibus fuit: omnia, quæ C. Cæſar egiſſet, quæ

Traductio.

ille ſervâſſe dicebat. Augures interrogabat, quæ ita lata eſſent, rectenè lata eſſent? Illi vitio lata eſſe dicebant. Ita nempe Clodius præ amentia ſibi ipſe contradixit.

Præcipitante &c. Ad occaſum, vel potius ruinam vergente.

Auſpiciorum patronus: Tu ipſe tum ſuſcepiſti cauſam auſpiciorum, quando ob auſpicia non ſervata Cæſaris leges reſciſſas voluiſti, non cogitans hac ratione te tuummet tribunatum reſcindere. Reliqua clareſcunt ex verbis Ciceronis adductis de haruſp. reſponſis.

Cum populo agi: Uti ſuprà. Cum populo agere dicebantur Magiſtratus, vel alii à Magiſtratu producti, quando à populo ſuffragia petebant.

Ab Appio fratre: Fratrem habuit Clodius, Appium Claudiū Pulchrum; Sextus autem Clodius frater non erat.

Productus: Abductus in concionem.

Poſterioribus menſibus: Erat Clodius præ amentia & ob pœnam ſcelerum ſibi ipſe & ſuis aliàs amicis diſcors, ut deſcribit Cicero pro Haruſp. reſponſis. Itaq; in fine tribunatûs ſui, etiam alienus fuit à C. Cæſare.

Tuis

quæ contra auſpicia eſſent acta, per Senatum reſcindi oportere. Quod ſi fieret, dicebas te tuis humeris me cuſtodem urbis in urbem relaturum. Videte hominis amentiam, ubi per ſuum tribunatum Cæſaris actis illigatus teneretur. Si & ſacrorum jure Pontifices, & auſpiciorum religione Augures totum evertunt tribunatum tuum, quid quæris amplius? An etiam apertius aliquod jus populi, atquè legum? Horà fortaſſe ſextâ diei queſtus ſum in judicio, cùm C. Antonium Collegam meum de-

Complexio cum anacephalæoſi duorum argumentorum. Trãſitio ad tertium.

16.

Argumentũ 3. de jure

Tuis humeris: Tantùm, ut noceres C. Cæſari, optabas me reducem ab exilio.

Cuſtodem urbis: Ut jam ſuprà.

Videte: Videte, quàm ſtolidus fuerit, reſcindendo nempe Cæſaris acta, ubi tamen, & in quibus ſuus tribunatus erat illigatus, ita, ut ſi damnet acta Cæſaris, hoc ipſo ſuum tribunatum nullum fuiſſe confiteatur.

Si & ſacrorum: Concluſio duorum argumentorum, quæ adduxit, de jure ſacro, ſive Pontificio, & de auſpiciis.

Horâ fortaſſe ſextâ: Ex mala interpretatione meorum verborum, quibus defendebam Antonium, cauſam ſumpſit C. Cæſar, tribus poſt orationem meam horis, ubi cognovit, quid ego dixerim, præferendi legem de adoptione Clodii, & tribunatu: ſed iſtud tam exiguum, & trium duntaxat horarum ſpatium ad legem ferendam & promulgandam non ſufficit; ergo lex de adoptione tua lata, non eſt valida, & adoptio tua eſt contra leges. Horâ ſextâ Romanorum numerabatur ab ortu ſolis; *fortaſſe*, id eſt: circiter.

C. Antonium: C. Antonius, qui Collega Ciceronis in Conſulatu fuit, accuſatus de vi à M. Cœlio, defenſus eſt à Cicerone.

Illi-

legum.

A circumstantiis temporis.

defenderem, quædam de Republica, quæ mihi visa sunt ad illius miseri causam pertinere. Hæc homines improbi ad quosdam viros fortes longè aliter, atquè à me dicta erant, detulerunt. Horâ nonâ, illo ipso die, tu es adoptatus. Si, quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satìs est trium esse horarum, nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt: si decrevit Senatus,

Syllogismo, & Dilemma.

M.

Illius miseri: Miserum vocat,quia damnatus exulabat.

Detulerunt: Postquam dicta Ciceronis, retulerunt,præsertim C. Cæsari: tum iste, ut Svetonius habet in Julio: *Cicerone in judicio quodam deplorante temporum statum, P. Clodium inimicum ejus frustra jam pridem à patribus ad plebem transire nitentem, eodem die, horaq; nonâ traduxit.*

Horâ 9. Id est: tertiâ post meridiem.

Siquod in cæteris &c. Est hic syllogismus: *si in ferenda lege de adoptione sufficiunt tres horæ,nihil reprehendo;atqui non sufficiunt: ergo.*

Trinum nundinum: Dicitur etiam trinundinum per synæresin; est autem trinum nundinum,quod habet spatium trium nundinarum,id est: ter novem dierum, nundinum enim quasi novem dierum dicitur. Romanorum mos iste fuit,ut leges, vel decreta promulganda proponerentur in publico, ut quilibet è populo perlegere, perlectasq; considerare posset,utilisnè ea lex videretur, annon? Spatium hujùs promulgationis trinundinû fuit,id est:dies XXVII. singulæ enim nundinæ dies IX. habebant,aut ut alii, post dies IX. fiebant. Causa hujus consvetudinis fuit, quòd nundinarum tempore cives rustici, & municipales ex agris in urbem frequentes convenirent, spatiumq; esset

omni-

M. Drusi legibus, quæ contra legem Cæciliam, & Didiam latæ essent, populum non teneri: jam intelligis omni genere juris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunumplebis non fuisse. Atquè ego hoc totum non sine causa relinquo. Video enim quosdam clarissimos viros, principes civitatis, aliquot locis judicâsse, te cum plebe jure agere potuisse: qui etiam de meipso, cùm tua rogatione funere

Anacephalæosis trium argumentorum.
Repetitio.
Concessio.

omnibus legem cognoscendi.

M. Drusi legibus: Si verò Drusi leges, quæ trinum nundinum abrogabant, non valent; contrà si valet Lex Cæcilia & Didia de trino nundino, tunc adoptio tua & tribunatus nihil valet. M. Drusus leges tulit adversas legi Cæciliæ & Didiæ, quæ trinum nundinum sanxerant. Senatus autem decrevit leges illas Drusi pro legibus non habendas. Cæcilius verò & Didius legem tulerant, ut in legibus ferendis trinumdinum servaretur.

Hoc totum: Te tribunumplebis non fuisse. Uti suprà; ubi habes hanc totam argumentationem de adoptione & de patriciatu: videsnè me non radicitùs evellere omnes actiones tuas neq; illud agere, te non fuisse Tribunumplebis. Reflectat se tyro, quomodo ordine & argumentatione clara illud tractaverit, probaveritq;, quod assumpsit velut per præteritionem probandum.

Cum plebe jure: Hoc est: jure, ac revera Magistratum, & tribunumplebis fuisse.

Tua rogatione: De me in exilium ejiciendo: *Rogatio* erat, cùm Magistratus aliquis populi suffragia petebat, populum rogabat, num istud fieri placeret; dicebat e. g. tribunus, vel prætor; *Rogo vos, velitis, jubeatis, ut huic vel*

Allegoria. re elatam Rempublicam esse dicerent, tamen id funus, etsi miserum atque acerbum fuisset, jure indictum esse dicebant. Quòd de me cive, ac de Republica bene merito tulisses, funestum funus te indixisse Reipublicæ: quòd salvis auspiciis tulisses, jure egisse dicebant. Quare licebit, ut opinor, nobis eas actiones non infirmare, quibus illi actionibus consti- *Concessio.* tutum tribunatum tuum comprobaverunt. Fueris sanè tribunusplebis tam

vel illi aquâ & igni interdicatur, quòd e. g. cives Romanos indictâ causâ necandos curarit. Vide plura paulò infrà.

Funere elatam: Quando tua impia lege fecisti, ut mecum Respublica tanquam mortua, ceu funus efferretur, dicebant aliqui, funus hoc quidem miserum fuisse, sed tamen jure indictum, hoc est: indictum à tali,cui vi muneris sui licuerit. *Indictum funus*,ut maneat in allegoria, nam funera indicuntur, quando exportanda sint.

Salvis auspiciis tulisses: Quòd illa lex tua non fuerit contra auspicia,ideò fuisse justam,hoc est: validam,quamvis non licitam; quia contra civem bonum. Cato dixerat hoc: casum illum Ciceronis funus esse Reipublicæ, sed funus justum & indictum. Ideò autem Cato ita sentiebat; quia si Clodium tribunumplebis non fuisse probaretur, infirmata quoq; fuissent ea, quæ ipse in insula Cypro, eò missus lege Clodia, egerat.

Eas actiones: Leges à Cæsare Consule latas, inter quas Curiata fuit illa de adoptione & tribunatu Clodii.

Comprobaverunt: Negantes,leges Cæsaris contra auspicia latas, ut Clodii tribunatum, & cum eo suas ipsi actiones constituerent, atq; firmarent.

Fueris

tam jure, quàm lege, quàm fuit ipse Rullus, vir omnibus rebus clarissimus, atquè amplissimus: quo jure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite civis indemnati tulisti? Vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ, leges privatis hominibus irroga-

ACTIONES CLODII CONTRA CICERONEM SUNT IRRITÆ. *Ab inductione.* 17. *Prima pars*

Fueris sanè: Concedatur hoc, tuum tribunatum fuisse legitimum; at irrita fuit & illegitima actio tua, quâ me civitate dejecisti, meam domum evertisti &c. *Actiones Tribuni Clodii sunt irritæ.* Constat hac inductione principali: *Lex Clodia de exilio Ciceronis est irrita.* 2. *Domûs eversio est irrita.* 3 *Dedicatio est irrita: igitur actiones Clodii sunt irritæ.* Prima pars inductionis variis argumentis stabilitur, ut sequetur.

Tam jure, quàm lege: Id est: tam juxta jus pontificium, & jus auspiciorum, quàm lege publica civitatis non requirente trinundinum. Esto nempe, tria argumenta priora non probent &c. Concessio.

Rullus: P. Servilius Rullus, qui nominatur inter Pontifices in Orat. de Harusp: responsis.

Quo jure: Prima pars indictionis probatur primo: Lex Clodii est irrita; quia *privilegium non est lex*; *Clodii rogatio est privilegium, ergo non est lex.* Vel brevius: legem privato homini irrogare non licet.

Leges sacratæ: Leges sacratæ dicebantur, quæ pro civium Romanorum libertate latæ erant; quia vel jurata plebs eas in monte sacro sciverat, & constituerat: vel quia qui adversùs eas fecisset, sacer alicui Deorum erat. Ex his fuit una, ne de capite civis Romani nisi centuriatis agi comitiis posset: Item alia, ne privilegia irrogari liceret Hæ verò pôst in XII. Tabulas sunt translatæ.

XII. Tabulæ: Romani insignes decem viros miserant in Græciam, ab Atheniensibus, Lacedæmoniis, aliisq; legum describendarum causâ, qui singuli optimas quasq; collegêre, & in X. retulêre tabulas, anno ab urbe condi-

inductionis probatur I. Lex Clodia est privato homini lata. Exemplum simile temporis Sullani.

gari. Id est enim privilegium. Nemo unquam tulit. Nihil est crudelius, nihil perniciosius, nihil quod minùs hæc civitas ferre possit. Proscriptionis miserrimum nomen illud, & omnis acerbitas Sullani temporis quid habet, quod maximè sit insigne ad memoriam crudelitatis? Opinor, pœnam in cives Romanos nominatim sinè

ta 302. Postmodùm Romani de suis addidêre tabulas duas, factæq; sunt duodecim hæ tabulæ fundamentum totius imperii Romani.

Privilegium: Observa definitionem privilegii propriè sumpti: est enim lex privatis hominibus irrogata. Accipitur hic in malam partem & dicitur ita, quòd *privet* communem *legem*. Vide suprà.

Proscriptionis: Dixit priùs: *nemo unquam tulit:* id est: nemo jure, nemo more bono; sed crudeliter; sicut crudelissimè factum est tempore Sullano. Tempore Sullæ ejusmodi proscriptiones & privilegia contigêre, sed cum insigni crudelitate. *Proscriptio* nomen & originem potissimùm accepit à Sulla, Dictatore crudeli, qui sibi adversantes proscripsit, hoc est: eorum nomina & bona publicavit; insuper mercede iis proposita, qui ejusmodi hominem necarent.

Sullani temporis: Sulla vel Sylla dictator scribitur plusquam centum hominum millia, atq; in his 90. Senatores quindecim Consulares, 2600. Equites in sua Dictatura partim per milites & carnifices, partim per sævissimam proscriptionem, omni carnifice immaniorem, sustulisse. Tot interfectis parentavit divina vindicta, pediculari morbo in acerbissimis cruciatibus hominem sua felicitate dejectum consumente.

Quid habet: Quid est, quod tam tristem Syllani temporis miseriam nobis reliquit, nisi proscriptio & pœna

ne judicio constitutam. Hanc vos igitur, Pontifices, judicio atquê auctoritate vestra tribunoplebis potestatem dabitis, ut proscribere possit, quos velit? quæro enim, quid sit aliud proscribere. VELITIS, JUBEATIS, UT M. TULLIUS IN CIVITATE NE SIT, BONAQUE EJUS UT MEA SINT. Ita enim fecit, etsi aliis verbis tulit. Hoc plebiscitum est? hæc lex? hæc rogatio est? hoc vos pati potestis? hoc ferre civitas, ut singuli cives singulis versiculis è civitate tollantur? Equidem jam per-

Apostrophe.

Definitio.

Interrogationes vehementes.

Repetitio.

pœna, nominatim, per privilegia civibus Romanis irrogata?

Sine judicio: Privatim.

Quæro enim Vetant leges talem proscriptionem, & privilegia: sed lex & actio Clodii quid est aliud, nisi talis proscriptio? Probat ipsâ formulâ legis, eam nihil aliud esse, quàm proscriptionem.

Velitis, jubeatis: Ita rogabatur populus, his verbis, si velitis, ut hoc fiat, propter has causas, jubete. Tum distribuebantur populo tabulæ duæ; in una scriptum. V. R. id est: *ut rogas:* & hâc approbabant. In altera: A. id est: *Antiquo*, reprobo, aboleo legem, & hâc negabant.

Etsi aliis verbis: Erant enim alia privilegii verba, nempe, *velitis, jubeatis, ut M. Tullio aquâ & igni interdicatur*, hic verò commutat illa, ut avarum Clodii animum ostendat, qui etiam ita re ipsâ fecit.

Plebiscitum est? Lex à plebe lata, sicuti Senatusconsultum lex à Senatu lata dicitur.

Singulis versiculis: Brevi scriptura, paucis literis; sicu-

perfunctus sum: nullam vim, nullum impetum metuo: explevi animos invidorum: placavi odia improborum: saturavi etiam perfidiam & scelus proditorum: denique de mea causa, quæ videbatur perditis civibus ad invidiam esse proposita, jam omnes urbes, omnes Ordines, omnes Dii, atquè homines judicaverunt. Vobismetipsis, Pontifices, & vestris liberis, cæterisquè civibus, pro vestra auctoritate & sapientia consulere debetis. Nam cùm tam moderata judicia populi sint á

Simil: des: Compar: Disjunctio.

Enumeratio partium. Lex Clodia est contra formam judiciorum lata.

ti carmina vocabant totas has leges publicè editas & recitatas, sic partem legis, vel brevem legem vocat versiculos. Est enim propriè versus certum dictionis spatium, litteris, syllabis, verbis comprehensum, nec tantùm pöëtarum sunt versus, sed etiam Oratorum.

Perfunctus: Id est: defunctus, liberatus sum omnibus periculis, quantum ad me attinet, sed jam periculum pertinet ad vos Pontifices.

Perditis civibus: Mea causa videbatur in scopum posita perditis hominibus, ut in hanc, in me, invidiæ suæ tela exonerarent.

Vobismetipsis: Non mea nunc res agitur, sed Pontificum, & civium; incipit hic probatio secunda primæ partis; *Lex Clodia est contra formam judiciorum lata*, quæ res est indigna, periculosa, perniciosa.

Nam cùm: Argumentatio talis est: *Condemnatio civis legitima debet fieri secundùm formam judiciorum: At condemnatio Ciceronis non est facta secundùm formam judiciorum: Non igitur legitima est.*

Judicia populi: In judiciis, in quibus populus erat disceptator, ordo agendi hic fuit: Magistratus, qui reum facere, aut accusare voluit, in Rostra ascendit, & populo per

á majoribus constituta, primùm, ut ne pœna capitis cum pecunia conjungatur: deinde, ne nisi prodicta die quis accusetur: ut ter antè Magistratus accuset, intermissa die, quàm multam irroget, aut judicet: quarta sit accusatio trinum nundinum prodicta die, qua die judicium sit futurum: tum multa etiam ad placandum, atquè ad misericordiam reis concessa sunt: deinde exorabilis populus, facilis suffragatio pro salute: denique etiam, siqua res illum diem aut auspiciis, aut excusatione sustu-

Judiciorum Romanorum forma describitur.

Incisim.

per præconem advocato diem ei, quem reum facere cogitaverat, ad accusationem audiendam prædixit. Ubi verò prædicta dies venit, item è Rostris reum per præconem citavit, atq; accusationem instituit, eamq; ter intermissa die peregit. Postquam ter accusavit, tum rogationem per trinas nundinas promulgatam habuit, in qua crimen, & pœnam hominis (*multam*) comprehendit, ac tertiis nundinis quartam accusationem intulit, & reo causæ dicendæ potestatem fecit: atq; inde diem prædixit, qua die ad populum de pœna & multa certandum erat.

Cum pecunia: Ut & simul capite damnetur, & pecuniâ multetur.

Prodicta die: Idem est hoc antiquum verbum, ac prædicta, præstituta die.

Quàm multam: Antequam multam, id est: pœnam irroget. Scribitur enim *mulcta*.

Trinum nundinum: Id est: in vel post trinundinum diem, prædicto tempore, quo judicium instituendum.

Ad placandum: In favorem rei, ad placandos accusatores, & judices.

Deniq; siqua res: Quòd siqua res constitutum illum judicii diem aut obnuntiantibus auspiciis, aut justa excusatione sustulisset, judicium sublatum erat; qui verò ci-

18.
Repetitio.
Interroga-tiones ad instandum.
Polysyndeton.
Incisa.
Dissoluta.
Repetitio.
Incisa.
Argumentū à majore & à consequētibus.

stulit, tota causa, judiciumquè sublatum est. Hæc cùm ita sint in re, ubi crimen est? ubi accusator? ubi testes? quid indignius, quàm, qui nequè adesse sit jussus, nequè citatus, nequè accusatus, de ejus capite, liberis, fortunis omnibus conductos sicarios egentes & perditos suffragium ferre, & eam legem putare? At si hoc de me potuit, quem honos, quem dignitas, quem causa, quem Respublica tuebatur, cujus deniquè pecunia non expetebatur, cui nihil oberat præter conversio-

tati ad diem non adfuissent, neq; excusati essent, iis exilium jubebatur.

Tota causa: Id est: nihil eo judicio,& illa tota accusatione actum videbatur, sed accusatori novum de integro judicium altero trinundino instituendum erat.

Hæc cùm ita sint: Cùm hoc ita sit in re,ac jure constitutum, quid ejusmodi observavit Clodius? Minor hic incipit syllogismi.

Conductos Sicarios: Quòd homines nefarii ad id à Clodio corrupti de honestissimo, & innocentissimo cive suffragium & sententiam ferant.

Et eam legem: Complexio & iteratio propositionis,quæ mox illustratur à consequente,& comparatione à majori.

At si hoc: Si domus mihi non restituitur, si Clodius adversùm me causam obtinet, si erga me in tali dignitate constitutum sine omni formula judicii procedere potest, quid sequetur in aliis? quàm hæc, Pontifices, erit perniciosa res?

Quem causa: qui habebam causam justissimam.

Pecunia non expetebatur: Qui non eram tam dives:quid fiet divitibus?

Præter conversionem status: Nihil aliud mihi nocuit, quàm

ſionem ſtatûs, & inclinationem communium temporum: quid tandem futurum eſt iis, quorum vita remota ab honore populari, & ab hac illuſtri gratia eſt: pecuniæ autem tantæ ſunt, ut eas nimiùm multi egentes, ſumptuoſi, nobiles concupiſcant? Date hanc Tribunoplebis licentiam, & intuemini animis juventutem, & eos maximè, qui imminere jam cupiditate videntur in Tribunitiam poteſtatem: collegia, medius fidius, tribunorumplebis tota reperientur, hoc jure firmato, quæ còëant de hominum locupletiſſimorum bo-

Ironia.
Permiſſio.

quàm quòd Clódius & ſocii novitatis cupidi vellent ſtatum Reipublicæ fieri alium, mutari, converti, & quia tempora ita maligna erant, ita inclinantia in communem interitum.

Ab honore populari: Qui non habent eum honorem apud populum, quem ego.

Nimium multi: Quibus divitiis inhiant illi, qui cùm nobiles ſint, & ſumptuosè vivant, tamen egent, & non habent, unde ſatisfaciant libidini & conſvetudini ſuæ.

Date hanc: Id eſt: ſi dabitis, & concedetis, videbitis, quid ſequatur.

Collegia: Id eſt: non unùm, aut pauci tribuniplebis, ſed omnes volent eſſe, eruntq; maximo numero.

Medius fidius: Erat verbum jurandi, tanquam *Me Dius fidius*, ſicut Me Hercules: nam Jovis filium, quem eſſe credebant, ita appellabant, & invocabant. *Dius* à Diòs Jovis, *fidius* pro filius.

Hoc jure firmato: Si inter homines iſtos hoc jus conſtitui, & firmari poſſit, ut collegia talia fiant, & còëant ad prædas ex divitum bonis colligendas.

 Præ-

Lex Clodia est imperitè lata, ergo irrita. bonis, prædâ præsertim populari, & spe largitionis oblatâ. At quid tulit legum scriptor peritus, & callidus? VELITIS, JUBEATIS, UT M. TULLIO AQUA ET IGNI IN-
Exclamatio. TERDICATUR? Crudele, nefarium, ne in sceleratissimo quidem Civi sine judicio ferendum. Non tulit, ut interdicatur. Quid ergo? UT IN-
Exclamatio. TERDICTUM SIT. O cœnum! O portentum! O scelus! Hanc tibi legem
Ab auctore, Clodius scripsit, spurciorem linguâ suâ,

Prædâ præsertim populari: Si spes sit prædam faciendi, & largitiones obtinendi, vel faciendi.

At quid tulit: Tertia probatio 1mæ inductionis, quòd injustè lata sit lex Clodia, & imperitè, quia id tanquam jam interdictum positum est, quod erat interdicendum.

Interdicatur: Hic bene observandum, non esse hanc formulam illius privilegii revera à Clodio ita scriptam, sed Ciceronem interrogare, an ita scripserit: an fortè tali formula scripsit, ut interdicatur, nempe in futurum? Respondet sibi ipsi, & dicit: non ita tulit, sed ô rem nefariam! non tulit, *ut interdicatur*, quod est temporis futuri, sed ut *interdictum sit*, quod est temporis præteriti. Cur *aqua & igni:* dictum alibi. Exclamationem ponit, antequam sibi respondeat, & rursum postquam respondit, ad majorem rei indignitatem demonstrandam.

O Cœnum: O hominem, vel ô rem turpem & abjectam?

Clodius scripsit: Sextus Clodius, de quo alibi, ejus scriba, qui posteà Clodii cadavere in curiam illato & incenso (quo incenso curia ipsa conflagravit) in exilium missus est, & à M. Antonio Consule post Cæsaris interitum restitutus.

Spurciorem linguâ: Quæ lex turpior est, quàm ejus lingva,

suâ, ut interdictum sit, cui non sit interdictum? Sexte noster, bonâ veniâ (quoniam jam dialecticus es, & hoc quoquè liguris) quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum, aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest? Hoc tu scriptore hoc consiliario, hoc ministro, omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo Rempublicam perdidisti. Neque tu eras tam excors, tamquê demens, ut nescires hunc

& scriptore legis.
Commutatio & Apostrophe.

Repetitio.

gva, ob quam jam suprà eum vocavit prægustatorem libidinum.

Cui non sit interdictum: Hæc verba legis, inquit Cicero, falsa sunt, & impossibilia; affirmant enim rem præteritam tanquam veram, quæ falsa est, atq; adeò jam impossibilis, cùm quod non fuit, fieri jam non possit, ut factũ sit. Est subtilis argumentatio ex verbis formulæ legis.

Sexte noster: Clodi, scriba.

Bonâ veniâ: Cum tua bona gratia te interrogo. Modus loquendi.

Dialecticus: Ironicè: nam qualis Logicus, qui rei præteritæ falsæ affirmationem, falsam esse non intelligit.

Liguris: Alludit ad spurcam ejus lingvam: *ligurire* est cum mora aliquid, vel etiam primoribus labris degustare; nimirum scientias primoribus tantùm labris degustârat Sext. Clodius.

Ferri ad populum: Id, quod proponebatur populo, suffragiis judicandum, dicebatur ferri ad populum.

Neq; tu eras tam excors: Ipse quidem sciebas hunc scriptorem legis minimè idoneum esse, ut qui potiùs contra leges faceret, quàm ut ipse leges scriberet: sciebas alios esse, qui leges scriberent, sed hi non serviebant tibi; nam nemo bonus tibi adhærebat. Digreditur jam in

Commutatio. hunc Clodium esse, qui contra leges faceret: alios, qui leges scribere solerent. Sed nequè eorum, neque cæterorum, in quibus esset aliquid modestiæ, cujusquam tibi potestas fuit: *Polysyntheton.* neque tu legum scriptoribus iisdem potuisti uti, quibus cæteri: neque operum architectis: neque Pontificem adhibere, quem velles: postremò, ne in prædæ quidem societate mancipem, aut prædæ socium, extra tuorum gladia-

pessimos scelerum socios, quos Clodius habuit,, & amplificat, neminem bonum ei adhæsisse.

Neq; eorum: Neq; illi,qui leges aliàs scribere solebant, neq; alii vel modicùm modesti & boni tibi servire volebant; istorum tibi potestas non fuit, hos habere non potuisti.

Operum architectis: Quando ædem Libertatis in eversa mea domo exstruebas, non potuisti obtinere bonos & illos operum architectos, quibus alii utebantur; quia neq; isti tibi servire volebant in re mala.

Neq; Pontificem: Ad aram Libertatis consecrandam in eversa mea domo non potuisti habere Pontificem, quem velles; adhibuisti enim adolescentem imperitum, novum sacerdotem, sororis precibus, matris minis adductum, ignarum, invitum, de quo alio loco: *præsertim illo Pontifice & Magistro, qui cogeretur docere, antequam ipse didicisset.*

In prædæ societate: In divisione bonorum meorum.

Mancipem: Qui emeret: mancipes enim sunt, qui spe lucri ab actione obtinendi emunt, & conducunt,qui dein sublata manu indicabant se auctores emptionis, ut alibi dictum.

Prædæ socium: Cùm bona mea diriperes,nullum potuisti invenire, qui vellet particeps esse hujus cruentæ prædæ, qui vellet esse sector & emptor, nisi ex sceleratorum tuo-

diatorum numerum: aut deniquè suffragii latorem in ista tua proscriptione quemquam, nisi furem ac sicarium reperire potuisti. Itaq; cùm tu florens, ac potens per medium forum cohortis popularis volitares, amici illi tui, te uno amico tecti & beati, qui se populo commiserant, ita repellebantur, ut etiam Palatinam tuam perderent. Qui in judicium venerant, sive accusatores erant, sive rei, te deprecante damnaban-

Ironia.

19. *Digressio in Socios Clodianos.*

tuorum satellitum numero.

Suffragii latorem: Ut jam suprà; *conductos sicarios, egentes & perditos suffragium ferre;* in tua proscriptione: dum me proscriberes.

Cohortis popularis: Cohortem popularem vocat illos Clodii socios, ac satellites, quorum operâ & audaciâ omnia turbabat sub prætextu libertatis populi tuendæ. Cùm te illis, inquit, jactares, ac iis commendares tuos amicos, ut eorũ suffragatione ad Magistratus proveherentur.

Te uno amico tecti: Iterum irònicè, sicut illud *florens & potens:* quis enim uno amico tectus ac beatus esse potest; præsertim omnibus infamiæ maculis notato, qualis Clodius fuit.

Populo commiserant: Qui honores à populo in Comitiis petebant, in populo confidebant.

Ut etiam Palatinam: Subintelligitur *tribum,* ut alibi quoq;. Clodius in hac tribu censebatur, & neq; ista tribus, per quam tamen, ut dicit Cicero pro Sextio, omnes illæ pestes vexare populum Romanum dicebantur, & à qua tribu certò suffragia exspectabantur, neq; ista, inquam, tribus his Candidatis favebat; hanc quoq; tribum perdidère.

Te deprecante damnabantur: Hoc ipsum Cicero explicat Orat. pro Sext. *quisquis erat, qui aliquam partem in meo*

Sextus Ælius Ligur. Paronomasia.

bantur. Deniquè etiam ille novitius Ligur, venalis adscriptor, & subscriptor tuus, cùm M. Papirii, sui fratris, esset testamento & judicio improbatus, mortem ejus se velle persequi dixit, nomen Sexti Propertii detulit, accusare alienæ damnationis, scelerisquè socios

meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocunque venerat, quodcunque judicium subièrat, damnabatur: accusator si esset, de calumnia & tanquam calumniator damnabatur; si reus, ob alia crimina, etsi Clodius deprecaretur pro iis, *te deprecante.*

Novitius Ligur: Novus in urbe civis, nuper è Liguria profectus, Sext. Aelius tribunusplebis, qui cognomen Liguris assumebat, novitius adhuc, nec antiqua nobilitate clarus.

Venalis adscriptor & subscriptor: Adscriptus erat amicis Clodii, pecuniâ emptus. *Subscriptor:* quia Clodii partes tenebat contra Ciceronem, & dum de eo revocando agebatur, iste intercessit. De hoc ejus socio particulariter dicit, quomodo infamis & sceleratus fuerit.

Testamento improbatus: Non substitutus hæres, exhæredatus. Probro autem dabatur, fratribus præsertim, cùm præteriti in testamentis fuissent.

Se velle persequi: Dixit, se vindicaturum mortem fratris, accusando Propertium, tanquam fratrem veneno sustulisset.

Detulit: Accusationem delatio nominis antecedebat; cùm jam Ligur nomen Propertii detulisset, accusationem omisit, veritus nempe, ne calumniæ damnaretur, qui accusaret eum, in quo culpa, saltem tota, non esset, cùm ipse potiùs crimen commisisset, & Papirium fratrem suum, cupiditate hæreditatis tollendum curâsset. Ideò subjungitur: *alienæ damnationis, scelerisque socius.* Quia damnari nemo verè posset, nisi simul Ligur ejusdem sceleris socius damnaretur.

De

cios propter calumniæ metum non est ausus. De hac igitur lege dicimus, quæ jure rogata videatur: cujus quam quisquè partem tetigit digito, voce, præda, suffragio, quocunquè venit, repudiatus, convictusquè discessit. Quid, si iis verbis scripta est ista proscriptio, ut se ispa dissolvat? Est enim, quòd M. Tullius falsum Senatûs Consultum retulerit. Si igitur retulit falsum Senatûs Consultum, tum est roga-

Conclusio de sociis Clodii Dissoluta.

Confirmatur injustitia legis ex malo supposito.

De hac igitur lege: Conclusio argumenti: Clodii lex talis est, ut quicunq; operam qualemcunq; ad eam contulit, habitus sit pro infami, rejectus fuerit in judiciis; qui vel digito tetigit eam legem, juvando, cooperando, vel voce & consilio, vel qui prædæ particeps fuit, vel suum dedit ad eam suffragium, infamis habitus est, in judiciis repudiatus &c.

Quid si iis: Injustitia legis porrò confirmatur ex eo, quòd laboret malo subjecto, & causa legis non subsistat. Scripta est, quòd Cicero falsum Senatûs-Consultum retulerit; hoc non ita est, ut probatur; ergo lex injusta est, & nulla, quia suppositum non subsistit.

Seipsa dissolvat: Ipso jure nulla sit. Non aliunde rescindatur, sed vitium in ipsa lege sit.

Est enim: Intellige: scriptum, quòd Cicero falsum Senatûs-Consultum retulerit de necandis nempe conjuratis & Catilinæ sociis. Insimulaverat quippe Clodius Ciceronem, quòd indemnatos & indictâ causâ morte multärit.

Si igitur: Argumentatio: Si causa subsistit, si verum est, Senatus-Consultum non fuisse factum de damnandis conjuratis, & à me falsò relatum est, lex teneat, rogatio dicatur esse legitima. Si non ita est, si causa, quam obtendit Clodius, falsa est, rogatio & lex non tenet, non est legi-

gatio: si non retulit, nulla est. Satisnè tibi videtur à Senatu judicatum, me non modò non ementitum esse auctoritatem ejus ordinis, sed etiam unum post urbem conditam diligentissimè Senatui paruisse? Quot modis doceo, legem istam, quam vocas, non esse legem? Quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu retulisti? tamennè arbitraris, id, quod M. Drusus in legibus suis plerisquè, bonus ille vir, M. Scaurus, & L. Crassus Consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum &

Nulla est lex Clodii, quia simul, lata de pluribus.
A majore.

gitima atqui causa ista falsa est; falsum est enim me finxisse Senatus-Consultum: ergo.

Satisnè tibi videtur: Probatur minor: Ciceronem non retulisse falsum Senatûs-Consultum, non abusum esse auctoritate Senatûs, sed Senatui semper diligentissimè paruisse. Cur enim Senatus me judicavit revocandum, nisi quia me ab hac culpa immunem agnovit?

Quot modis: Seipsum corrigit, & redarguit, quòd tot probationes, non necessarias adducat ad demonstrandum, legem esse irritam, & injustam.

Quid si etiam: Nova probatio legem Clodii esse irritam, quia contra morem lata est simul de pluribus rebus; id, quod non licebat apud Romanos, ut una lege plures res deciderentur.

Uno sortitu: Una rogatione, una collectione suffragiorum, contra legem Cæciliam Didiam, quæ erat, ne una rogatione diversis de rebus ad populum ferretur.

Quod M. Drusus: Ne in bonis quidem rebus, Drusus, Scaurus, & Crassus obtinere potuerunt, ut lex plures res simul complectens valeret, & tu malus obtineas in rebus malis?

De-

& stuprorum omnium Decumis, & Clodiis auctoribus obtinere? Tulisti de me, ne reciperer, non,ut exirem: quem tu ipse non poteras dicere, non licere esse Romæ. Quid enim diceres: damnatum? certè non. Expulsum? quî licuit? Sed tamen ne id quidem est scriptum, ut exirem. Pœna est, qui receperit: quam omnes neglexerunt. Ejectio nusquam est. Verùm sit. Quid operum publicorum exactio? quid nominis inscri-

20.
Interrogatio.
Subjectio.

Concessio.
Repetitio.

Decumis & Clodiis: Decumus vel Decimus vocabatur, qui pariter auctor erat legis Clodiæ; per Clodios intelligit Sextum Clodium scribam, de quo suprà.

Tulisti de me: Hactenus versatus est in probatione majoris: non licet ferre de pluribus rebus simul: at tu plura simul tulisti de me; ostenditur per partes.

Ne reciperer: Primum continebatur in lege tua,ne quis me tecto reciperet; siquis recepisset, is pœnam subiret; id, quod est, aquâ & igni interdicere. Secundum erat, ut fieret operum publicorum exactio. Tertium, ut nomen meum inscriberetur. Et quamvis potuisset Clodius dicere, verba hæc in sua lege non haberi, tamen reipsa compertum hoc esse Cicero dicit, & tanquam vi legis opere completum.

Ejectio nusquam est: Id est: posita; in lege non est positum, ut ejiciar.

Exactio: Mihi videtur, dicere hìc Ciceronem, quòd Clodius ad exstruendam ædem Libertatis in area Ciceronis exegerit opera publica, ut publicis sumptibus ædificare posset, quod facere illicitum; ipse autem tanquam in sua lege positum, & sibi licitum, actu & opere fecit.

Nominis inscriptio? Ita vocat proscriptionem bonorũ suorum; fiebat enim proscriptio scripto in tabula nomine illius, quem proscriptum volebant, & publicè appensâ

ſcriptio? tibi num aliud videtur eſſe, ac meorum bonorum direptio: præterquàm quòd ne id quidem per legem Liciniam, ut ipſe tibi curationem ferres, facere potuiſti. Quid hoc ipſum, quod nunc apud Pontifices agis, te meam domum conſecrâſſe, te monumentum feciſſe, in meis ædibus te ſignum de-

Repetitio.
Simil. cad.
Diſſolutio.

ſâ tabulâ, pro ſigno, hujus bona eſſe venalia, & licere cuilibet, hominem aggredi, & eum occidere.

Tibi num aliud: Nonnè inſcriptio nominis, & proſcriptio talis eſt ipſa bonorum direptio; hæc autem omnia ſunt diverſa, direptio bonorum, exactio operum publicorum, prohibitio, ne quis me tecto reciperet, ergo diverſa & plura una tua lege ſunt contenta.

Per legem Liciniam: Lex Licinia à Licinio lata erat, ut ne ei, qui tulerit legem de aliqua curatione ac poteſtate, hæc curatio & poteſtas mandetur, imò ne quidem ejus collegis, cognatis, affinibus: ergo ipſe Clodius non debuit habere poteſtatem & curationem illius rei, de qua legem tulit.

Curationem ferres: Munus eorum, qui præficiebantur exſtruendis ædibus, reparandis viis, advehendo frumento, dicebatur *Curatio:* ipſe nunc Clodius ſibi tulit, & mandavit exſtructionem ædis in area Ciceronis, & ipſe executus eſt legem ſuam, quod per Liciniam legem non licuit.

Quid hoc ipſum: Ulteriùs oſtendit plura ſimul una lege decreta; quæ enim vi hujus legis fecit Clodius, cenſentur tanquã in ea lege contenta; at ille conſecravit domũ Ciceronis, monumentum jecit, ſignum dedicavit. &c. ergo plura erant una lege contenta.

Monumentum feciſſe: Ædificium ad tui memoriam à te exſtructum.

Signum dedicâſſe: Effigiem Deæ Libertatis.

Ro-

dedicâsse, eaquê te ex una rogatiuncula fecisse: unum & idem videtur esse, atquê id, quod de me ipso nominatim tulisti? Tam Herculè est unum, quàm quod idem tu lege una tulisti, ut Cyprius Rex, cujus majores huic populo socii atquè amici semper fuerunt, cum bonis omnibus sub præcone subjiceretur, & exules Byzantium

Prolepsis.

A pari.

Rogatiuncula: Per diminutivum vocat contemptibiliter illam non *rogationem*, sed aliquid longè minus, quàm *rogatio*.

Tam Herculè est unum: Æquê parùm una est Lex, & de una re, quàm parùm illa lex à te lata de Rege Cyprio, quem pariter proscribendum curâsti, & eâdem lege decrevisti de Byzantinis revocandis.

Cyprius Rex: Cicerone expulso Clodius legem promulgavit de Ptolomæo Rege Cypri, ut bona ejus publicarentur, & regnum in provinciæ formam redigeretur, idquê negotium M. Catoni datum est, at ille cognita regni sui publicatione seipsum veneno necavit. Ut suprà.

Sub præcone subjiceretur: Repetita præpositione; aliàs dicitur: *præconi, vel præconis voci subjicere*; nam præco bona, quæ proscribebantur, publicæ auctioni proponebat, ac proclamabat.

Byzantium: Byzantini cives rerum capitalium à suis condemnati, per Pisonis legatos reducti sunt mandante Clodio, quod iniquum fuit: cùm præsertim libera civitas Byzantium, & sui juris esset. Byzantium, hodie Constantinopolis, nomen & originem accepit à Byzante Megarensi Anno Mundi 3292 conditum. Anno Christi 330. à Constantino M. sedes Romani Imperatoris electum. Anno Christi 1453. à Mahomete II. Turcico Imperatore occupatum.

Eidem

um reducerentur. Eidem, inquit, utraquè de re negotium dedi. Sed quid si eidem negotium dedisses, ut in Asia cistophorum flagitaret, inde iret in Hispaniam: cùm Româ decessisset, consulatum ei petere liceret: cùm factus esset, provinciam Syriam obtineret? Quoniam de uno homine scriberes, una res esset? Quòd si jam populus Romanus de ista re consultus esset, & non omnia per servos, latronesquè gessisses, nonnè fieri poterat, ut populo de Cyprio rege placeret, de exulibus Byzantinis displi-ce-

Conjugata.

Similiter desinentia.
Antitheta.

Eidem inquit: Objectio Clodii; res una est, quia uni mandavit homini. Respondet Cicero: non ideò rem esse unam, & hoc probat similitudine hypothetica. *Eidem:* intelligit Catonem.

Cistophorum: Hoc est: ut juberet in vectigalibus & tributis pendendis non aliâ pecuniâ uti Asiaticos, quàm cistophoris. *Cistophorus* species numi erat, cistâ mysticâ insignitus, sive in quo erat impressa imago alicujus, qui cistam ferebat. Valebat, quantum denarii Romani semissis.

Inde iret: Diversa hìc simul, & una lege complectitur, ut *in Asia &c. Inde ex Asia in Hispaniam eat*, idem *cum Roma decesserit, Consulatum petere possit:* quod absentibus per leges non licebat, idem, *ubi Consul factus sit, provinciam Syriam administret.*

Scriberes: Legem ferres.

Quodsi populus: Si suffragia rogatus esset populus, & non tulissent suffragia tantùm latrones tui, nunquid accidere poterat, & accidisset, ut populus in illa lege paulò ante adducta unum tantùm approbaret, alterum antiquaret?

Quæ

ceret? Quae est quasi alia vis, quae sententia Cæciliæ legis, & Didiæ, nisi hæc, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id, quod nolit, accipere, aut id, quod velit, repudiare? Quid si per vim tulisti, tamennè lex est? aut quidquam jure gestum videri potest, quod per vim gestum esse constet? An si in ipsa latione tua, capta jam urbe, lapides jacti,

Polysyndeton.
Commutatio.
Antitheta.
Est per vim lata lex, ergo irrita.
Major per interrogationem.

Quæ est quasi: Quam aliam quasi vim, quem alium sensum, & finem habent leges Cæciliæ & Didiæ, quàm ut ne populus pluribus rebus simul obrutus, ob confusionem aliquid debeat admittere contra suam voluntatem?

Cæciliæ &c. Ut suprà de trinundino; illæ autem leges ideò & in hunc finem erant latæ, ut tempore trinundino populus considerare, & perpendere posset, annon eadem lege plura simul rogarentur, ac tum cætera rejicere, de uno ferre sententiam posset.

Quid si per vim: Nova probatio irritæ legis, quòd per vim lata sit: *quod per vim gestum est, non est jure gestum: At rogatio Clodia per vim est gesta: non igitur justè est gesti.* Propositio est clara, sine ulteriori probatione, Minor incipit: *an si in ipsa &c.*

Latione tua: Cùm legem ferres. Minor probatur à definitione, quid sit vis? Clodius enim vim esse dicit, ubi manus conferuntur: Cicero dicit vim esse non solùm in conflictu, sed etiam in incutiendo metu.

Capta jam urbe: Tua tyrannide cùm jam occupata & oppressa urbs esset.

Lapides jacti: Spectat ad illud, quod proximè sequitur, & subintelligenda pariter est particula *non:* si dum legem ferebas, lapides jacti non sunt, si manus collata non est, num ideò dices *sine vi* latam esse legem? idcircò tu ad tanta civitatis mala sine vi pervenisti? longè aliter

A definitione. jacti, si manus collata non est, idcirco tu ad illam labem, atque eluviem civitatis sine summa vi pervenire potuisti? Cùm in tribunali Aurelio conscribebas palàm non modò liberos, sed etiam servos, ex omnibus vicis concitatos: vim tum videlicet non parabas. Cùm edictis tuis tabernas claudi jubebas, non vim imperitae multitudinis, sed hominum honestorum modestiam prudentiamque quaerebas: cùm arma in aedem Castoris comportabas, nihil aliud, nisi uti ne quid per vim agi posset, machinabâre. Cùm verò gradus Castoris convellisti, ac removisti: tum ut

21. *Repetitio. Ironia figura longior. Enumeratio.*

hîc accipit nomen *vis*, quàm suprà,cùm diceret: *quasi alia vis*;tum enim vis significat efficaciam & sensum legis.

Tribunali Aurelio: Tribunal locus es excelsus,arcuatâ figurâ, in quo residebat is, qui jura vel mandata dabat. Hoc tribunal M. Aurelius Cotta aedificaverat in foro, unde Clodius mandata dederat servos educendi ex ergastulis,& in exercitum conscribendi,quam rem Cicero pro Sextio, in Pisonem, oratione post reditum, & alibi saepè adducit.

Tum videlicet: Per ironiam ostendit vim Clodii.

Imperitae multitudinis: Nonnè plebem volebas concitare in tumultum? vel hac ratione modestos & prudentes homines ad te trahere volebas?

Aedem Castoris: De hac alibi. Templum erat, in quod arma à Clodio comportari jussa sunt.

Gradus Castoris: Quos ligneos & exemptitios fuisse, multis ex locis intelligitur. Hos gradus sive scalas templi, postquam Clodius in templum ascendit, legem per vim

ut modestè tibi agere liceret, homines audaces ab ejus templi aditu atquè ascensu repulisti. Cùm eos, qui conventu virorum bonorum verba de salute mea fecerant, adesse jussisti, eorumquè advocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti, tum profectò ostendisti, vim tibi maximè displicere. Verùm hæc furiosa vis vesani tribuniplebis facilè superari, frangiquè potuit virorum bonorum vel virtute, vel multitudine. Quid? cùm Gabinio Syria dabatur, Macedonia Pisoni, utriquè infinitum imperium, ingens pecunia, ut tibi omnia permitterent, te adjuvarent, tibi manum, copias, tibi suos paratos centuriones, tibi pecunias,

Incisa. Dissoluta.

Polysyndeton.

Traductio. Similiter cad: & desinentia.

vim laturus, evelli, tolliq; curavit, ne, siqui ei adversarentur, ingredi in templum, & eum deturbare possent.

Conventu virorum: Pro: *in Conventu.* Amant veteres nomina hujus inflexionis sic adhibere omissis præponendi particulis, Cic. de orat. 1. *Consulatu devenimus in medium rerum omnium certamen*, pro: *in consulatu.*

Eorumq; advocationem: Amicos, à quibus comitati eò venerant, qui advocationem faciebant, meas partes tueri volebant, vi adhibita expulisti; annè tunc vis abfuit?

Syria dabatur: Non inquit, fortè obveniebat, quod debebat fieri in populo libero, sed dabatur à Clodio pro sua potestate, per vim. De hac re, & data administratione istarum provinciarum jam supra, sicut de pecunia: *Quis pecuniam ad emendos agros constitutam, ereptam vi ex Cæsaris actis, quis imperium infinitum dedit?*

Manum, copias: Manipulos militum, cohortes, paratos

Dissolutio. nias, tibi familias compararent: te suis sceleratis concionibus sublevarent, Senatûs auctoritatem irriderent, Equitibus Romanis mortem, proscriptionemque minitarentur: me terrerent minis: mihi cædem & dimicationem denuntiarent: meam domum refertam viris bonis per amicos suos complerent: proscriptionis metu me frequentiâ nudarent virorum bonorum, me præsidio spoliarent: Senatum pro me non modò pugnare, amplissimum Ordinem, sed etiam plorare & supplicare, mutata veste prohiberent: ne tum quidem vis erat? Quid igitur ego gessi: aut qui timor fuit? non dicam in me: fac me timidum esse naturâ: quid illa tot virorum fortissimorum millia? quid no-

22.

Præteritio, & Concessio. Repetitio.

tos centuriones, quos ipsi sibi paraverant.

Sceleratis concionibus sublevarent: Te sursum levarent, extollerent suis sermonibus ad populum habitis.

Dimicationem denuntiarent: Mihi mortem, vel saltem mortis periculum minitarentur.

Refertam viris bonis &c. Et in domum meam, quam aliàs viri boni implebant, totam nunc suorum amicorum turbam pessimam introducerent, priores expellerent.

Proscriptionis metu: Ob metum proscriptionis & exilii plurimos bonos à me averterent.

Amplissimum Ordinem: Est appositio ad Senatum, sed per hyperbaton trajicitur: Senatum, qui est ordo amplissimus.

Quid igitur ego gessi? Quid ego tum egi? num, & qualiter timui? de meo timore non dicam; dicas tu me naturâ timi-

noſtri Equites Romani? quid Senatus? quid deniquè omnes boni, ſi nulla erat vis? Cur me flentes potiùs proſecuti ſunt, quàm aut increpantes retinuerunt, aut irati reliquerunt? An hoc timebam, ſi mecum ageretur more, inſtitutoquè majorum, ut poſſem præſens ſuſtinere? Utrum, ſi dies dicta eſſet, judicium mihi fuit pertimeſcendum? An ſine judicio privilegium? Judicium in cauſa tam turpi? Scilicet is homo ſum, qui etiam ſi cauſa eſſet ignota, dicendo non poſſem explicare. An eam cau-

Dilemma.
Disjunctio.
Simil. deſ:

Dilemma.
Traductio.

Ironia.

midum eſſe; at hoc ego dico,ob tua ejusmodi violenta facta viros fortes timuiſſe. Timor illorum tuā ſatis indicat vim, ut de me non dicam, cui tu panicum fortè & inanem timorem affingeres.

Cur me flentes potiùs: Quia abire me permiſerunt, ſed flentes, indicium fuit, quòd illibenter me demitterent, ſed ob vim tuam intercedere non auderent; ſi vim non metuiſſent,increpantes te, retinuiſſent me, vel ſi noluiſſent retinere, tanquam irati me reliquiſſent,non flentes.

An hoc timebam: Ego verò an aliud habui, quod timerem; quàm vim? non habui, cur timerem judicium,non habui, cūr timerem privilegium.

Mecum ageretur more: Si ad legitimum judicium vocarer:

Ut poſſem præſens: Ideòne diſceſſi; quia metuebam, ne præſens non poſſim judicium ſuſtinere? neutiquam id eſt. Fiduciam habebam in cauſa,fiduciam in amicis,fiduciam in eloquentia; nil aliud metui, niſi vim.

Privilegium: Ut ſuprà, eſt lex privato irrogata.

In cauſa tam turpi: Ironia. Contrarium intelligit, in cauſa mea nullo modo turpi.

Si cauſa eſſet ignota: Si non pateret bonitas cauſæ meæ,

 &

causam probare non poteram, cujus tanta bonitas est; ut ea ipsa non modò se, sed etiam me absentem per se probârit? An Senatus, an Ordines, an ii, qui cuncta ex Italiâ ad me revocandum convolaverunt, segniores me præsente ad me retinendum, & conservandum fuissent in ea causa, quam ipse jam parricida talem dicat fuisse, ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expetitum atque revocatum queratur? An verò in judicio periculi nihil fuit, privilegium pertimui, ne mihi præsenti, si multa irrogare-

Repetitio. Incisa. A comparatione.

2. Pars Dilemmatis.

& innocentia mea, utiq; versatus in foro Orator potuissem rem explicare, & me defendere. Abii ergo, quia metui vim, non quia causæ diffidebam.

Non modò se probarit: Causa non modò seipsa, sed etiã me absentem per seipsa probavit. *Per seipsa*, est ipsa sola, sine alterius rei, aut patroni adminiculo & subsidio.

An Senatus: Ostendit, se etiam, resistere si voluisset intentatæ vi, facilè Senatum, Equites, & populum excitare potuisse; sed maluisse Republica salva exire è civitate, quàm manere eâ perturbatâ.

Parricida: Clodius.

Talem dicat: Hoc ipsum est, quod queritur & indignatur Clodius, me tanquam innocentem ab omnibus expetitum, & revocatum ab exilio.

An verò in judicio: Secunda superioris dilemmatis pars. Jam ostendit judicium sibi non fuisse pertimescendum. Si ergo id non fuit timendum, privilegium tamen, inquit, mihi metum fortè incussit; quod etiam refellit.

Multa irrogaretur: Si Clodius privatâ auctoritate pœnam

garetur, nemo intercederet? Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda Respublica à Magiſtratibus? Quid ſi vocatæ tribus eſſent, proſcriptionem non dicam in me, ita de ſua ſalute merito, ſed omnino in ullo civi comprobaviſſent? An ſi ego præſens fuiſſem, veteres illæ copiæ conjuratorum, tuiquè perditi milites, atquè egentes, & nova manus ſceleratiſſimorum Conſulum corpori meo peperciſſent? Qui cùm eorum omnium crudelitati ceſſiſſem, ne abſens quidem luctu

A majore ad minus.

nam mihi decerneret. In orat: pro Rabir: dictum eſt, quid ſit *multam irrogare*.

Intercederet? Magiſtratibus multam irrogantibus alios intercedere potuiſſe, patet ex multis Ciceronis locis.

Tam inops: Tanquam ego non habuiſſem amicos, qui mei causâ intercederent, multæ irrogatæ ſe opponerent: vel tanquam Reſpublica nullos alios bonos Magiſtratus habuiſſet, qui Clodio intercederent?

Vocatæ tribus: Ad ſuffragia danda. An populus approbâſſet, putatis, tam iniquam proſcriptionem & exilium, ſi legitimo modo, & ſine turbis res ad eum delata fuiſſet.

Veteres illæ &c. Cauſa ergo, quòd diſceſſerim, hæc eſt: vim metuebam, quæ corpori meo inferebatur; non metuebam judicium, non mulctam per privatam legem & privilegium Clodii irrogandam. Proponit hoc per figuram interrogationis: annon potiùs metuendos habui ſceleratos latrones vim parantes? Veteres & diutiùs jam conducti latrones, ſimul & novi à Conſulibus ad vim faciendam comparati, hi mihi non peperciſſent.

Ne abſens: Nec abſenti pepercerunt, ergo multò minùs peperciſſent præſenti. Hinc occaſionem ſumit deſcri-

23. *Similiter desinentia. Dissoluta. Metaphoræ. Antitheta. Enumeratio familiæ.* *Repetitio.*

ctu meo mentes illorum satiare potui. Quid enim vos uxor mea misera violârat? quam vexavistis, raptavistis, omni crudelitate lâceravistis. Quid mea filia? cujus fletus assiduus, sordesquè lugubres vobis erant jucundæ, cæterorum omnium mentes oculosquè flectebant. Quid parvus filius? quem, quamdiu afui nemo nisi lacrymantem, confectumq; vidit: quid fecerat, quòd eum toties per insidias interficere voluistis? Quid frater meus? qui cùm aliquantò post meum discessum ex provincia venisset, nequè sibi vivendum, ni-

bendi, quomodo sibi & suis vim attulerint, cùm ipse etiam absens esset. Ex quibus omnibus probat vim fuisse in Clodio, dum legem ferebat.

Uxor mea: Terentia vocabatur, quæ Ciceroni attulerat dotem facilè 26666. florenorum.

Mea filia? Tullia, quam singulariter diligebat Cicero. Vos inimici mei gaudebatis in hujus luctu, in quo tamen cæteri omnes affligebantur.

Parvus filius: M. Tullius Cicero & ipse vocatus, qui post varia munera gesta, deniq; etiam Consulatum adeptus, & in eo partis ulciscendi causâ omnes Antonii statuas & monumenta dirui jussit; subinde Prætor Syriæ factus, non tam suis meritis, quàm parentis, in cujus gratiam ab Octaviano promotus est. Bicongius dicebatur ob temulentiam, quâ infamis erat.

Afui: Idem ac absui.

Confectumq;: Confectus, si ita absolutè ponitur, significat exercitatum, & doloribus molestiisq; enectum.

Frater meus: Q. Tullius Cicero vocatus, de quo scribit Appianus, quòd post varia munia insigniter admini-

stra-

nisi me restituto, putaret, cùm ejus mœror, squalor incredibilis & inauditus, omnibus mortalibus miserabilis videretur: quoties ex vestro ferro ac manibus est elapsus? Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me, ac meos adhibuistis: qui parietibus, qui tectis, qui columnis, ac postibus meis horrificum quoddam, & nefarium, omni imbutum odio, bellum intulistis? Non enim te arbitror, cùm post meum discessum, omnium locupletium fortunas, omnium provinciarum fructus, tetrarcharum ac regum bona, spe & avaritia devorâsses, argenti & suppellectilis meæ cupiditate esse cœcatum: non existimo:

Correctio, & transitio.

Repetitio.
Incisa.
Partes pro toto.
Metaphora.
Occupatio tacita.
Similiter cadentia.
Metaphoræ.

Cam-

strata eundem cum fratre vitæ exitum sortitus sit, suo cum filio proscriptus ab Antonio, atq; etiam occisus.

Qui parietibus &c. Quin & domui meæ vim intulistis; lacerâstis enim illam, diruistis &c. parietes, tecta &c. partes pro toto.

Bellum intulistis: Domui, metaphoricè.

Non enim te: Est tacita Occupatio: potuisset enim dicere aliquis, non est hoc factum ex odio erga te, sed propter facultates & divitias tuas. Negat hoc Cicero, & alia spolia eos habere potuisse dicit. Deinde probat hoc ex simili à consvetudine belli desumpta.

Tetrarcharum: Tetrarchæ dicebantur, qui quartam regni partem possidebant, quales in minore Asia, Judæa, & alibi erant.

Cœcatum: Raptum cœca cupiditate.

Cam-

Enumeratio. *Dissolutio.* Campanum illum Consulem cum saltatore Collega, cùm alteri totam Achajam, Thessaliam, Bœotiam, Græciam, Macedoniam, omnemquè Barbariam, bona civium Rom: condonâsses: alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas, pacatissimasquè gentes ad diripiendum tradidisses: illos tam cupidos liminum meorum & columna-

lumna-

Campanum: Campania, regio est Italiæ, à præcipua ejus urbe Capua, ut aliqui volunt, ita dicta. Consul autem hic Campanus vocatur Piso, qui quo anno Consul Romæ, eodem Capuæ (quam superiore anno Coloniam C. Cæsar Consul fecerat) Duumvir cum Pompejo fuit, unde in oratione contra Pisonem: *Seplasia* (vicus Capuæ celeberrimus) *ut dici audiebam, te ut primum aspexit, Campanum Consulem repudiavit.*

Cum saltatore Collega: Cum Collega Pisonis Gabinio saltationibus dedito.

Cùm alteri: Cùm tu Clodius Pisoni addixisses populos illos liberos in Achaja &c. ut in Pisonem: *Lege Cæsaris justissima, atq; optima, populi liberi planè, & verè erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem præter te & Collegam tuum putavit, omnis erat tibi* (Pisoni) *Achaja, Thessalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta.* In quo animadvertendum, propriè Græciam vocari, quæ ab Isthmi angustiis inciperet: Hellas Græcis dicta, cujus in prima parte Atticam Plinius ponit.

Barbariam: Barbaria regio est Africæ, quam accuratè describit Leo Africanus; gens fera ibi habitabat, unde inculti & feri homines adhuc barbari dicuntur.

Alteri: Gabinio.

Tam cupidos liminum: Partes pro toto. Non est credibile, quòd, cùm prædas alibi haberent tam opimas, meæ domûs limina & columnas ita concupiêrint; non cupi-

dita-

lumnarum, & valvarum fuiſſe. Neque porrò illa manus, copiæquè Catilinæ cæmentis ac teſtis tectorum meorum ſe famem ſuam expléturas putaverunt; ſed ut hoſtium urbes, nec omnium hoſtium, verùm eorum, queîscum acerbum bellum, inteſtinumquê ſuſcepimus, non prædâ adducti, ſed odio ſolemus excipere; quòd in quos propter eorum crudelitatem inflammatæ mentes noſtræ fuerunt, cum horum etiam tectis ac ſedibus reſidere aliquod bellum ſemper videtur: * * Nihil erat latum de me; non adeſſe eram

Allegoria.

Cõparatio.

24.
Mẽbratim.

ditate prædæ,ſed tantûm cupiditate exercendi odii diripuerunt.

Neq; porrò: Etiam alii ſocii & conjurati,qui olim Catilinæ militârunt, non tam habebant famem rerum mearum, quàm odium. *Teſtæ* ſunt teſtacei lateres, quibus tegitur domus.

Sed ut hoſtium: Si cum hoſtibus acerbum, *&* *inteſtinum*, id eſt: inſitum, & penitùs in animis infixum bellum gerimus, ſolemus eorum urbes, non ſemper cupiditate prædæ, ſex ex odio devaſtare; ſic vos veſtrum in me crudele & immane odium in meam domum profudiſtis. Altera pars hujus comparationis videtur deeſſe, ſed facilè colligitur ex antecedentibus, neq; neceſſe eſt, ut clarè ſemper ponatur.

Nihil erat latum: Deſcribit jam, quomodo odium in res ſuas & domum fuerit exercitum, vis ſibi illata abſenti, non condemnato, nullo jure. Hinc vel parùm deeſt ad ſuperiorem comparationem, vel nihil. Nam pergit in re eàdem, & odium illud deſcribit; *nihil latum:* nulla lex de me, contra me promulgata.

Afu-

ram jussus; non citatus. Afueram. Eram etiam tuo judicio civis incolumis, cùm domus in Palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum Consulem transferebatur: Senatus-Consulta volabant: columnae marmoreae ex aedibus meis, inspectante populo Romano, ad socerum Consulis portabantur: in fundum autem vicini Consulis non instrumentum, aut ornamenta villae, sed etiam arbores transferebantur: cùm ipsa

Describit devastationem domûs & villæ.

Afueram: Absens eram; idem enim est: ac *absueram:* sed *affueram*, idem est: ac *adfueram.*

Tuo judicio civis incolumis: Tu quoq; aliter judicare non poteras, quàm me non esse condemnatum. *Incolumis est civis*, qui adhuc salvo suo jure est: & tamen, inquit, mecum egistis, tanquam condemnatus essem.

Domus in Palatio: Dictum jam alibi, Montem Palatinum Romæ vocari Palatium.

In Tusculano: Tusculanum vocabatur ager ille propinquus urbi Tusculo in Latio, ubi Cicero villam habebat amœnam, celebremq;, in quam post forensia negotia animi recreandi causâ sæpè se recipiebat. Hodie *S. Maria de Grotta ferrata* dicitur.

Altera ad alterum: Domus ad Pisonem, villa ad Gabinium.

Senatûs-Consulta volabant: Obscura hæc est dictio, & alii aliter legunt: coincidunt tamen in hunc ferè sensum: Senatores sua placita, & sua decreta passim interponebant, ea decreta & Senatûsconsulta passim circumferebantur, sed Consules Piso & Gabinius vetabant eorum rationem haberi; itaq; alii legunt: *Senatum-Consules vetabant.*

Ad socerum Consulis: Cicero in Pisonem idipsum asserit. Socrus est mater uxoris aut mariti.

Non instrumentum: Non solùm instrumenta, quæ habentur

ipsa villa non prædæ cupiditate, (quid enim erat prædæ) sed odio, & crudelitate funditùs everteretur. Domus ardebat in Palatio non fortuitò, sed oblato incendio. Consules epulabantur, & in conjuratorum gratulatione versabantur, cùm alter se Catilinæ delicias, alter Cethegi consobrinum fuisse diceret. Hanc ego vim, Pontifices, hoc scelus, hunc furorem meo corpore opposito, ab bonorum omnium cervicibus depuli, omnemquè impetum discordiarum, omnem diù collectam vim improborum, quæ inveterata, compresso odio atquè tacito, jam erumpebat, nacta tam audaces duces, ex-

Correctio.

Traductio.

Geminatio.

tur in villis ad rem rusticam colendam, neq; solùm ornamenta. Instrumentum in singulari numero adhibet; quia significat per se plura in multitudine.

Oblato incendio: Ultrò & malitiosè injectis ignibus.

Epulabantur: Jam describit inimicorum suorum in malis suis lætitiam, & gratulationem.

Catilinæ delicias: Gabinium significat. Delicias appellat, quasi eum Catilina turpiter amâsset.

Cethegi: C. Cornelius Cethegus conjuratus Catilinæ fuit.

Hanc ego vim: Redit ad suum timorem ac discessum Cicero, quo non scelus ac tela improborum (quæ unus cervicibus excepit in conjuratione Catilinæ, & nunc in devastatione domûs suæ) sed vim & internecionem civiũ Romanorum declinavit.

Compresso odio atq; tacito: Cûm odium ipsorum aliquamdiu mansisset occultum.

Nacta tam audaces: Postquam eorum vis tam audaces obtinuit duces.

Con-

Allegoria. excepi meo corpore. In me uno Consulares faces jactæ manibus tribunitiis: in me omnia, quæ ego quondam retuderam, conjurationis nefaria tela
Dilemma. adhæserunt. Quòdsi, ut multis fortissimis viris placuit, vi & armis contra vim decertare voluissem: aut vi-
Antitheta. cissem cum magna internecione improborum, sed tamen civium; aut, interfectis bonis omnibus, quod illis optatissimum erat, unà cum Republica concidissem. Videbam vivo Senatu, populoq; Romano celerem mihi summa cum dignitate reditum: nec intelligebam fieri diutiùs posse, ut mihi non liceret esse in ea Republica, quam ipse servâssem. Quod si non liceret: audièram, & legeram, clarissimos nostræ

Consulares faces: Id est: odia Consulum, Gabinii & Pisonis in me vim suam exeruerunt per manus tribunorum.

Quondam retuderam: Dum conjurationem Catilinariam repressi.

Adhæserunt: Affixa & infixa permanserunt.

Quòdsi: Si vim vi voluissem repellere, vel vicissem, sed tamen non sine strage civium, quamvis improborum, quod nolebam: vel victus ego fuissem, & interiissent mecum plurimi boni, quod iterum nolebam; ergo satius erat cedere ex urbe.

Videbam vivo Senatu: Exponit porrò consilii sui & abitûs rationes. 1. Vidit se revocatum iri. 2. Etiamsi non revocaretur, gloriosum tamen fuerat ad exemplum multorum hæc pro Republica pati. 3. Meliorem suam vidit conditionem fore, quàm illorum, qui se pro patria devo-

ſtræ civitatis viros ſe in medios hoſtes ad perſpicuam mortem pro ſalute exercitûs injeciſſe: ego pro ſalute Reipublicæ univerſæ dubitarem; hòc meliore conditione, quàm Decii, quòd illi ne auditores quidem ſuæ gloriæ, ego etiam ſpectator meæ laudis eſſe potuiſſem? Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Omnem enim vim omnium ſceleratorum acerbitas mei casûs exceperat. Non erat in tam immani injuria, tantisque ruinis novæ

A minore.

25.

voverunt; quia ſibi non moriendum fuerit, ut illis, & ſæpè laudem ſuam, quam conſecutus fuerit, audire potuerit.

Hoc meliore: Hôc pro tantò, eleganter ponitur.

Quàm Decii: De his, patre & filio, Valer: Max: l. 5. c. 6. *Decius, cùm Latino bello Romanam aciem inclinatam, & pœnè jam proſtratam videret, caput ſuum pro ſalute Reipublicæ devovit: ac protinus concitato equo in medium hoſtium agmen, patriæ ſalutem, ſibi mortem petens, irrupit, factaq; ingenti ſtrage, plurimis telis obrutus ſupercorruit, ex cujus vulneribus & ſangvine inſperata victoria emerſit.* Paulò pòſt: *filius patris exemplum ſecutus devotione ſimili, æque ſtrenuà pugnà, conſentaneo exitu, labantes, perditasq; vires urbis noſtræ correxit.*

Ne auditores quidem: Quia mortem oppetentes, ſuam gloriàm ſunt adepti.

Infractus furor: Pro *fractus*. Uti plerumq; & meliùs accipitur; *infringo* enim ſignificat, *frango*. Pro quo ſenſu exempla auctorum extant plurima, ut Valerii Max: Livii, Senecæ, Virgilii & aliorum. Furor autem Clodii fractus fuit diſcendente Cicerone, cùm, quod in alios ſæviret, non haberet. In Catonem tamen proximus ejus fu-

Probat vim exemplo Catonis. væ crudelitati locus. Cato fuerat proximus. Quid ageres? non erat, ut qui modus moribus fuerat, socius idem esset injuriæ. Quid? posses extrudere ad Cypriam pecuniam. *Dialogismus.* Præda periêrit. Alia non deerit. Hunc mo-

furor se exoneravit. Vide quod sequitur.

Cato fuerat proximus: In quem scil. post me exoneraret furorem suum. Rursus Catonis mentionem facit, ut sibi illum conciliet. Hoc enim Ciceroni multùm obfuit, quòd Cato partes Clodii secutus videbatur. Removet hoc Cicero, & inde majus odium adversario conciliat, dum ostendit, ab eo Catonem è Republica ejectum, ut pro suo arbitratu & libidine agere posset. Ejecit autem tum, quando, ut suprà, eum misit in Cyprum.

Quid ageres? Est hic dialogismus, & sermocinatio, quæ plerumq;, cùm breves sint, & incisis constructionibus, aliquam obscuritatem habent. Quid ageres, Clodi, præsente nempe Catone? non erat; non potuisti præsente Catone agere, quæ velles. Quid ergo? extrudas? mittas in Cyprum, ut Regis illius bona rapiat? carebis tu hac prædâ: sed non deerit alia. Extrudatur, amandetur; sic modo debet fieri.

Ut qui modus: Cato erat severus morum animadversor & reprehensor, modum ille moribus ponebat Clodii, ergo modus moribus erat: non erat autem alius (cogitabat secum Clodius) ut Cato, qui modus esset moribus meis, idem socius esset in inferendis injuriis, ergo mittatur aliò, ut agere possim, quæ lubent.

Ad Cypriam pecuniam: Ad vendenda Ptolomæi Cyprii Regis bona, de qua re suprà N. 8.

Præda periêrit: Verba Clodii: si Catonem ad Cypriam pecuniam mitto, hæc mihi præda omnino peribit: ille enim, vir bonus, referet Romam in ærarium.

Mo-

modò amandandum esse. Sic M. Cato invisus quasi per beneficium Cyprum relegatur. Ejiciuntur duo, quos improbi videre non poterant: alter per honorem turpissimum: alter per honestissimam calamitatem. Atquè ut sciatis, non hominibus istum, sed virtutibus hostem semper fuisse, me expulso, Catone amandato, in eum ipsum se convertit, quo auctore, quo adjutore, in concionibus, ea, quæ gerebat, omnia, quæquè gesserat, se fecisse & facere dicebat. Cn. Pompejum, quem omnium judicio longè principem esse civitatis videbat, diutiùs furori suo veniam daturum non arbi-

Antitheta. Synœciosis. Commutatio. Vis probatur per exemplum Pompeji. Traductio.

Modò amandandum esse: Subaudi, *stet, fixum sit*, vel aliud simile.

Invisus: Nempe Clodio.

Quasi per beneficium: Uti supra N. 9. quem non *produxeras*, sed *subduxeras*; lege notas ibidem.

Ejiciuntur duo: Cato, & Cicero.

Honorem turpissimum: Et hic commutatio contrariorum. Contrariis rebus contraria addit adjuncta.

Honestissimam calamitatem: Sive quòd Cicero ultrò exiverit, sive quòd honorificentissimè revocatus sit.

Atq; ut sciatis: Transitio ad Cn. Pompejum: Imò nec Pompejus ipse insidias, & vim, & furores Clodii subterfugere domi potuit.

Quo auctore: Sic multis loci, & præsertim in Sextiana: *omnibus in concionibus illa Furia clamabat, se quæ faceret contra salutem meam, facere auctore Cn. Pompejo.*

Longè Principem: Maximè præcipuum.

Veniam daturum: Potestatem, & facultatem daturum, permissurum.

arbitrabatur. Qui ex ejus custodia per insidias Regis amici filium hostem captivum surripuisset, & eâ injuriâ virum fortissimum lacessîsset: speravit iisdem se copiis cum illo posse confligere, quibuscum ego noluissem bonorum periculo dimicare: & primò quidem adjutoribus Consulibus: posteà fregit fœdus Gabinius: Piso tamen in fide mansit. Quas iste tum cædes, quas lapidationes, quas fugas fecerit: quàm facile ferro, quotidianisquè insidiis, cùm jam á firmissimo robore copiarum suarum relictus esset, Cn. Pompejum forô,

Repetitio.
Adjunctio.
A Minore.

Qui: Clodius: *ex ejus:* Pompeji.

Per insidias: Clodius per insidias surripuit Regis amici (Cyprii) filium, *hostem*, tanquam hostem; qua ratione graviter offendit Pompejum, qui eum in custodia habebat.

Iisdem se copiis: Per eosdem improbos cives, quibus ego me opponere nolui, ne multi boni cives simul mecum in periculum venirent.

Primò: Particula est numeri, ac temporis ordinem significans. *Primùm* dicimus, cùm plura tractamus & adducimus argumenta, vel res.

Fregit fœdus: Conspirationi de necando Pompejo renunciavit, consilium mutavit. Nam per improbos cives, & consules, *copias suas*, opprimere & necare Pompejum sperabat Clodius.

Quas lapidationes: Lapidationes facere nihil aliud est, quàm adversarios lapidibus petere: *Fugas* autem *facere*, est fugare.

Relictus esset: â copiis Gabinianis destitutus. Nam Gabinius fregit fœdus; & tamen Clodius tantam vim & terrorem Pompejo intulit, ut *foro privârit curiaq;* non ausus sic Pompejus frequentare forum & curiam sed

forô, curiâquè privârit, domumquè conjecerit, vidiſtis. Ex quo judicare potuiſtis, quanta vis illa fuerit oriens, & congregata, cùm hæc Cn. Pompejum terruerit jam diſtracta, & exſtincta. Hoc vidit in ſententia dicenda Kalendis Januariis vir prudentiſſimus, & cùm Reipublicæ, tum mihi, tum etiam veritati amiciſſimus, L. Cotta, qui legem de meo reditu ferendam non cenſuit: qui me conſuluiſſe Reipublicæ, ceſſiſſe tempeſtati, amiciorem vobis, cæterisquè civibus, quàm mihi, ac meis exſtitiſſe, vi, armis, diſſenſione hominum ad cædem in-

Antitheta.

26.
Vis Clodii probatur teſtimonio Cottæ.

Oratio indirecta L. Cottæ.

Diſſoluta.

ſed ſe domi debuerit includere, *domum conjectus* à Clodio. Argumentatur jam à minore: Cùm tanta vis fuit Clodii fractis viribus, & deficiente ab eo Gabinio: multò ſanè major fuit, cùm ego urbe exivi, quando conjunctas adhuc habuit copias Gabinii.

Oriens & congregata: Cui ordine immutato ſubjicit *diſtracta & exſtincta.*

L. Cotta: Hactenus demonſtravit Orator omnia vi geſta eſſe à Clodio, & quæ vi gerantur, non eſſe probanda; jam eandem vim probat, & legem propterea eſſe nullam domonſtrat exemplo & teſtimonio eorum, qui de Cicerone reſtituendo pronuntiârunt, & pro eo ſententias dixerunt. L. Cotta, tum erat Princeps Senatûs, qui aſſerebat, nihil more majorum, atq; ex legibus actum eſſe cum Cicerone, ut idcirco ad eum revocandum lege opus non ſit.

Amiciorem vobis, quàm: ut qui potiùs bonum publicum quæſiverim, quàm privatum.

Vi, armis: Dixit Cotta, Ciceronem urbe pulſum, vi, & armis Clodii, diſcordiis excitatis, cædem ſpectantibus

in-

instituta, novoquè dominatu pulsum esse dixit: nihil de meo capite potuisse ferri: nihil esse inscriptum, aut posse valere: omnia contra leges, moresquè majorum temerè, turbulentè, per vim, per furorem esse gesta. Quòdsi illa lex esset, nec referre ad Senatum Consules, nec sententiam sibi dicere licere: quorum utrumquè cùm fieret, non oportere, ut de me lex ferretur, decerni: notere, ut de me lex ferretur, decerni: notere illa, quæ nulla esset, esse lex judicaretur. Sententia gravior, verior, melior, utilior Reipublicæ nulla esse potuit. Hominis enim scelere & furore no-

Synonyma. Geminatio. Dissoluta, & incisa.

Hactenùs verba Cottæ. Dissoluta. Similiter desinens.

insidiis, & nimio illo Clodii dominatu.

Potuisse ferri: Non potuisse capitale aliquid per leges statui de Cicerone.

Esse inscriptum: Intellige de domo Ciceronis: eam non secundùm leges, non jure esse inscriptam, transcriptamq; Deæ Libertati.

Nec referre &c. Si lex Clodii pro legitima habenda esset, non licere contrà excipere, referre ad senatum de Cicerone restituendo. Nam hoc ipsum Clodius in poste Curiæ edictum affigi jusserat, ne referri de Cicerone, nève dicere liceret, ut patet ex Orat. post reditum in Senatu.

Quorum utrumq;: Cùm autem Consules censuissent licere de Cicerone referre, & ipse jam sententiam dicere de Cicerone, indicium haberi, quòd ejus lex & edictum non valeat, & propttereà lex, non sit, neq; modò opus sit lege contraria priorem infringente de me revocando.

Sententia verior: Addit Cicero verbis Cottæ suum judicium & ostendit, quàm bonam Cotta sententiam dixerit.

Furore notato: Cùm hac ratione notetur Clodiùs, tamquam furibundus, cavebunt à simili probro posteri, & jus-

notato, similis à Republica labes in posterum dimovebatur. Nequè hoc Cn. Pompejus, qui ornatissimam de me sententiam dixit, vosquè, Pontifices, qui me vestris sententiis, auctoritatibusquè defendistis, non vidistis, illam esse nullam, atquè esse potiùs flammam temporis, interdictum sceleris, vocem furoris: sed prospexistis nequa popularis in vos aliquando invidia redundaret, si sine populi judicio restituti videremur. Eodemquè consilio M. Bibuli fortissimi viri Senatus sententiam secutus est, ut vos de mea domo statueretis: non quòd dubitaret, quin ab isto nihil

Pompeji & Pontificum testimoniū, illam Legē esse nullam.

Definitiones.

Testimoniū. M. Bibuli.

jusmodi violentas leges omittent.

Non vidistis: Neq; non vidistis; duplex negatio facit affirmationem sæpè graviorem.

Esse nullam: Legem intellige.

Flammam temporis: Metaphoricè. Talem esse legem, quæ non tantùm valeat ad inflammandam rebellionem, ad incendendam dissensionem civium?

Interdictum sceleris: Esse interdictum scelestum, quo mihi Ciceroni servatori patriæ, aquâ & igni fuit interdictum.

Vocem furoris: seu rabiosi hominis voces esse, quibus me Clodius proscripsit.

Sed prospexistis: Sed cautè & prudenter agendum judicâstis, ne si populus non rogaretur de me restituendo, & ego sine populi judicio revocarer, in vos pontifices & senatores populi invidia aliquando redundaret.

M. Bibuli: Sententia M. Bibuli quoq; consentanea fuit sententiæ Pompeji, quam senatus secutus est, & pro majore securitate judicavit causam hanc de domo mea in

Repetitio & similiter cadens. nihil legibus, nihil religionibus, nihil jure esset actum: sed nequis oriretur aliquando in tanta ubertate improborum, qui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret. Nam legem quidem istam nullam esse, quotiescunquè de me Senatus sententiam dixit, toties judicavit: quoniam quidem scripto illo istius s nt ntiam dicere vetabatur. Atquè hanc rem per aliud simile Piso & Gabinius vidit. Homines legum judiciorumq; metuentes, cùm frequentissimus Senatus eos, ut de me referrent,

Testimoniũ Senatûs.

A testimonio adversariorum.

Concilio Pontificum statuendam, ne aliquis aliquando criminari possit, religionem in mea domo esse violatam.

Ubertate improborum: In tanta copia hominum malorum.

Scripto illo istius: Ita judicavit Senatus, judicium tamen hoc suũ nullo Senatûs-Consulto declaravit; quoniam vetabatur *per ipsius Clodii scriptum illud*, quod ille in Curiæ poste fixerat, ne quis in senatu de Ciceronis reditu vel referret, vel diceret; ut habetur in Orat. post reditum in senatu, & epist. Cic. ad Attit. III. *Tutè scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neve dici liceret.*

Atq; hanc rem: Probat quoq; testimonio suorum inimicorum; qui locus tacitam habet irrisionem: senserunt, inquit, idipsum mali illi consules Piso & Gabinius, sed dixerunt lege se prohiberi, ne de Cicerone referrent; legem autem intelligebant non illam, quam Clodius de me, sed quam de ipsis tulit, eis provincias demandando, & his muneribus obligationem inducendo, ne auderent Clodium offendere.

Judiciorumq; metuentes: Ironicè.

Im-

rent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege istius impediri. Erat hoc verum. Nam impediebantur; verùm ea lege, quam idem iste de Macedonia, Syriaquè tulerat. Hanc tu P. Lentule, nequè privatus, nequè Consul legem esse unquam putâsti. Nam tribunusplebis referentibus sententiam de me designatus Consul sæpè dixisti. Ex Kalendis Januariis, quod ad perfecta res est, de me retulisti, legem promulgâsti, tulisti: quorum tibi, si esset illa lex, nihil liceret. At eti-

Acutè.

27. *Testimonium Lentuli.*

Synonyma.

Impediebantur: Amphibologia, & allusio. Lex eos impedivit, sed qualis? Illa, quam Clodius tulerat de mandandis Pisoni & Gabinio provinciis, ut suprà. Hæc lex tanquam aureo vinculo eos impedivit, ne contra Clodium pro Cicerone in senatu referrent.

Hanc tu P. Lentule: Mutatis unà cum Clodii tribunatu Consulibus, Pisone & Gabinio, Consules succesſêre P. Cornelius Lentulus Spinther, & Q. Cæcilius Metellus Nepos.

Neq; privatus: Nondum inito Magistratu.

Tribunusplebis: Qui tum erant T. Annius Milo, M. Sextius & alii.

Designatus Consul: Nondum inito Magistratu: Postquam hanc iniisti ex Kalend: Jan: re jam matura & perfecta, statim de me Consul retulisti, tum etiam legem promulgâsti, tanquam stabilem fixisti, & tulisti. Ascendunt hæ Synonymiæ, & semper plus dicunt.

Si esset illa lex: Si Clodii lex valeret. Argumentatur à consequentibus ad antecedentia: Tu legem tulisti contra scriptum Clodii, ergo scriptum Clodii lex non fuit, aliàs tibi ferre non licuisset.

Testimoniũ Metelli. A majore & Entymema.

etiam Q. Metellus Collega tuus, vir Clarissimus, quam legem esse homines alienissimi à P. Clodio judicârant Piso & Gabinius, eam nullam esse frater P. Clodii, cùm de me ad Senatum tecum unà retulit, judicavit. Sed isti, qui Clodii leges timuerunt, quemadmodum cæteras observârunt? Senatus quidem, cujus est gravissimum judicium, de jure legum, quotiescunque de me consultus est, toties eam nullam esse judicavit. Quod idem tu, Lentule, vidisti in ea lege, quam de me tulisti. Nam non est ita latum, ut mi-

Redit ad testimonium Senatûs.

Redit ad testimonium Lentuli.

Q. Metellus: Testimoniũ alterius Consulis Metelli, qui frater adoptivus erat P. Clodii, antiquis inimicitiis à Cicerone divulsus, sed deniq; oblitteratis odiis suam quoq; gratiam adhuc absenti Ciceroni addixit. Hinc dicit: Clodii frater Metellus non judicavit hanc esse legem, quam tamen in gratiam Clodii acceptârunt, & pro lege habuerunt alieni à Clodio, non fratres, non affines. Latet hic argumentum à majore, & enthymema à contrariis. De hoc fratre Clodii Metello dictum quoq; suprà. N. 3.

Sed isti: Piso, & Gabinius, qui hanc legem Clodii nolebant violare ob respectum, & accepta ab eo præmia, ut suprà: quomodo cæteras Clodii leges observârunt? Huic Interrogationi non subjungitur responsio; quia res in animis audientium satis clara erat; sciebant, quomodo cæteras leges non observârint Piso & Gabinius.

Senatus quidem: Particula quidem non respondet interrogationi antecedenti; sed est particula hic connexiva ad enumerationem testimoniorum. Suprà usus est his particulis connectentibus: *Neq; hoc eodemq; consilio: Nam legem: Atq; hanc rem: Hanc tu:* jam *Senatûs quidem.* Pau-

lò

mihi Romam venire liceret, sed ut venirem. Non enim voluisti, id, quod licebat ferre, ut liceret: sed me ita esse in Republica, magis ut arcessitus imperio populi Romani viderer, quàm ad administrandam civitatem restitutus. Hunc tu etiam portentosa pestis, exulem appellare ausus es, cùm tantis sceleribus esses notatus, ut omnem locum, quò adiisses, exilii simillimum redderes? Quid est enim exul? ipsum per se nomen calamitatis, non turpitu-

Apostrophe ad Clodium.

A definitione.

Syllogismi Major per Dilemma.

lò pòst: *Quod idem.*

Sed ut venirem: Imperio nempe populi Rom. advocatus, non ut quomodocunq; redeam, aut redire possim ad Rempublicam denuò administrandam.

Hunc tu etiam: Apostrophe ad Clodium, qui Ciceronem exulem vocabat, ubi novum argumentum affert, eam legem esse nullam, hoc ipso; quia de exilio esset lata: nam Cicero neq; peccato, neq; judicio meritus est exulis nomen.

Sceleribus esses notatus: Tu magis dignus esses exilio, quàm ego. Quocunq; tu venis, per scelera tua, locum illum similem exilio facis.

Quid est enim exul? Explicat, quis propriè dici possit exul cum ignominia; nam per se, inquit, exilium non semper est turpe & cum ignominia, sed per se est calamitas; sæpè enim optimi viri patiuntur, & summum jus sæpè summa est injuria. Quando igitur exilium habet ignominiam? Quando vel est pœna peccati, vel damnati. Syllogismus: *Exilium tunc est turpe, cum est pœna peccati, vel pœna damnati: At Ciceronis discessus nec peccati, nec damnati pœna est: Ciceronis igitur discessus non est exilium turpe.*

Re-

pitudinis. Quando igitur est turpe? revera quando est pœna peccati, opinione autem hominum etiam, si est pœna damnati. Utrùm igitur peccato meo exulis nomen sub eo, an re judicata? Peccato? Jam neque tu id dicere audes, quem isti satellites tui felicem Catilinam nominant, neque quisquam eorum, qui solebant. Non modò jam nemo est tam imperitus, qui ea, quæ gessi in Consulatu, peccata esse dicat: sed nemo est tam inimicus patriæ, qui non meis consiliis patriam conservatam esse fateatur. Quod enim est in terris commune tantum, tantulùmve consilium, quod non

Minor.

Exilium Ciceronis non est pœna peccati. A testimonio adversariorum & inimicorum.

28. *A communi omnium consensu.*

Revera: Tunc est reipsa turpe, quando est pœna peccati. Si absit peccatum, & aliquis damnetur, tantùm est turpe in opinione hominum.

Utrùm igitur: Primam partem majoris & dilemmatis reducit ad minorem, & ad se, probatq; propter nullum peccatum se exilium esse promeritum; adducit rectè à se facta, & communi judicio approbata; ergo non sunt peccata.

Felicem Catilinam: Catilina punitus fuit; te alterum Catilinam felicem vocant, quia non puniris, & quia tu ejicere potuisti Ciceronem, quod Catilina non potuit.

Qui solebant: Jam, & modò nec illi ipsi me peccâsse audent dicere, qui antè *solebant* hoc dicere; ergo ipsorum nunc confessione patet, exilium meum non esse pœnam peccati.

Tantum, tantulùmve consilium: Quod est vel magnum, vel parvum consilium, sive concilium, communitas & conventus, quod non judicet, ita ut ego opto, & mihi ho-

non de meis rebus gestis ea, quæ mihi essent optatissima & pulcherrima, judicârit? Summum est populi Romani, populorumque & gentium omnium ac Regum consilium, Senatus decrevit, ut omnes, qui Rempublicam salvam esse vellent, ad me unum defendendum venirent: ostenditquè, nec stare potuisse Rempublicam, si ego non fuissem restitutus, nec futuram esse ullam, si non rediissem. Proximus est huic dignitati Ordo Equester. Omnes omnium Publicanorum societates de meo consulatu, ac de meis rebus gestis amplissima atquè ornatissima decreta fecerunt. Scribæ, qui nobiscum in rationibus monu-

Enumeratio.

honori est, nempe me rectè fecisse?

Summum est: Enumerat jam illa consilia & conventus, & incipit à præcipuo,& maximo,nempe Senatû Romano.

*Non fuissem restitutus:*Ne nimia tibi videatur Ciceronis de seipso loquentis jactantia. Sic enim intelligendus: si non revocatus fuissem ab exilio, Respublica stare propter impunitatem tanti sceleris non potuisset; cùm conservatorem Reipublicæ, hoc ipso nomine, quòd Rempublicam conservâsset, in exilium expulissent homines scelerati, quæ res ad majora audenda, & ad evertendam totam Rempublicam ipsos invitâsset. Atq; hoc est, quod in sequentibus etiam dicit, & toties in hac & aliis orationibus dixit.

Publicanorum societates: Nam ex ordine Equestri erant potissimùm Publicani, atq; horum societates, ac collegia.

Scribæ: Scribæ fuerunt librarii, qui rationes publicas scri-

numentisque publicis versantur, non obscurum de meis in Rempublicam beneficiis suum judicium decretumque esse voluerunt. Nullum est in hac urbe Collegium, nulli pagani, aut montani (quoniam plebi quoque urbanæ majores nostri conventicula, & quasi consilia quædam esse voluerunt) qui non amplissimè non modò de salute mea, sed etiam de dignitate decreverint.

scribebant in tabulis, cùmquè multi essent scribæ in civitate ad diversa officia, etiam in decurias & in collegia divisi fuêre, alii Quæstorii, alii Ædilitii, alii Prætorii dicti.

Nulli pagani: Sic dicebantur, qui è plebe in pagos olim à Servio Tullio fuêre distributi. Hi quoq; habebant certos conventus, collegia & consilia, erantq; ferè, sicuti nunc Cantones Helvetici. Olim etiam pagani vocabantur homines non militantes; erantq; verba opposita: paganus & miles; paganus tanquam togatus, miles sagatus. Ob id à S. Hieronymo, cæterisq; Ecclesiasticis Scriptoribus *Pagani* appellati sunt Ethnici, qui non sub Christi vexillo militarent.

Montani: Ii, qui ex plebe Romana in montibus habitabant, ut in Janiculo, Vaticano, Aventino, vel etiam illi, qui in Alpibus remotioribus, sed ad urbem tamen pertinebant.

Plebi urbanæ: Plebs urbana non erant illi cives, qui in ipsa urbe habitabant, sed ii sic dicebantur, qui in pago extra urbem, in agro tamen Romano habitabant.

Conventicula: A Numa Rege instituta fuêre diversa collegia, seu societates & communitates, quæ ad exemplar parvæ Reipublicæ haberent res communes, arcam communem, certas leges &c. parva hæc collegia, seu conventicula conveniunt ferè cum iis sodalitiis.

Nam

rint. Nam quid ego illa divina atquè immortalia municipiorum & coloniarum, & totius Italiæ decreta commemorem, quibus tanquam gradibus mihi videor in cœlum ascendisse, non solùm in patriam revertisse. Ille verò dies quis fuit, cùm te, P. Lentule legem de me ferentem populus Romanus vidit, sensitquè, quantus & quanta dignitate esses? Constat enim nullis unquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum floruisse. Omitto civitatum, nationum, provinciarum, Regum, orbis deniquè terrarum de meis in omnes mortales meritis unum judicium, unumquemquè consensum. Adventus meus, atquè introitus in urbem qui fuit?

Præteritio.
Hyperbole.

Simili des:

Traductio.

Dissoluta.
Præteritio.

Interrogatio.

Nam quid: Formula connexiva, cum figura præteritionis.

Municipiorum: De his alibi.

In cœlum: Quasi honóres divinos consecutus.

Legem de me ferentem: Quæ Lex dicta est *Cornelia*, quòd eam P. Cornelius Lentulus tulerit de reditu Ciceronis.

Campum Martium: De hoc alibi.

Tanta celebritate: Describit hoc Cicero ad Attic. l. 4. ep. 1. *Cognovi litteris Quinti fratris, mirifico studio omnium ætatum, atq; ordinum, incredibili concursu Italiæ, legem Comitiis centuriatis esse perlatam.*

Introitus in urbem: Ipse ad Atticum: *ad urbem ita veni,*

ut

fuit? utrùm me patria sic accepit, ut lucem salutemque redditam sibi ac restitutam accipere debuit? an ut crudelem tyrannum? quod vos Catilinæ gregales de me dicere solebatis. Itaquè ille unus dies, quo die me populus Romanus à porta in Capitolium, atquè inde domum sua celebritate, lætitiaquè comitatum honestavit, tantæ mihi jucunditati fuit, ut tua mihi conscelerata illa vis non modò non propulsanda, sed etiam emenda fuisse videatur. Quare illa calamitas, si ita est appellanda, excussit hoc genus totum maledicti, ne quisquam audeat jam reprehendere consulatum meum tot, tantis, tam ornat s judiciis, testimoniis, authoritatibus comprobatum.

Traductio.
Conclusio I. partis in dilemmate.
Correctio.
Traductio.
Dissoluta.
Incisa.

ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviàm non venerit.

Catilinæ gregales: Socii, sodales.

Unus dies, quo die: Ita sæpè Cicero, uti &: *tempus: quo tempore.*

A Porta in Capitolium: Ipse ad Atticum: *Cùm venissem ad Portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant, à qua plausu maximo cùm esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia, & plausus me usq; ad Capitolium celebravit. In foro & in ipso Capitolio miranda multitudo fuit.*

Conscelerata. Idem, ac simpliciter *scelerata.*

Quare illa calamitas: Concludit priorem partem assumptionis addita amplificatione de Clodii stultitia, qui suo maledicto laudem Ciceronis illustrat.

Excussit: Exilium meum, (si exilium & calamitas vocanda) totum tuum maledictum refutavit, & ostendit, ma-

tum. Quòd si in isto tuo maledicto probrum non modò mihi nullum objectas, sed etiam laudem illustras meam: quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? uno enim maledicto, bis à me patriam servatam esse concedis: semel, cùm id feci, quod omnes non negent immortalitati, si fieri potest, mandandum, tu supplicio puniendum putâsti: iterum, cùm tuum, multorumquè propter te inflammatum in bonos omnes impetum meo corpore excepi, ne eam civitatem, quam servâssem inermis, armatus in discrimen adducerem. Esto, non fuit in me pæna ulla peccati; at fuit judicii. Cu-

Contraria.

Contraria.

2. pars. Ciceronis exilium non

malè à vobis me crudelem tyrannum appellari, quando ea, quæ Consul egi in ejiciendo Catilina, omnes omninò adeò approbârunt, suis decretis laudârunt, in meo reditu suâ frequentiâ honestârunt.

Bis à me &c. Servavi patriam prima vice, quando Catilinæ conjurationem Consul oppressi; altera vice, quando civitate excessi, ne plurimi boni, atq; adeò Respublica vestro impetu obrueretur, tu utraq; vice meus adversarius fuisti: omnis populus me propterea amat & laudat; quòd à populo universo dissentias, fateris, me pro populo, pro patria esse: te contra patriam.

Esto: non fuit Transit ad 2. partem dilemmatis per occupationem; sed dicet aliquis: non fuit quidem exilium tuum pœna peccati, quod concedimus, at est pœna damnati, & judicii.

Fuit judicii: Saltem judicatus sum dignus exilio. Refutat hoc.

Ulla

est pœna damnati. A repugnātibus & cōtrariis. Geminatio. Correctio. Acumen. Exemplis generalibus probat. Polysyndeton.

Cujus? Quis me unquam ulla lege interrogavit? quis postulavit? quis diem dixit? Potest igitur damnati pœnam sustinere indemnatus? hoc tribunitium est? hoc populare? Quanquam ubi tu te popularem, nisi cùm pro populo fecisti, potes dicere? Scilicet cùm hoc juris à majoribus proditum sit, ut nemo civis Romanus aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipsi auctor factus sit? quod

Ulla lege interrogavit? Quis me secundùm leges in quæstionem vocavit?

Diem dixit: Utitur hic ordine inverso. Primùm enim dicitur dies, tunc fit postulatio, sive accusatio, dein juxta leges & in judicio interrogatur reus.

Hoc tribunitium? Estne hoc agere, quod tribunum decet, qui stare pro libertate populi debet? sed libertas populi R. est, ut ne quis invitus, & per vim amittat jus civitatis, nisi in judicio se damnatum agnoscat, nisi suâmet culpâ exilii causa sit.

Pro populo fecisti: Pro populo facere, non solùm est, populi rem, causamq; tueri, sed etiam pro populo sacra facere, quod sacerdotum est. Ludit igitur Cicero in ambigua sententia, & pungit acerbè Clodium renovata illius temporis memoriâ, cùm Pompejæ, Cæsaris Pontificis Max. uxoris amore flagrans, ad sacra Bonæ Deæ, quæ in Domo Pontificis Max. â mulieribus pro salute populi fiebant, muliebri vestitu, quasi & ipse pro populo facere vellet, accessit.

Proditum sit: Datum, editum, institutum hoc jus.

Auctor factus sit: Nisi ipse concessisset, & jus suum â se abalienâsset; nam verbum hoc juridicum *Auctor* ita usurpabant veteres, ut à quo jus domini, & alicujus rei auctoritatem acceperint, eum *auctorem* vocârint, v. g. cùm quæreretur ex eo, qui rem acceperat, unde sibi jus in eam compârasset, suum illum à quo acceperat, *auctorem* nomi-

quod tu ipſe potuiſti in tua cauſa di-ſcere, credo enim, quanquam in illa adoptione legitimè factum eſt nihil, tamen te eſſe interrogatum, auctornè eſſes, ut in te P. Fontejus vitæ necisquè poteſtatem haberet, ut in filio. Quæro, ſi aut negâſſes, aut tacuiſſes; ſi tamen id XXX. curiæ juſſiſſent, num id juſſum eſſet ratum? certè non. Quid ita? quia jus à majoribus noſtris, qui non fictè & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerunt, ita compara-

Lex nulla eſt, quia libertas non potuit adimi.

Exemplum 1mum.
Polyſyndeton.
Communicatio.
Antitheta.

minabat, qui ſibi rei hujus auctoritatem tradidiſſet.

Quod tu ipſe: Exemplis probat neminem indemnatum poſſe civitatem amittere. Primum exemplum à pari: etiam libertas nemini invito adimitur in adoptione. Eſt hæc primæ partis in inductione probatio 7. vide Analyſin ſive diviſionem orationis.

Auctornè eſſes: An nempe vitæ tuæ, tuiq; dominii jus transferres in Fontejum tanquam patrem, id à te abalienares, & ſic hujus juris auctor eſſes, ut ſuprà explicavimus.

Vitæ, necisq;: Erant verba iſta in formula adoptionis: utq; *ei vitæ, necisq; in eum poteſtas fiat &c.*

Ut in filio: Tanquam in filio.

XXX Curiæ: Totus populus: Nam adoptio, vel propriè arrogatio, uti vocabatur, fiebat per populum, ita ut populus rogaretur: an iſtum e. g. Clodium in alienam familiam vellent tranſire. Erat autem populus Romanus diſtributus in 30. curias, ſive tribus.

Juſſum eſſet ratum? Num valeret talis adoptio, quam populus te invito juſſit?

Non fictè, & fallaciter: Sicut tu, qui populi libertati te favere ſimulas, reipſa opprimis.

paratum est, ut civis Romanus libertatem nemo possit invitus amittere. Quin etiamsi Decemviri sacramentum in libertatem injustum judicâssent, tamen, quotiescunquè vellet quis, in hoc genere solo rem judicatam referre posse voluerunt. Civitatem verò nemo

Exemplum 2dum.

Jus civitatis.

Libertatem: Quam amittit is, qui per arrogationem vel adoptionem in alienam potestatem transit.

Decem-viri: Erant selecti judices à Centum virorum numero præpositi Stilitibus judicandis. NB. Stilitibus, in antiquis libris invenies, & significat idem quod: *Super lites testantibus*. Sensus jam iste: Quamvis Decemviri jam pronuntiârint, illum, qui sacramento contenderet pro sua libertate, injustam habere causam, & liberum non esse: talis tamen primâ instantiâ, ut vocamus, condemnatus, potest, in sola quidem causa libertatis, rem illam judicatam, quasi nondum judicatam, & adhuc controversiam, judicum sententiis denuô, & quoties velit, subjicere.

Sacramentum: Propriè est ea pecunia, quæ in litibus ab utraq; parte deponitur; sacramentum à loco sacro dicta, ubi deponebatur. Qui petebat, & qui negabat, uterq; e. g. quinquagenos æris ad Pontificem deponebat. Qui judicio vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat. Victi pecunia ad ærarium veniebat. Hæc est significatio propria sacramenti. Per translationem & metonymiam ipsa etiam lis sive causa sacramentum nominatur, in quo sensu hic accipiendum: si Decemviri causam pronuntiant esse injustam illius, qui se liberum dicit &c. *Sacramentum* item dicitur, quidquid geritur interposito jurejurando.

Rem judicatam referre: Ut suprà explicavi, est rem judicatam, quasi nondum judicatam & adhuc controversam denuò judicum sententiis subjicere.

Civitatem: Alterum exemplum de amissione civitatis quam

mo unquam ullo populi jussu amittet invitus. Qui cives Romani in Colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant. Qui erant rerum capitalium condemnati, non priùs hanc civitatem amittebant, quàm erant in eam recepti, quò vertendi, hoc est: mutandi soli causâ venerant. Id autem, ut esset faciundum, non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant. Populus Romanus, L. Sullâ Dictatore ferente, comitiis centu-

30. *Exemplum 3tium.*

Exemplum 4.

quam tribus partibus illustrat, coloniarum, exulum & Volaterranorum. Jus civitatis manet perpetuum, nisi quis ipse se abdicare velit; hoc probat hic & alibi tanquam singulare privilegium civium Romanorum.

Auctores facti: Nisi ipse hoc facere velit, & auctor esse, abdicandi hujus juris, alteriq; civitati nomen dandi.

Condemnati: Quod si qui cives damnati fuêre, & in exilium missi, manebat tamdiu penes eos jus civitatis Romanæ, donec adscripti essent in illam civitatem, ad quam ibant exules.

Vertendi: Solum vertere, solum mutare dicuntur ii, qui ab uno loco in alium migrant.

Non ademptione civitatis: In damnatione non privabantur jure civitatis, sed tantùm, ut ne in hac civitate ipsis sustentatio præberetur, quod intelligebant per formulam, quâ aquâ & igni interdicebatur.

L. Sullâ Dictatore: De Sulla alibi: crudelis hic Dictator, postquam in singulis hominibus crudelitatem exercuisset, oppida tota adortus est, eaq; aut mœnibus nudavit, aut tributis afflixit, aut civitatis jus paulò antè à

Geminatio. turiatis, municipiis civitatem ademit: ademit iisdem agros. De agris ratum est: fuit enim populi potestas; de civitate ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. *Argumentũ à majore. Et à contrariis.* Hanc verò Volaterranis, cùm etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, Republicâ recuperatâ, comitiis centuriatis, civitatem eripere non potuit: hodiequè Volaterrani non modò cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum simul hac civitate. *Adjuncta.* Consulari homini P. Clodius, eversâ Republicâ civitatem adimere potuit, concilio advocato, condictis

Senatu datum eripuit. Sed non tenuit diu hæc vis, nec valuit abrogatio juris, etsi facta in comitiis, & rogato populo;agros quidem adimere potuit, sed non jus civitatis.

Hanc verò Volaterranis: Argumentum à majori: Sylla non potuit Volaterranis civitatem adimere: multò minùs Clodius Ciceroni Consulari. Volaterræ autem oppidum est Hetruriæ, quod Sylla obsessum in deditionem accepit anno V. C. 673. Dicitur hæc civitas inter primas fuisse, quæ Christianam fidem amplexa. Appellatur modò *Valterra*, agri Pisani urbs celebris.

Consulari homini? Observanda hic interrogatio? Sylla non potuit armatus, victor, recuperatâ Republicâ, comitiis centuriatis: & potuit Clodius? homini Consulari: eversâ Republicâ? advocato concilio plebis duntaxat: servorum? &c. Est hic etiam enthymema â contrariis.

Concilio advocato: Est aliquid longè minus, quam comitiis centuriatis. Per concilium intelligit solum conven-

ctis operis non solùm egentium, sed etiam servorum, Sedulio principe, qui se illo die confirmat Romæ non fuisse? Quòd si non fuit, quid te audacius, qui in ejus nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris auctorem adumbrare meliorem? Sin autem is primus scivit, quod facilè potuit, propter inopiam tecti in foro pernoctans, cur non juret se Gadibus fuisse, cùm tu

Repetitio.

ventum plebis, & infimæ quidem, egentis hominum servorum &c. Consilium à consultando; concilium verò à conciendo venit. Apud Ciceronem illud dicitur *honestus, proborùmq; hominum conventus;* hoc verò in malam accipitur partem, ut hic, & improborum est.

Sedulio: Unus ex illis, qui legem Clodii comprobâsse, & jussisse dicebatur.

Confirmat: Asseverat.

In ejus nomen incideris: Qui eum imprudens, & incautus nominâris.

Ne ementiendo: Si mentiri volebas meliorem legis auctorem adducere debebas, quàm Sedulium. Legis auctor est hic, qui svadet legem, sumendo nomen auctoris, prout communiter accipitur.

Scivit: à scisco, pro statuere, decernere, sancire, legem jubere.

Propter inopiam tecti: Quia nihil proprii habuit, & egens fuit, in tuam gratiam, ut aliquid à te acciperet, facilè jurare potuit, se tunc Romæ non fuisse, sed Gadibus; quandoquidem tu quoq; de incestu accusatus jurâsti, te illo die Romæ non fuisse, sed Interamnæ.

Gadibus: Gades, nunc Calis, & vulgò Cadix in Hispania Bætica, insula & oppidum est, quod Cicero in Orat. pro C. Balbo, quia Herculeo freto vicinum, itinerum ac laborum Herculis terminum vocat. Fretum ibi Gaditanam septingentorum non ampliùs passuum amplitudinem habet.

tu te fuisse Interamnæ probaveris? Hoc tu igitur, homo popularis, jure munitam civitatem, libertatem nostram putas esse oportere, ut si Tribunoplebis rogante: velitis, jubeatisne, Sedulii centum se velle & jubere dixerint, possit unusquisquè nostrûm amittere? Tum igitur Majores nostri populares non fuerunt, qui de civitate & libertate ea jura sanxerunt, quæ nec vis temporum, nec potentia magistratuum, nec res judicata, nec deniquè universi populi Romani potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefa-

Ironia. Repetitio. Simil. cad.

Interamnæ: Interamna urbs Latii, vulgò Teranium, quòd inter duos amnes sit constituta, ubi Clodius se fuisse probavit adducto etiam Cassinii testimonio (sed falsò) quando accusatus est de incestu.

Hoc tu igitur: Tunè igitur putas in hoc consistere jus civitatis, & libertatem nostram, ut si aliquis tribunusplebis roget, & jubeant Sedulii, homines abjecti, statim aliquis privari possit jure civitatis & libertatis? Conjunge: *Hoc jure: homo popularis:* ironicè.

Velitis, jubeatisnè: Hæc erat formula, quâ populo aliquid decernendum proponebatur à magistratu,e.g.à tribunoplebis, qui cùm proponere, *rogare* dicebatur, nempe petere suffragia hoc modo: *Si velitis, si jubeatis.*

Sedulii centum: Antè ostendit, Sedulium non jussisse, quia absens fuit. Nunc dicit, etiamsi centum Sedulii jubeant, nullus tamen civitatem indemnatus propterea poterit amittere.

Nec vis temporum: Colligit, & concludit,quæ dixit de jure civitatis perpetuo, & nunquam adimendo; cùm ergo Cicero manserit in suo jure civitatis, domus ei eripi non potuit.

At

factare possit. At tu etiam, ereptor civitatis, legem de injuriis publicis tulisti Anagnino, nescio cui, Menulæ per gratiam, qui tibi ob eam legem statuam in meis ædibus posuit; ut locus ipse in tua tanta injuria legem & inscriptionem statuæ refelleret. Quæ res municipibus Anagninis ornatissimis multò majori dolori fuit, quàm quæ idem ille gladiator scelera Anagniæ fecerat. Quid si ne scriptum qui-

Ab adjunctis loci.

31.

At tu etiam: Illusoriè: quàm popularis tu es, quàm majores nostros populares imitaris, qui leges optimas pro libertate tulerunt. Nam tu, qui ereptor civitatis es, & mihi contra jura, contra libertatem civitatem ademisti, in gratiam scelerati alicujus hominis Menulæ dicti, civis Anagnini, legem tulisti de injuriis publicis. Videtur autem Clodius legem hanc tulisse neutiquam, ut civitati illi caveret, sed ut Menulæ gratificaretur, cujus intererat eam legem ferri.

Anagnino: Incolæ urbis & municipii dicti Anagnia apud Hernicos, quæ à Virgilio appellatur: *Dives Anagnia* l. 7. & à Silio l. 12. *frugiferis Cerealis Anagniæ glebis.* Hodie dicitur *Anagni in Campagna di Roma.*

Nescio cui: Formula, quæ hominem exigui nominis significat.

Ut locus ipse: Ut quia in hoc loco, mea domo, tantam injuriam exercuisti, pateret omnibus, malam esse legem, quam de injuriis tulisti, & sine justa causa tibi hanc statuam esse inscriptam.

Idem ille gladiator: Clodius alias multas injurias Anagninis intulit, multa alia ibi scelera patravit; sed omnium maximè doluerunt ob legem istam Clodii.

Quid si ne scriptum: Subintellige, me damnatum ad exilium, mihi ut aquâ & igni interdiceretur. Versatur enim

quidem unquam est in ista ipsa rogatione, quam se Sedulius negat scivisse: tu hujus, ut acta tui præclari tribunatûs hominis dignitate honestes, auctoritatem amplecteris? Sed, tametsi nihil de me tulisti, quò minùs essem non modò in civium numero, sed etiam in eo loco, in quo me honores populi Romani collocârunt, tamennè eum tua voce violabis, quem post nefarium scelus Consulum superiorum tot vides judiciis Senatûs, populi Romani, totius Italiæ honestatum? Quem ne tum quidem, cùm aberam, negare poteras esse tua lege Senatorem? Ubi enim tuleras, ut mihi aquâ & igni

Ironicè.

Distributio.
Dissolutio.

enim adhuc in secunda dilemmatis parte, sibi non esse exilium turpe; quia non esset judicio condemnatus.

Negat scivisse: Quia dicit se absentem tum, & Gadibus fuisse; quid ergo tu ad rem non scriptam, hominis hujus auctoritatem adducis, ut insignem tuum tribunatum defendas? ironicè.

Sed tametsi: Sed quare me adhuc voce violas, exulem appellas, (tametsi in tua rogatione non tuleris, mihi jus honorem senatorium ereptum) quid, inquam, adhuc me exulem appellas, postquam vides tam honorifica de me judicia senatûs, populi, totius Italiæ?

In eo loco: Honore Senatorio.

Post nefarium scelus: Postquam Piso & Gabinius nefarii consules tantâ me injuriâ affecerunt.

Tua lege: Vi tuæ legis, ob tuam legem ipse non poteras excludere me honore senatorio.

Ubi enim tuleras? Clariùs jam dicit, quod suprà: *Quid sine*

igni interdiceretur? Quod Gracchus de P. Popillio, Saturninus de Metello tulit, homines seditiosissimi de optimis ac fortissimis civibus, non ut esset interdictum, quod ferre non poterant, tulerunt, sed ut interdiceretur. Ubi cavisti, ne meo me loco Censor in Senatum legeret? quod de omnibus, etiam quibus damnatis interdictum est, scriptum est in legibus. *Ab exẽplis.*

Quæ-

sine scriptum quidem, &c.

Quod Gracchus: Gracchus & Saturninus tulêre de Popillio & Metello, ut interdiceretur eis aquâ & igni, non ut interdictum esset. Hoc se ferre & scribere non posse sciebant, & quamvis essent ipsi homines seditiosissimi, non audebant. Tu potes, tu audes? Habuit hic C. Gracchus orationes in Popillium, quæ à veteribus nominantur. Exulavit autem Popillius etiam judicio populi, ut ex aliis locis patet. Metellus Numidicus in legem Saturnini jurare noluerat, idcirco ab eo proscriptus est. De Popillio & Metello infrà N. 32.

Ubi cavisti? An aliquo in loco mentionem fecisti, scripsisti, ut caverent, prospicerent, ne Censor me vocaret in locum meum Senatorium? Censores providebant locum Senatorium, ut si quis jure esset ejectus in exilium, alius in ejus locum & subsellium substitueretur; si verò judicabatur à populo, aut Senatu, quòd iniquè esset ejectus, reservabatur ei subsellium vacuum, nemoq; in ejus substituebatur locum.

Quod de omnibus: Quidquid interdicitur, quæcunq; mulcta vel pœna irrogatur, etiam iis, qui damnati sunt, (cùm ego tamen damnatus non sim) id scribitur, & clarè exprimitur in lege: at de me hoc scriptum non est; ergo non sum exul.

Quæ-

Brevi ex-cursione pungit Scribam. Mēbratim.

Comparatio ex majore, à dissimilib9 & contrariis.

Quære hoc è Sext. Clodio scriptore legum tuarum: jube adesse: latitat omnino: sed si requiri jusseris, invenient hominem apud sororem tuam, occultantem se capite demisso. Sed si patrem tuum, civem medius fidius egregium, dissimilemquè vestrî, nemo unquam sanus exulem appellavit, qui cùm de eo tribunusplebis promulgâsset, adesse propter iniquitatem illius Cinnani temporis noluit, eiquè imperium est abrogatum: si in illo pœ-

Quære hoc: Digressio in scribam Sext. Clodium, de quo etiam suprà. Qui cùm non adesset, dicit Cicero eum se occultare apud sororem Clodii, tanquam inprostibulo, qua ratione & ipsum Clodium ob sororem, & scribam exosum reddit.

Sed si patrem: Par exemplum patris Clodii adducit, qui etiam in exilium abiit, in quo exemplo multa sunt dissimilia ab exilio Ciceronis; & tamen nemo sanus Clodii patrem exulem appellavit. Appius Claudius Pulcher vocabatur pater Clodii.

Medius fidius: Vide alibi N. 18.

Dissimilemq; vestrî: Pungit simul Appium Clodii fratrem.

Promulgâsset: Legem inflixisset & pœnam exilii; voluit manere in voluntario, quod subivit, exilio, etsi aut vi, aut alia ratione pœnam à se rejicere potuisset.

Cinnani tēporis: Consul cùm esset Clodii pater circa annū V. C. 673. L. Cornelius Cinna homo turbulentus Rempublicam Romanam graviter afflixerat, quo tempore Clodii pater abrogato Consulari imperio in exilium abiit. Cinnæ ac Marii factiones, & turbæ passim notæ sunt.

Eiq; imperium est abrogatum: Abrogatur imperium, cùm lex fertur, ut tollatur alicui potestas gubernandi.

Si

pœna legitima turpitudinem non habuit propter vim temporum: in me, cui dies dicta nunquam est, qui reus non fui, qui nunquam sum à Tribuno- plebis citatus, damnati pœna esse potuit, ea præsertim, quæ ne in ipsa quidem rogatione perscripta est? At vide, quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum, & hanc fortunam, conditionemque nostram. Patrem tuum, civem optimum, clarissimi viri filium, qui, si viveret, qua severitate fuit, tu profectò non viveres, L. Philippus Censor avunculum suum præteriit in recitando senatu. Nihil enim poterat dicere, quare rata non essent, quæ erant acta in ea Republica, in qua se illis ipsis temporibus censo-

Traductio.
Repetitio.

32.
Contraria.

A dissimili.

Si in illo: Argumentatio à dissimili. Lex de Clodii patre lata est, pœna legitima ei fuit inflicta, nec tamen hoc turpe fuit Clodii parenti ob iniquitatẽ & vim temporis: quantò minùs mihi, cui pœna legitima inflicta non fuit, qui judiciô damnatus nón sum.

In ipsa rogatione: Cùm neq; tu Clodius, alterius filius, in tua rogatione, & lege, quemadmodum eam appellas, hanc pœnam mihi scripseris, ut exul essem.

Qua severitate: Quemadmodum severus erat.

L. Philippus: Cùm hic Censor esset eo tempore, quo Clodii pater exulabat, Clodii patrem absentem, avunculum quidem suum, omisit; non recitavit, cùm nomina Senatorum promulgaret: aliter sensit Cotta vir Censorius, qui dixit, se, si ipse Censor actu esset, me Ciceronem eti-

A testimonio Cottæ. forem esse voluisset. Me L. Cotta, homo Censorius, in Senatu juratus dixit, se, si Censor tum esset, cûm ego abessem, meo loco Senatorem recitaturum fuisse. *Repetitio.* Quis in meum locum judicem subdidit? *A consequẽtibus.* quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod & si adessem? Quis me non modò civis, sed *Testimoniũ Senatûs.* socius recipere contra tuam legem, & juvare dubitavit? Denique universus Senatus multò antè, quàm est lata lex, de me gratias agendas censuit civitatibus iis, quæ M. Tullium: tantumnè? *Traductio. Contraria.* immò etiam, civem optimè de Republica meritum recepissent. Et tu unus pestifer civis, eum restitutum negas esse civem, quem ejectum universus Senatus non modò civem, sed etiam

etiam absentem inter Senatores nominaturum.

Judicem subdidit: Contingebat tunc Ciceronem ex ordine officium judicis. Cûm abesset, nemo pro ipso substitutus est; quod indicium sit, non habitum Ciceronem pro damnato.

Discessu meo: In mea absentia, postquam discessi. Nam hujus inflexionis nomina sæpè absolutè sine præpositione poni suprà diximus.

Quod & si adessem: Quod præsenti mihi in testamento tribuisset.

Tantùmne: An hoc me nomine tantùm & præcisè commendavit? non hoc solùm, sed tanquam civem optimè meritum &c. Interrogatio est & suspensio ad auxesin.

Civis, civem &c. Vim ponit in hac voce.

At

am egregium civem semper putavit? At verò (ut annales populi Romani, & monumenta vetustatis loquuntur) Kæso ille Quintius, & M. Furius Camillus, & M. Servilius Ahala, cùm essent optimè de Republica meriti, tamen populi incitati vim iracundiamquè subiêrunt: damnatiquè, comitiis centu-

Comparatio & exempla.

Metonymia.

At vero: Aliis exemplis probat suum exilium non fuisse turpe, estq; Syllogismus.

Si Kæsoni, Camillo, Hale, Popillio, exilium probro non fuit, nec mihi esse debet.

Sed illud &c. ergo & hoc.

Kæso ille Quintius: L. Quinctii Cincinnati filius, defensor nobilitatis acerrimus contra plebem, juvenis alioquin de Republica optimè meritus, cùm populus clamoribus tribunitiis concitatus ei minaretur, in exilium ad Tuscos abiit. T. Livius l. 3. Annal.

M. Furius Camillus: De hoc Val. M. l. v. c. 3. *Virium Romanarum & incrementum lætissimum, & tutela certissima Furius Camillus, in urbe incolumitatem suam tueri non valuit, cujus ipse salutem stabiliêrat, felicitatem auxerat. Siquidem à L. Appulejo Tribunopl: tanquàm depeculator Vejentanæ prædæ reus factus, duris, atq; ut ita dicam, ferreis sententiis in exilium missus est.* De hoc Virg. l. 6. *Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.* Vicit enim & triumphavit sæpius.

M. Servilius Ahala: De hoc pariter Val. Max. loco cit. *Ahala verò, cùm Magister Equitum Sp. Mælium regnum affectantem occidisset, custoditæ libertatis civium, exilio suo pœnas pependit,* id est: ob custoditam patriæ libertatem exilium recepit.

Populi incitati vim: Id est: Seditionem. Ponit causam efficientem pro ipsa re. Est enim seditio nihil aliud, quàm populi vis & iracundia.

Comitiis centuriatis: Quæ extra pomærium in campo Mar-

turiatis, cùm in exilium profugissent, rursus ab eodem populo placato sunt in suam pristinam dignitatem restituti. Quòd si iis damnatis non modò non imminuit calamitas clarissimi nominis gloriam, sed etiam honestavit (nam, etsi optabilius est, cursum vitae conficere sine dolore, & sine injuria, tamen ad immortalitatem gloriae plus affert desideratum esse à suis civibus, quàm omnino nunquam esse violatum) mihi sine ullo judicio populi profecto, tum amplissimis omnium judiciis restituto, maledicti locum aut criminis obtinebit? Fortis & constans in optima ratione civis, P. Popillius semper fuit;

A minore ad majus.

Sententia.

Alia exempla.

Martio plerumq;, à populo per classium centurias divisο sic habebantur, ut & centuriatim suffragia colligerentur, & quod plures centuriæ jussissent, id ratum haberetur.

Quòd si iis: Si istis calamitas & exilium non solùm non ademit civitatem & locum senatorium, sed ne gloriam quidem, quamvis essent comitiis centuriatis damnati: quantò minùs mihi non damnato,& tanta cum gloria restituto?

Mihi: Pro: *in me:*

Fortis & constans: Suprà tres personas conjunxit. Hic Popillii & Metelli personas seorsim tractat. Sunt autem omnia exempla aliquantùm dissimilia, & à minore ad majus promovent argumentum. Cicero enim, non ut illi, legibus ejectus fuit, sed ultrò in exilium ivit.

In optima ratione: In modo vivendi optimo, & in omni virtute.

P. Popillius: Hic est P. Popillius,qui cùm in consulatu in eos, qui cum T. Graccho consenserant, jussu senatûs animad-

fuit; tamen ejus in omni vita nihil eſt ad laudem illuſtrius, quàm calamitas ipſa. Quis enim jam meminiſſet, eum bene de Republica meritum, niſi & ab improbis expulſus eſſet, & per bonos reſtitutus? Qn. Metelli præclarum imperium in re militari fuit, egregia Cenſura, omnis vita plena gravitatis: tamen hujus viri laudem ad ſempiternam memoriam temporis calamitas propagavit. Quòdſi & illis, qui expulſi ſunt iniquè, ſed tamen legibus reducti, inimicis interfectis, rogationibus tribunitiis, non auctoritate Senatûs, non comitiis centuriatis, non decretis Italiæ, non deſiderio civitatis: inimico-

Antithета.

33. *Iterū comparatio à minore & concluſio hujus argumenti cum*

animadvertiſſet, poſteà C. Graccho legem adversùs eos ferente, qui cives Romanos indictâ causâ ex urbe ejeciſſent, in exilium abiit; & aliquantò poſt à L. Beſtia tribunopl. reſtitutus eſt. Plutarchus in Gracchis Val. l. 4. c. 7. Cicero in Bruto.

Quàm calamitas: Id eſt: exilium, ex quo ſequitur calamitas. Eſt ergo conſequens pro antecedente. In hanc ſententiam poſitum eſt exemplum ſimile in Cypriani Rhetorica: *Hectora quis nōſſet &c.*

Q. Metelli: Q. Cæcilius Metellus Numidicus dictus à triumpho, quem ex Numidia, ſuperato Jugurtha, reportavit, qui cùm Cenſor eſſet, nolletq; Appulei leges Agrarias approbare, in exilium abire coactus eſt, anno ſequente revocatus.

Quòdſi & illis: &,pro etiam: Quòdſi etiam illis, Popillio nempe, & Metello, injuria inimicorum non fuit probro & dedecori &c.

Inimicis interfectis: Qui tamen reducti ſunt per leges, ad-

repetitione, enumeratione, incisis &c. Prioribus opposita. Syllogismo, Iterum à minore ad majus.

corum injuria probro non fuit: in me, qui profectus sum integer, afui simul cum Republica, redii cum maxima dignitate, te vivo, fratre tuo altero Consule reducente, altero Prætore petente, tuum scelus meum probrum putas esse oportere? Ac si me populus Romanus incitatus iracundâ aut invidiâ è civitate ejecisset, idemquè posteà mea in Rempublicam beneficia recordatus se collegisset, temeritatem atquè injuriam suam restitutione mea re-

adjunge sequentia incisa, reducti sunt, postquam eorum inimici & persecutores interfecti sunt; reducti sunt per rogationem duntaxat tribunorum, non sicut ego publicâ totius senatûs auctoritate, totis comitiis consentientibus, non sicut ego per totius Italiæ decreta, desiderante tota civitate reductus sum.

Sum integer: Non damnatus.

Afui: Pro: *abfui:* Nam *afui* significat *adfui*. *Simul cum Republica*, ita ut quo tempore abessem, Respublica ipsa non esset ampliùs.

Te vivo: Cùm alii redierint nonnisi interfectis suis inimicis, qui porrò obsistere non poterant. Te quamvis vivente, resistente, ego tamen restitutus sum.

Fratre tuo: Q. Cæcilio Metello nepote, quem jam sæpiùs ejus fratrem, adoptivum nempe, vel oratoriè ita appellavit propter affinitatem.

Altero Prætore petente: Cùm frater tuus alter, Appius, Clodius Pulcher, tum prætor, restitui me peteret.

Ac si me populus: Si me populus Romanus ejecisset, iterumq; dein restituisset, non foret mihi dedecori: sed populus me non ejecit: Ergo multò minùs est mihi dedecori.

Temeritatem &c. suam reprehendisset: Si dein malum su-

reprehendisset: tamen profectò nemo tam esset amens, qui mihi populi tale judicium non dignitati potiùs, quàm dedecori putaret esse oportere. Nunc verò, cùm me in judicium populi nemo omnium vocârit, condemnari non potuerim, qui accusatus non sim: deniquè ne expulsus quidem ita sim, ut si contenderem, superare non possem, contraquè à populo Romano semper sim defensus, amplificatus, ornatus, quid est, quare quisquam mihi seipsa populari ratione anteponat? An tu populum Romanum esse illum putas, qui constat ex iis, qui mercede conducuntur? qui impelluntur, ut vim afferant magistratibus? ut obsideant senatum? optent quotidie cædem, incendia, rapinas? quem tu tamen populum, nisi tabernis clausis, frequentare non

Minor. Syllogismi.

Synonyma. Conclusio Syllogismi. Definitio à dissimilitudine. Verum populum à non vero distinguit. Interrogationes, dissoluta, & incisa.

po-

suum & temerarium consilium emendâsset, seipsum populus ostendisset peccâsse.

Si contenderem: Si vim vi repellere voluissem.

Populari ratione: Quis meliore argumento probare poterit, se populo placere, à populo amari, & quis magis, quàm ego gloriari poterit in populi favore? Ponit pro conclusione hanc sententiam; ut ostendat, quantùm æstimet populi favorem, & inde resultantem gloriam absq; exilii probro.

An tu populum: Probat ulteriùs, non se ejectum à populo; illi enim, qui erant socii Clodii, non possunt nomine populi Romani appellari.

Nisi tabernis clausis: Non poteras tuos socios, tuum populum cogere, & congregare, nisi clauderentur taber-

 næ;

Traductio. *Exclamatio Ironica.* *Repetitio.* *Incisa.*

poteras: cui populo duces Lentidios, Plagulejos, Lollios, Sergios præfeceras. O speciem, dignitatemquè populi Romani, quam Reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant, multitudinem hominum ex servis, ex conductis, ex facinorosis, ex egentibus congregatam! Illa fuit pulchritudo populi Romani, illa forma, quam in campo vidisti tum, cùm etiam tibi contra Senatûs, totiùsquè Italiæ auctoritatem & studium dicendi potestas fuit. Ille, ille populus est Dominus Regum, victor atquè Imperator omnium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti tum, cùm omnes Principes civitatis, omnes ordinum, atquè ætatum omnium suffragium se non de civis, sed de civitatis salute ferre censebant: cùm de-

Populi Romani oratoria definitio.

Geminatio.

Traductio. Correctio.

næ; ergó in tabernis tantûm habitabat populus tuus, at in tabernis habitant tantùm vilissimi ex plebejis,& infimæ conditionis.

*Duces Lentidios &c.*Socii hi erant Clodii,& malorum duces, Lentidius, Plagulejus, Lollius,Sergius.

O speciem! Pro responsione negativa subjicit exclamationem ironicam.

Illa fuit pulchritudo: Illa est species & dignitas populi Romani, quam vidisti in campo Martio, quando insolita Comitiorum celebritate lex de meo reditu lata est,ubi tibi etiam dicendi facultas fuit.

Illo clarissimo die: Quo scil. ego restitutus sum.

*Omnes ordinum:*Sic conjunge: omnes omnium ordinum, omnes ex omnibus ordinibus.

Non

deniquè homines in campum non tabernis, sed municipiis clausis venerunt. Hoc ego populo, si tum Consules aut fuissent in Republica, aut omnino non fuissent, nullo labore, tuo præcipiti furori, atquè impio sceleri restitissem. Sed publicam causam contra vim armatam sine populi præsidio suscipere nolui: non quò mihi P. Scipionis, fortissimi viri, vis intima, privati hominis, displiceret: sed Scipionis factum statim P. Mutius Consul (qui

34. *Digressio ad causas sui abitûs.*

Ratio à diversis.

Non tabernis, sed municipiis clausis: Non sicuti ad tuam legem ferendam venerunt tantûm ex tabernis homines facinorosi, egentes, mercede conducti; sed urbes & municipia tota interim claudebantur, exeuntibus ad hæc Comitia civibus omnibus, etiam nobilissimis.

Hoc ego populo: Præsidio hujus populi, adjuvante hoc populo potuissem ego vim tuam repellere facilè, nullo labore.

Si tum Consules: Si ea tempestate Consules veri fuissent; nam Piso & Gabinius Consulum nomine indigni erant: vel si omnino nulli fuissent Consules, ut populus potuisset agere, quæ vellet.

Sine populi præsidio: Quod tu mihi tum eripuisti tanquam tribunusplebis, quodq; eripuerunt mali illi duo Consules.

Non quò: Non ideò, quòd nollem facere id, quod fecit P. Scipio, qui cùm privatus esset, auctor tamen fuit, ut Tiberius Gracchus tribunuspl. ob seditionem excitatam, in Capitolio ab optimatibus occideretur.

Vis intima: Pro: vis ultima, vis summa ad sangvinem, cædemq; perducta. Fortè scribendum esset vis ultima, ut nonnulli putant.

P. Mutius C. Hic defendit, arma à Scipione privato con-

(qui in gerenda Republica putabatur fuisse segnior) multis Senatûs-Consultis non modò defendit, sed etiam ornavit: mihi aut te interfecto cum Consulibus: aut te vivo & tecum, & cum illis, armis decertandum fuit. Erant eo tempore multa etiam alia metuenda. Ad servos, medius fidius, res pervenisset. Tantum homines impios ex vetere illa conjuratione injustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. Hîc tu me etiam gloriari vetas: negas esse ferenda, quæ soleam de me prædicare: & homo facetus inducis etiam sermonem urbanum ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem: eundemquè dictitare, Minervam

Synœciosis.

Occupatio de Ciceronis jactantia.

contra Tiberium Gracchum jure optimo sumpta esse,& meritò Gracchum fuisse occisum.

Mihi aut te interfecto: Ostendit disparem rationem inter se & Scipionem. Scipio habuit Consules faventes interfecto Graccho: ego te interfecto debuissem certare cum Consulibus, quos adversarios habui. Si tu non interfectus esses, tecum, & simul cum consulibus certare debuissem.

Ad servos: Servi contra bonos cives arma sumpsissent.

Tantum homines impios: Tanto odio tenebantur impii erga bonos, quia veteris illius conjurationis pœnas adhuc sentiebant: *odium impios retinebat*,pro: impii tenebantur odio.

Hîc tu me etiam: Refellit Clodii maledictum,videlicet Ciceronem esse Jovem; vicissim acerbè pungit Clodium ob sororem, quam violavit.

Homo facetus: Ironia, quasi dicat: homo minimè facetus.

Non

vam esse sororem meam. Non tam insolens sum, quòd Jovem esse me dico: non tam ineruditus, quòd Minervam sororem Jovis esse existimo. Sed tamen ego mihi sororem virginem adscisco: tu sororem tuam virginem esse non sivisti. Sed vide, ne tu te debeas Jovem dicere, quòd tu jure eandem sororem, & uxorem appellare possis. Et quoniam hoc reprehendis, quòd solere me dicas de me ipso gloriosiùs prædicare: quis unquam audivit, cùm ego de me, nisi coactus ac necessa-

Compar. *Geminatio.*

Dissimile.

Jocus amarus.

35.

Non tam insolens sum: Refutat utrumq́; quòd non sit tam insolens, ut se Jovem audeat vocare, nec tam ineruditus, qui Pöetarum fabulas ignoret, qui fingunt Minervam, sive Palladem natam ex cerebro Jovis, filiam Jovis esse, non sororem.

Ego mihi sororem virginem: Dissimilitudo acerba, quâ Clodio incestam consvetudinem cum sorore objicit. Objicis, inquit, mihi, me adsciscere sororem Minervam, me attribuere mihi Minervam tanquam sororem; esto ita: ego qui litteras amo, amo Minervam, seu Palladem, tanquam sororem meam, & eam quidem virginem at tu eam, quæ tua soror est, virginem esse non pateris.

Ne te debeas Jovem: Tu meliore jure te Jovē potes dicere; nam in hoc ei similis es: sicut habuit Jupiter Junonem, eandem & sororem & uxorem suam (*Jovisq; & Soror & conjux. Virgil:*) sic tu sororē tuam simul habuisti pro uxore. Acutè.

Et quoniam: Et, transeundi particula est, quæ sæpè idem significat, ac *præterea*. Refutat porrò criminationem, quòd gloriosiùs de se loquatur.

Cùm ego de me: Quis audivit, me solere gloriosiùs de me loqui & prædicare, cùm tamen ego nunquam de me lo-

cessariò dicerem? Nam si, cùm mihi furta, largitiones, libidines objiciuntur, ego respondere soleo, meis consiliis, periculis, laboribus patriam esse conservatam; non tam sum existimandus de gestis rebus gloriari, quàm de objectis non confiteri. Sed si mihi ante hæc durissima Reipublicæ tempora nihil unquam aliud objectum est, nisi crudelitas illius temporis, cùm à patria perniciem depuli: quid? me huic maledicto utrùm non respondere, an demissè respondere decuit? Ego verò etiam Reipublicæ semper interesse putavi, me illius pulcherrimi facti, quod ex auctoritate Senatûs, consensu bonorum omnium, pro salute patriæ gessissem, splendorem verbis, dignitatemquè

Dissolutio.

Ab honesto.

Incisa.

loquar, nisi cùm necessariò me defendere debeo.

Nam si: Si enim mihi objiciuntur crimina, & ego respondeo, ea falsa esse, & id,quod ipsi crimen vocant, esse defensionem patriæ dicam,quis inde gloriari me putet?

Furta: Tanquam aliena raperem; *largitiones* tanquam muneribus & pecuniis aliorum favores prensarem, *libidines* in appetendis vel honoribus, vel voluptatibus.

De objectis non confiteri: Confiteor hæc, & de his, utrumq; dicitur.

Ante hæc durissima: Antequam in exilium abirem.

Crudelitas illius temporis: Tanquam tempore conjurationis Catilinariæ crudelis fuissem in ejiciendis civibus.

An demissè: Lentè, non acriter, non vehementer, non cum enumeratione eorum, quæ rectè feci.

Splendorem verbis &c. Splendidè de hac re loqui.

Au-

què retinere: præsertim cùm mihi uni in hac Republica, audiente populo Romano, operâ meâ hanc urbem & hanc Rempublicam esse salvam, jurato dicere fas fuisset. Extinctum est jam illud maledictum crudelitatis, quòd me, non ut crudelem tyrannum, sed ut mitissimum parentem omnium civium studiis desideratum, repetitum, arcessitum vident. Aliud exortum est. Objicitur mihi meus ille discessus: cui ego crimini respondere sine mea maxima laude non possum. Quid enim, Pontifices, debeo dicere? Peccati me conscientiâ profugisse? At id, quod mibi crimini dabatur, non modò peccatum non erat, sed erat res post natos homines pulcherrima. Judicium populi per-

A consequentibus.

Objectum de suo discessu.

Interrogatio.
Subjectio.
Similiter desinentia.

Audiente populo R. Ultimo Consulatûs die, cùm eum tribunuspl. Q. Metellus Nepos habendæ concionis potestate privâsset, juravit Cicero à se Rempublicam servatam esse. Quod eum jure jurâsse populus judicavit. Ep. ad Metellum l. 5.

Extinctum est jam: Patet falsum esse, crudelem me tyrannum, à consequentibus,& illo populi judicio,quo me tanquam amantissimum patriæ patrem restitutum voluit. Transit ad objectum aliud de suo discessu.

Crimini respondere: Respondet ad objectum discessum per diversa: falsas causas removet, veram adducit. Non peccati conscientiâ, non metu judicii, non penuriâ amicorum, non timore mortis profugi; sed quia nolui mea defensione tot bonos in discrimen adducere. Quæ causa, honestissima cùm sit, laudabilissima est.

pertimuisse? At id nec propositum ullum fuit, & si fuisset, duplicatâ gloriâ discessissem. Bonorum mihi præsidium defuisse? Falsum est. Me mortem timuisse? Turpe est. Dicendum igitur est id, quod non dicerem, nisi coactus (nihil enim unquam de me dixi sublatiùs ascíscendæ laudis causâ potiùs, quàm criminis depellendi) dico igitur, & quàm possum maxima voce dico: Cùm omnium perditorum, & conjuratorum incitata vis, duce tribunoplebis, Consulibus auctoribus, afflicto Senatu, perterritis Equitibus Romanis, solicita ac suspensa tota civitate, non tam in me impetum faceret, quàm per me, in omnes bonos: me vidisse, si vicissem, tenues Reipublicæ reliquias: si victus essem, nullas futuras. Quod cùm judicâssem, deflevi

36. *Licentia. Similiter cadens.*

Geminatio.

Vera causa discessûs.

Incisa. Enumeratio partium. Correctio & Cõmutatio. Synœciosis. Antitheta. Enumeratio

Nec propositum: Non erat constitutum ullum judicium; quod si fuisset, ex judicio illo discessissem (non in exilium) cum duplice gloria. Unam jam reportavi ob factum depulsæ conjurationis Catilinariæ; alteram ex hoc judicio reportaturus eram, ob judicia populi mea facta comprobantis.

Sublatiùs: Id est: gloriosiùs; nam & alibi habet *Sublatè, ampleq; dicentes.*

Suspensa: Dubia, quid ageret.

Tenues Reipubl: reliquias: Paucos ex bonis civibus superstites fore.

Deflevi: In hac periodo subintelligitur *quidem* vel *etsi:* quasi dicat, ex una quidem parte vidi miserias meorum inde enasciturus, & dolui, sed anteposui vitam meorum civium &c. *Disci-*

vi conjugis miserae discidium, liberorum carissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi, atquè optimi casum, subitas fundatissimae familiae ruinas. Sed his omnibus rebus vitam antepofui meorum civium: remquè publicam concidere unius discessu, quam omnium interitu occidere malui. Speravi, id quod accidit, me jacentem posse à vivis viris fortibus excitari: si unà cum bonis interiissem, nullo modo posse recreari. Accepi, Pontifices, magnum, atquè incredibilem dolorem: non nego, nequè istam mihi adscisco sapientiam, quam nonnulli in me requi-

partium.

Dissolutio.

Allegoria.

Similiter cadentia.

Annominatio.

Allegoria continuata.

Ciceronis dolor.

Discidium: Id est: distractionem, divulsionem, discissionem, à verbo discindo, non à verbo dissideo; non enim fuit tum inter M. Tullium & Terentiam dissidium, sed Tullio in exilium pulso factum est discidium viri & uxoris, cùm ab invicem separarentur.

Concidere: Ludit in verbis *concidere, & occidere. Occidere* plus est, quàm *concidere. Occidere* fit cum interitu; *concidere* est cadere cum dolore; significat autem Cicero, Rempublicam suo discessu quidem concidisse; nam saepè hoc dixit Cicero, Rempublicam suo discessu afflictam fuisse, & si non rediisset, planè perituram fuisse. Meliùs tamen judicavit Cicero, Rempublicam tantisper concidere, quàm ut cum interitu omnium etiam ipsa funditùs occidat, & intereat.

Accepi: Differit de magnitudine sui doloris ex causis efficientibus. Nam in exilio paulò mollior fuit, & doloris impatientior, cujus rei rationem reddit.

Sapientiam: Stoicam nempe, de qua alibi.

Tum

quirebant, qui me animo nimis fracto esse, atquè afflicto loquebantur. An ego poteram, cùm à tot rerum tanta varietate divellerer (quas idcirco prætereo, quòd ne nunc quidem sine fletu commemorare possum) inficiari me esse hominem, & communem naturæ sensum repudiare? Tum verò nequè illud meum factum laudabile, nec beneficium ullum à me in Rempublicam profectum dicerem, siquidem ea Reipublicæ causâ reliquissem, quibus æquo animo carerem: eamquè animi duritiam, sicut corporis, quod cùm uritur, non sentit, stuporem potiùs, quàm virtutem putarem. Suscipere tantos animi dolores, atquè ea, quæ capta urbe accidunt victis, stante urbe unum perpeti, & jam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas, patriæ deniquè cau-

Cōparatio.

37. *Antitheta. Pathetica malorum descriptio. Enumeratio partium. Similiter cadens.*

Tum verò: Si non durum fuisset, hæc talia relinquere, non haberem laudem, quòd ea reliquerim pro bono Reipublicæ, quibus facilè carere potuerim.

Animi duritiam: Illam nempe Stoicam sapientiam, quæ nullis affectibus movetur.

Sicut corporis: Intellige denuò duritiam.

Quod: Corpus. Si corpus non sentit ustulationem, stupidum esse & vitâ carere necesse est.

Suscipere: Spontè & volentem tales subire dolores.

Capta urbe: Ita ut unus ego, stante urbe, sustinerem mala illa omnia, quæ urbs, si caperetur, sustinenda habe-

causâ patriam ipsam amittere, spoliari populi Romani beneficiis amplissimis, præcipitari ex altissimo dignitatis gradu, videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata arbitria petentes funeris: hæc omnia subire conservandorum civium causâ, atquè ita, ut dolenter absis, non tam sapiens, quàm ii, qui nihil curant, sed tam amans tuorum, ac tui, quàm communis

Traductio.

Compar.

beret.

Prætextatos inimicos: Videre inimicos suos in prætexta, in magistratu nempe constitutos; horum enim insigne erat prætexta, de qua alibi.

Nondum morte complorata: Antequam aliquis moriatur, & antequam mortuus deploretur.

Arbitria petentes funeris: Arbitria funeris dicebantur, vel merces libitinariorû, vespillonum, pollinctorum; vel hæreditas cum annexa obligatione funeris ad alicujus arbitrium faciendi; quo modo *arbitria funeris petere* dicebantur, qui à morte alicujus vel hæreditatem, vel lucrum petebant. Hoc igitur inter dolores suos enumerat Cicero, quòd quasi videre debuerit inimicos suos in prætexta fulgentes, à se tanquam mortuo, reipsâ adhuc vivo, bona sua certatim petere & diripere. In eundem sensum arbitrium funeris acciptur in Pisoniana: *Eodem & loci vestigio, & temporis, arbitria non mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti.*

Dolenter absis: Ea est laus præclara, hæc subire mala propter Rempublicam, & ita subire, ut cum dolore abeas, non quidem sapiens sapientiâ Stoicâ, & idcirco dolore carens, sed dolens ob amorem tui ac tuorum. Sic conjunge, & clarum habebis sensum.

Quàm communis &c. Id est: quemadmodum humana natura fert.

Qui

nis humanitas postulat: ea laus praeclara, atquè divina. Nam qui ea, quae nunquam cara ac jucunda duxit, animo æquo Reipublicæ causâ deserit, nullam benevolentiam insignem in Rempublicam declarat; qui autem ea relinquit Reipublicæ causâ, à quibus cum summo dolore divellitur, ei patria cara est, cujus salutem caritati anteponit suorum. Quare disrumpatur licet ista Furia, atquè audiat hæc ex me, quoniam lacessivit: bis servavi, ut Consul togatus armatos vicerim: privatus Consulibus armatis cesserim. Utriusquè temporis fructum tuli maximum: superioris, quòd ex Senatûs auctoritate & Senatum, & omnes bonos meæ salutis causâ mutata veste vidi: posterio-

Thesis.

Conjugata.
Conclusio de Ciceronis gloriatione.
Traductio.
Simil: desi:
Contraria.

Qui autem ea relinquit: Nempe virtus est insignis, alterius amore iis carere, quæ placerent. Et quid aliud Christus servator noster præcipit,quàm relinquenda esse ob amorem Dei,quæ maximè nobis chara sunt;& eos demum, qui hoc faciunt,ostendere, se Christum verè amare illiusq; dignos esse amoris.

Quare: Conclusio.Ergo audiat licèt invitus,licèt rumpatur, meam hanc gloriationem Clodius,quâ dixi & dico: Ego Cicero bis servavi Rempublicam. *Quoniam lacessivit:* Quoniam me provocavit, & ad ista dicenda coëgit. Est etiam hic figura *Licentiæ.*

Bis servavi: 1. ita, ut cùm essem Consul, ego togatus restiterim armatis Catilinariis. 2.& ut privatus, nec in magistratu constitutus, consules vicerim, cedendo ex urbe, atq; hac ratione pessimos eorum in Rempublicam cona-

rioris, quòd & Senatus, & populus Romanus, & omnes mortales, & privatim & publicè judicârunt, ſine meo reditu Rempublicam ſalvam eſſe non poſſe. Sed hic meus reditus, Pontifices, veſtro judicio continetur. Nam ſi vos me in meis ædibus collocatis, id quod in omni mea cauſa ſemper ſtudiis, conſiliis, auctoritatibus, ſententiisquè feciſtis, video me planè ac ſentio reſtitutum. Sin mea domus non modò mihi non redditur, ſed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, ſceleris ſui, publicæ calamitatis, quis erit, qui hunc reditum potiùs, quàm pœnam ſempiternam putet?

DOMUS EVERSIO *Inductionis pars 2.*

Diſſoluta. Inciſa.

In

conatus eludendo.

Sed hic meus reditus: Vide diſtributionem hujus Orationis, quam dedi N. 16. ubi tres poſui partes Inductionis, quibus probatur, id quod Clodius egit, eſſe irritum. Prima fuit; *quia lex Clodii eſt irrita*; quod hactenus demonſtratum. Pars 2. *Domûs everſio eſt irrita*. Pars 3. *Dedicatio eſt irrita*. Jam nunc ad ſecundam & tertiam partem progreditur. Amplificatio petitur ex inſtitutis, ac legibus civitatis, in qua eorum duntaxat domus juſtè fuerunt everſæ, qui ſcelerati & perduelles fuêre; Cicero non fuit ſceleratus Civis, ſed conſervator patriæ; ergo &c.

In omni mea cauſa: In tota mea cauſa, qui, quoties in ſenatu dicenda de me ſentẽtia fuit, ſemper mihi ſuffragati eſtis. Eſt hic captatio benevolentiæ, & tranſitio ad exponendum ſtatum principalem quæſtionis de domo ſua, hoc ſenſu: jam in vobis res tota eſt ſita: ſi meam domum mihi reſtitueritis, ſalvus ſum; ſin minùs, perii.

In

In conspectu præterea totius urbis domus est mea, Pontifices: in qua si manet illud non monumentum urbis, sed sepulchrum inimico nomine inscriptum, demigrandum potiùs aliquò est, quàm habitandum in ea urbe, in qua trophæa & de me, & de Republica videam constituta. An ego tantâ aut animi duritiem habere, aut oculorum impudentiam possim, ut cujus urbis servatore me esse Senatus omnium assensu toties judicârit, in ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & ab eodem exstructam & positam in oculis civitatis, ne unquam conquiescere possit fletus bonorum? Sp. Melii regnum ap-

Metaphora.

38. *A repugnãtibus.*

Inductio

In conspectu præterea: Erat Ciceronis domus in Palatino colle, loco edito, & celebri.

Sepulchrum inimico nomine inscriptum: Diruta domus, sepulchrum quodammodò erat, cui per modum epitaphii Clodius suum nomen inscripsit.

Trophæa de me: Metaphora ab hostibus; de quibus devictis solebant victores eo in loco, ubi victi sunt, erigere monumenta, & ostendere exuvias hosti detractas.

Ab eodem exstructam: Intellige iterum *domum*, hoc sensu: an possum ferre domum, quæ in locum meæ eversæ exstructa est à communi hoste? Exstruxit enim Clodius in eversa Ciceronis domo ædem Libertatis.

Sp. Melii &c. Observa hunc syllogismum: *Eorum domus justè eversæ sunt, qui perduelles fuerunt, ut Melii, Cassii, Vacci, Manlii, Flacci: At Cicero non fuit perduellis: Ci-*

appetentis domus est complanata. Ecquid aliud? Æquum accidisse Melio populus Romanus judicavit: nomine ipso Æquimelii stultitia pœnâ comprobata est. Sp. Cassii domus ob eandem causam eversa: atquè in eodem loco ædes posita Telluris. In Vacci pratis do-

ab exēplis contrariis. Major.

Ciceronis igitur domus non est justè eversa. De his Val. Max. l. 6. c. 3. qui primo posuit Manlium, de quo nos infrà. De Melio inquit: *Eadem ausum Sp: Melium* (quia & ipse dominationem affectabat) *consimili exitu patria mactavit*, nempe ejus quoq; domum diruit: *Area verò domûs ejus, quò justi supplicii notitia ad posteros perveniret, Æquimelii appellationem traxit;* quasi dicerent: hic est *solo æquata Melii domus*; vel ut Cicero videtur insinuare, hic æquum Melio & jus factum est.

Æquimelii stultitia: De Æquimelii nomine modò dictum: & clarè habet Livius: *Domum deinde*, inquit, *ut monumento area esset, oppressæ nefariæ spei, dirui extemplò jussit. Id Æquimelium appellatum est.* Sensum autem hujus constructionis sic accipio: Per hoc ipsum nomen stultitia Melii demonstrata & comprobata fuit in hac pœna, ei nempe à populo decreta.

Sp. Cassii: De hoc Val. M. l. c. *Par indignatio civitatis adversùs Sp. Cassium erupit: cui plùs suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populusq; Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superjecit, ut penatium quoq; strage puniretur. In solo autem ædem Telluris fecit &c.*

In Vacci pratis: M. Vitruvius Vaccus Fundanorum dux contra Romanos pugnavit: ejus ædes in Palatio sive Palatino monte dirutæ Vacci prata sunt appellata. Livius.

Pu-

domus fuit M. Vacci, quæ publicata est, & eversa, ut illius facinus memoriâ & nomine loci notaretur. M. Manlius, cùm ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloriâ, regnum appetîsse est judicatus. Ergo ejus domum eversam, duobus lucis convestitam videtis. Quam igitur Majores nostri sceleratis ac nefariis civibus maximam pœnam constitui posse arbitrati sunt, eandem ego subibo, ac sustinebo, ut apud posteros nostros non extinctor conjurationis, & sceleris, sed auctor & dux fuisse videar? Hanc verò, Pontifices, labem turpitudinis, & inconstantiæ poterit populi Ro-

Minor & conclusio.

Contraria.

Novū exemplum in conclusione ponit.

Publicata est: In populi potestatem & ærarium redacta est; vulgò *confiscata est.*

M. Manlius: Hic est celebris ille Manlius, qui Gallis Senonibus in Romanam urbem irrumpentibus à strepitu anserum excitatus, lectâ mille juvenum manu arcem Capitolinam occupavit, & à vi hostium servavit intactam. A qua tamen ipsa arce, quòd in affectati regni suspicionem posteà venisset, præcipitatus est: cautumq; est Senatûs-Consulto, nequis ex Manlia gente deinceps Marcus diceretur, cùm priùs hoc prænomine uterentur. De hoc Liv. l. 2. & Virg. Æneid. 8.

In summo custos Tarpeja Manlius arcis.
Stabat pro templo & Capitolia celsa tenebat.

Duobus lucis convestitam: Inter duos lucos sitam. Est autem lucus arboribus consitus & umbrosus locus, ubi solebant ethnici Diis sacrificare.

Hanc verò labem: Annon populo Romano erit turpissimum,

Romani dignitas sustinere, vivo Senatu, vobis principibus publici consilii, ut domus M. Tullii Ciceronis cum domo Fulvii Flacci ad memoriam pœnæ publicæ constitutæ conjuncta esse videatur? M. Flaccus, quia cum C. Graccho contra salutem Reipublicæ fecerat, & Senatûs sententiâ est interfectus, & ejus domus eversa & publicata est: in qua porticum pòst aliquantò Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Ista autem fax ac Furia patriæ, cùm

Polysyndeton.

Metaphora.
Dissolutio.
Synonyma.

mum, si dicatur, quòd conservatori suo eandem pœnam decrèverint, quam decrevêre homini sceleratissimo Fulvio Flacco, & hoc, vivente illo Senatu, qui Ciceroni tam honorifica dedit testimonia?& hoc, vobis Pontificibus in publico consilio maximam & principem habentibus auctoritatem?

Fulvii Flacci: M. Fulvius Flaccus vocabatur, & hic est ipse ille, de quo statim narrat. Hic M. F. Flaccus cum C. Graccho Tiberii Gracchi fratre à L. Opimio Consule interfectus est, de quo Val. Max. *Seditiosissimorum civiū corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti sunt: Cæterùm Flacciana area, cùm diu penatibus vacua mansisset, à Q. Catulo Cimbricis spoliis adornata est.*

In qua porticum: Porticus erant longa & ampla ambulacra, superiùs tecta, & variis vel statuis, vel rebus pretiosis ornata, ferè talia, quæ à nobis dicuntur *Galerien.* Plurimæ erant tales porticus in urbe Romana, & in hac Q. Catulus trophæa & spolia de Cimbris relata posuerat.

Manubiis: Manubiæ sunt spolia manu capta ab hostibus.

Ista autem fax: Clodius.

cùm urbem Pisone & Gabinio ducibus cepisset, occupâsset, teneret, uno, eodemq; tempore & clarissimi viri mortui monumenta delebat, & meam domum cum M. Flacci domo conjungebat: ut, quâ pœnâ Senatus affecerat eversorem civitatis, eâdem iste, oppresso Senatu afficeret eum, quem P. C. custodem patriæ judicâssent. Hanc verò in Palatio, atquè in pulcherrimo urbis loco porticum esse patiemini, furoris tribunitii, sceleris Consularis, crudelitatis conjuratorum, calamitatis Reipublicæ, doloris mei defixum indicium ad memoriam omnium gentium sempiternam? Quam porticum pro amore, quem habetis in Rempublicam, &

A contrariis & repugnantibus.

39.

Ab adjunctis loci, personæ, & effectis.

Dissoluta.

Incisa.

Traductio.

Clarissimi Viri: Q. Catulum intelligit, qui unà cum Mario Cimbros devicerat, & post victoriam in area Flacciana porticum & trophæa statuerat, quæ subin Clodius delevit.

Conjungebat: Pari ratione agebat cum mea domo, ut actum est cum domo M. Flacci; & ille tanquam eversor civitatis & libertatis hac pœna affectus est, ego eadem pœna afficiar, qui à populo judicatus sum esse custos patriæ?

Hanc verò in Palatio porticum: Apparet exstructam in area Ciceronis à Clodio ædem habuisse pariter aliquam porticum, quia plerumq; templis aut magnificis ædibus annectebant porticus. Hanc igitur porticum, inquit, tanquam perpetuum scelerum Clodianorum, & meæ, publicæq; calamitatis monumentum stare patiemini, non ipsi manibus vestris disturbabitis, ut area mihi mea vacua maneat, & restituatur?

Nisi

& semper habuistis, non modò sententiis, sed, si opus esset, manibus vestris disturbare cuperetis. Nisi quem fortè illius castissimi Sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret. O rem, quam homines soluti ridere non desinant, tristiores autem sine maximo dolore audire non possint! Publiùsne Clodius, qui ex Pontificis maximi domo religionem eripuit, is in meam intulit? hùncine vos, qui estis antistites cæremoniarum & sacrorum, auctorem habetis, & magistrum publicæ religionis? O Dii immortales! Vos enim hæc audire cupio;

Trāsitio ad dedicationē domûs.
Ironia.
Exclamatio
Antithesis.
Dedicatio à quo facta sit.
Relata.
Exclamatio & Apostrophe ad Deos.

Nisi quem fortè: Ab eversione domûs suæ ad dedicationem transit, & primò quærit, à quo sit dedicata? nimirum à Clodio. Frequentes sunt exclamationes, & ironiæ.

Castissimi Sacerdotis: Clodium ironicè sic appellat, qui noctu libidinis causâ domum C. Cæsaris Pont. Max. in qua mulieres pro populo sacra faciebant, muliebri vestitu introivit, tanquam & ipse sacerdos esset, & sacrificare vellet.

Superstitiosa: Id est: nimiùm religiosa.

Homines soluti: Homines liberiores & in risum ac lætitiam proni: quibus opponuntur morosi & tristes.

Pontif. M. domo: C. Cæsaris, cujus domum cùm ingressus est sceleris causâ, eripuisse religionem, & domum sacram violâsse videtur; ingredi enim, cùm mulieres sacra facerent, viris non licebat.

In meam intulit: Scilicet qui Religione domum illam spoliavit, eâ meam domum dedicavit Ironicè.

Huncine vos: Officium judicum & pontificum insinuat.

Cæremoniarum: De cæremoniis vide N. 12.

Mêbratim. *Interrogationes invidiosæ.* pio; P. Clodius veſtra ſacra curat? veſtrum numen horret? res omnes humanas religione veſtra contineri putat? hic non illudit auctoritati horum omnium, qui adſunt, ſummorum virorum? non veſtra, Pontifices, gravitate abutitur? Ex iſto ore religionis *Geminatio.* verbum excidere, aut elabi poteſt, quam 40. tu eodem ore, accuſando Senatum, *Ironia.* quòd ſeverè de religione decerneret, impuriſſimè, teterrimequè violâſti. Adſpicite, adſpicite, Pontifices, hominem religioſum, &, ſi vobis videtur, quod eſt bonorum pontificum, monete eum, modum quendam eſſe religionis: nimiùm eſſe ſuperſtitioſum non oportere. Quid tibi neceſſe fuit ani-

Veſtrum numen: Dignitatem veſtram divinam.

Res omnes humanas: Supponit ethnicus, credere omnes debere, quòd à Religione & cultu Numinis pendeant res cæteræ humanæ.

Quam tu: Quam Religionem adeò turpiter violâſti, cùm reprehenderes ſenatum, quòd nimis ſeverè de religione judicaret, eo nimirum tempore, cùm de inceſtu accuſatus, noluiſti tuam cauſam illam violatæ religionis à ſenatu judicari, atq; etiam pecuniis id effeciſti, ut ne judicaretur. Ita pro Milone.

Nimis ſuperſtitioſum: Nimiùm cupidum ea ſacra videndi, quæ viris videre non licet. Pungit eum non ſine feſtivitate, quòd, cùm viris aſpicere ſacra Bonæ Deæ non liceret, ipſe tamen, ubi ea fiebant, in domum Pontif. Max. eſſet ingreſſus.

Ani-

anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? quæ autem te tanta mentis imbecillitas tenuit, ut non putares deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses? Quem unquam audîsti majorum tuorum, qui & sacra privata coluerunt, & publicis sacerdotiis præfuerunt, cùm sacrificium Bonæ Deæ fieret, interfuisse? neminem, ne illum quidem, qui cœcus est factus. Ex quo intelligitur, multa in vita falsò homines opinari, cùm ille, qui nihil viderat sciens, quod nefas esset, lumina amisit; istius, qui non

Apostrophe & invectiva in Clodium, cum amplificatione facti.

Ab exēplo & comparatione. A minore.

Anili superstitione: Iterum ejus ingressum in opertum Bonæ Deæ significat. Superstitio propriè est importuna & inepta Religio, quâ cùm sæpiùs ducantur mulieres, eam hic anilem vocat.

Homo fanatice: Homo furore non sacro, sed turpi correpte.

Ne illum quidem, qui cœcus: Cæcilius Metellus hic intelligitur, qui cùm è flammis Palladium eripuisset, cœcus factus est. Epit. Liv. l. 19. *Cùm templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus P. M. ex incendio sacra rapuit.* Ob illam causam orbam luminibus illum exegisse senectutem, quæ illo amisisset incendio, cùm Palladium raperet ex æde Vestæ, Plinius docet Hist. Nat. VII. 42. Sed & multi alii hoc commemorant. Vide Ovid. VI. Fast. Credebatur igitur punitus esse à Diis cæcitate, quòd, licèt fuisset maximè pius, Palladium tamen vidisset, quod viro videre non liceret. Vide Ovid. l. 2. Clodius autem materna stirpe ortus erat ex Metellorum familia; & hinc domesticum illi adducit exemplum.

Ex quo intelligitur: Apparet, homines in suis opinioni-

non solùm aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit cæremonias, pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conversa. Hoc auctore tam casto, tam religioso, tam sancto, tam pio, potestis, Pontifices, non commoveri, cùm suis dicat se manibus domum civis optimi evertisse, & eam iisdem manibus consecrâsse? Quæ tua fuit consecratio? Tuleram, inquit, ut mihi

Ironia. Repetitio. Incisa.

Dedicatio quo jure facta sit.

nibus sæpè decipi; sunt enim, qui putant scelera in hac vita semper puniri à Diis pœnâ manifestâ, vel quæcunq; mala hominibus inflicta, esse pœnas scelerum; cùm tamen aliqui interdum patiantur innocentes, alii plectantur quidem, sed non pœna visibili & manifestâ. Ille Cæcilius Metellus non vidit aliquid, quod sciret esse nefas videre, & lumina amisit: Clodii pœna in invisibili mentis cæcitate consistit; cæcus est, quia nihil rectum videt, nihil justum, nihil pium; præceps in scelera ruit tanquam cœcus.

Hoc auctore: Cōcludit per ironiam locum de persona Clodii, & transit ad modum, quo dedicatio facta est: primùm sine religione: deinde sine jure.

Quæ tua fuit consecratio? Quo jure, qua religione facta est tua consecratio? Respondet nomine Clodii: licuit mihi (sic enim in lege tuli) ergo jure facta est hæc consecratio. Ad hoc mox respondebit Cicero. Cæterùm consecratio ejusmodi apud Romanos sæpè fiebat à tribunisplebis capite velato, advocata concione, adhibito tibicine, posito foculo &c. quòd si simul esset dedicatio, fiebat etiam adhibito signo numinis, ad aram, præsente Pontificum Collegio, uno rem dedicandam attingente,& prisca ac solennia dicente verba.

Tuleram: Legem nempe tuli, & vi legis potui hoc facere.

Non

mihi liceret. Quid? non exceperas, ut siquod jus non esset rogare, ne esset rogatum? Jus igitur statuetis esse, uniuscujusquè vestrûm sedes, aras, focos, Deos Penates subjectos esse libidini tribunitiæ? in quem quisquè per homines concitatos irruerit, quem impetu perculerit, hujus domum non solùm affligere (quod est præsentis insaniæ, quasi tempestatis repentinæ) sed etiam in posterum tempus religione sempiterna obligare? Equidem sic accepi, Pontifices, in religionibus suscipiendis caput esse, interpretari, quæ voluntas Deorum immor-

Syllogismo.

Minor.

Enumeratio.

Simile.

Periphrasis pro consecrare.

41.

Dedicatio est sine voluntate Deorum.

Non exceperas? Annon sciebas in omni rogatione excipi hoc, ut si non esset jus rogandi, ferendi, decernendi, nulla esset illa rogatio, illud decretum? atqui jus tibi nullũ fuit; nam quale hoc jus pro libitu & libidine, civis optimi bona evertere, ac dein religioni velle transcribere? Vide syllogismum.

Quod est præsentis insaniæ: Præsens & repentina tempestas sæpè domum aliquam evertit, ita tamen, ut reædificari possit. At quomodo, & quô jure turbo & tempestas Clodii ferenda, quæ meam evertit, ita, ut obligata religioni, ampliùs à me ædificari non possit.

Equidem sic accepi: Hôc semper audivi in legitima consecratione & religiosa dedicatione primum esse observandum: an sit juxta voluntatem Deorum; tua dedicatio non est juxta voluntatem Deorum: probatur minor à comparatione; homines noluerunt possidere meam domum modo tam iniquo; ergo multò minùs Dii: ergo &c.

Caput esse: Præcipuum esse.

mortalium esse videatur: nec est ulla erga Deos pietas, nisi honesta de Numine eorum ac mente opinio, cùm expeti nihil ab iis, quod sit injustum, atque inhonestum arbitrêre. Hominem invenire ista labes tum, cùm omnia tenebat, neminem pótuit, cui meas ædes addiceret, cui traderet, cui donaret. Ipse cùm loci illius, cùm ædium cupiditate flagraret, ob eamquè caussam unam una justa illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisse, tamen illo ipso in furore suo non est ausus meam domum, cujus cupiditate inflammatus erat, possidere. Deos immortales existimatis, cujus labore & consilio sua ipsi

Minor per comparationem.
Repetitio.
Synonyma.
Ironicè.
Conclusio.
Repugnantia.

Nec est ulla erga Deos: Definit pietatem & religionem erga Deos, quæ in eo est, ut quis ita de Diis sentiat, ut non credat, aliquid injustum vel inhonestum eos admittere ab hominibus, aut hominibus petentibus aliquid injustum dare. Christiane loquitur.

Ista labes: Clodius.

Omnia tenebat: Quando ubiq; dominabatur.

Neminem potuit: Argumentatio & amplificatio minoris. Dii noluerunt hanc sibi consecrationem fieri, quare? nullus hominum Ciceronis domum occupare voluit, multò igitur minus Dii: nullus civis voluit bona Ciceronis attingere: multò igitur minùs Dii.

Justa illa rogatione: Ironicè, in illa tua lege & rogatione, quæ minimè justa est.

Non est ausus: Adversarius ipse, etsi rerum mearum cupidissimus esset, non voluit, non ausus est domum meam occupare, ergo credibile est nec Deos voluisse; præsertim cùm

ipsi templa tenuerunt, in ejus domum, afflictam & eversam per unius hominis sceleratissimi nefarium latrocinium immigrare voluisse? Civis est nemo in tanto populo, extra contaminatam illam, & cruentam P. Clodii manum, qui rem ullam de meis bonis attigerit, qui non pro suis opibus in illa tempestate defenderit. At qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emptionis contaminaverunt, nullius neque privati, neque publici judicii pœnam effugere potuerunt. Ex his igitur bonis, quorum nemo rem ullam attigit, qui non omnium judicio sceleratissimus haberetur, Dii immortales domum meam concupiverunt. Ista tua pulchra Libertas Deos penates, & familiares meos

Metaphora.

Repugnantia.

Ironicè.

cùm domus sit illius, per quem ipsi Dii suas Domos & templa tenuerunt; quia nempe Rempublicam conservavit Cicero, & in Republica Deorum templa ac religionem.

Civis est nemo: Ulteriùs urget, & amplificat comparationem in minore positam.

Extra contaminatam &c. Præter Clodium & socios.

Pro suis opibus: Prout potuit; pro suis viribus.

At qui: Qui hujus prædæ participes facti sunt, vel etiam emendo tantùm, judicati sunt ab omnibus pessimè fecisse; quomodo ergo credibile est, Deos voluisse hanc meam prædam, mihi ereptam, ad se trahere?

Ista tua pulchra: Ironia est, quâ elevat Libertatem à Clodio in Ciceronis domo collocatam. In ipsam Deam blasphemus non est, sed in hanc, *in tuam* illam spuriam

Li-

meos Lares expulit, ut à te ipsa tanquam in captivis sedibus collocaretur? Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus uniuscujusque civium? hîc aræ sunt, hîc foci, hîc Dii penates, hîc sacra, religiones, cæremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit. Quò magis est furor istius ab auribus vestris repellendus, qui, quæ majores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt, ea iste non solùm contra religionem labefactavit, sed etiam ipsius re-

Repetitio.
Synonyma.
Repetitio.
Enumeratio.
Dissoluta.
Major.

42.
Minor.

Traductio.

Libertatem, sicut explicabit demonstrata ejus origine. Libertas vera illa Romanorum Dea haberi à Romanis & coli cœpit ab eo tempore, quo in libertatem sese vindicavêre, cui proinde Templum in Aventino constitutum est; at ista in Ciceronis domo collocata erat imago meretricis.

Deos penates: Penates sunt Dii, qui domi coluntur, qui & Lares vocantur, familiares, quia familiæ & domûs custodes habentur. Varii hi erant, & vel ex majoribus Diis, vel ex Manibus, atq; majorum, Avorum, Atavorum imaginibus.

Captivis sedibus: In domo à te tanquam ab hoste capta & expilata.

Quid est sanctius: Locus communis & thesis de domo cujusq;, in qua & cujuslibet religio consistit, quæq; est perfugium in omnibus rebus, quæ proinde non ita temerè eripienda.

Hîc foci: Foci apud Romanos dicebantur nôn culinæ, sed aliqua ex præcipuis domûs partibus, Diis Penatibus & Laribus consecrata, ubi thus adolebatur Diis, cibi etiam quotidiani apponebantur tanquam munera.

At

religionis nomine evertit. At quæ Dea est? Bonam esse oportet, quandoquidem est abs te dedicata. Libertas, inqui, est. Eam tu igitur domi meæ collocâsti, quam ex urbe tota sustulisti? Tu, cum collegas tuos, summa potestate præditos, negares liberos esse: cùm in templum Castoris aditus esset apertus nemini: cùm hunc clarissimum virum, summo genere natum, summis populi beneficiis usum, Pontificem, & Consularem, & singulari bonitate, & modestiâ præditum (quem satis mirari, quibus oculis adspicere audeas, non queo) audiente populo Romano à pedisequis conculcari juberes:

Etymologia.

Contraria.

Enumeratio.

Repetitio.

Traductio.

Adjuncta personæ læsæ &c.

At quæ Dea est? Clodium arguit enumeratione flagitiorum, quòd eam domi suæ libertatem collocârit, quam tota urbe sustulit. Argumentum est ab etymologia, & contrariis.

Bonam esse: Pungit denuò Clodium, & renovat memoriam *Bonæ Deæ*, cujus cæremonias nefario stupro Clodius polluerat.

Cùm Collegas tuos: Enumerat, in quibus rebus libertatem Romæ sustulerit. 1. Eripuit libertatem suis Collegis, cæteris tribunisplebis, quando nempe negavit, eos jus habere sibi & suæ legi intercedendi. 2. Quando ad Templum Castoris gradus & scalas sustulit, ne quis introire & impedire posset, cùm ipse legem contra Ciceronem ferret &c.

Hunc clarissimum virum: M. Lucullum videtur intelligere, sedentem inter Pontifices.

A pedisequis: Servis & famulis, qui Dominum sequuntur.

res: cùm indemnatum exturbares, privilegiis tyrannicis irrogatis: cùm principem orbis terræ virum inclusum domi contineres: cùm forum armatis catervis perditorum hominum possideres: Libertatis simulacrum in ea domo collocabas, quæ domus erat ipsa indicio tui crudelissimi dominatûs, & miserrimæ populi Romani servitutis? Eùmne potissimùm Libertas suâ domo debuit pellere, qui nisi fuisset, in servorum potestatem civitas tota venisset?

Traductio.

43. *De origine hujus Deæ Libertatis. Notatio.*

At unde inventa est ista Libertas? Quæsivi enim diligenter. Tanagræa quædam meretrix fuisse dicitur. Ejus non longè è Tanagris simulacrum è marmore in sepulchro positum fuit. Hoc quidam homo nobilis, non alienus ab hoc

Cùm indemnatum: Seipsum intelligit, cui privilegium tyrannicum irrogavit; ita legem Clodii sæpè vocavit.

Cùm principem orbis: Pompejum intelligit, de quo suprà dictum, quòd domi se continere debuerit ob metum Clodii. Ex quibus & cæteris, quæ sequuntur, patet, quomodo Clodius oppresserit libertatem, quam nunc in ea ipsa domo collocavit, quæ est hujus oppressæ libertatis indicium.

At unde? Ostendit non fuisse veram Deam, sed simulacrum meretricis, nec fuisse illud consecratum.

Tanagræa: Tanagra Bœotiæ mediterraneæ oppidum nobile. *Hinc Tanagræus, Tanagris, Tanagricus.* Hodie *Anatoriam* vocari Gastaldus est auctor.

Homo nobilis: Is fuit Appius Claudius P. Clodii frater.

Non alienus: Jocus est; qui & ipse similis suo fratri Clodio,

hoc religioso Libertatis sacerdote, ad ornatum Ædilitatis suæ deportavit. Etenim cogitârat omnes superiores muneris splendore superare. Itaquè omnia signa, tabulas, ornamentorum quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia, atquè Insulis omnibus, honoris populi Romani causâ, sanè frugaliter domum suam deportavit. Is postea quam intellexit, posse se interversa Ædilitate, à L. Pisone Consule Prætorem renuntiari, si modò eadem prima littera competitorem habuisset aliquem, Ædilitatem duobus in locis, partim in arca, partim in hortis suis

Ironia.

Dissoluta.
Incisa.

Ironicè.

dio, religioso huic Libertatis Sacerdoti. Ironicè.

Ad ornatum Ædilitatis: Ædiles ad ludorum forum ornatum signa in provinciis conquirebant, & ex Græcia, Asiaq; pulcherrima quæq; ad ornandum Romæ suorum apportari jubebant.

Cogitârat: Volebat cæteris omnibus splendore antecellere.

Communibus locis: Publicis ex foris, compitisq;, ubi simulacra steterant.

Sanè frugaliter: Ironicè valdè sobriè & modestè.

Interversa Ædilitate: Appius hic Claudius prætermissa Ædilitate, L. Pisonis Consulis gratiâ, & suffragatione Præturam est adeptus. *Interversâ* ergo idem est, ac malo dolo omissâ, ac rejectâ, non acceptâ.

Eadem prima Littera: Varii variè exponunt, neq; certúm, qua in re hic ludere & pungere voluerit Cicero. Lusisse certum est in dicto & re præsentibus tum nota. Sentio cum iis, qui per primam litteram hic intelligunt Ædilitatem, quæ ab A littera prima incipit, quæq; Ædilitas primus erat honoris gradus apud Romanos, ita, ut sensus

Paronomasia. *Incisa.* *Definitiones* *Similiter desinentia.* *Interrogatio ironica.* *Repugnantia.* *Repetitio.* *Ab adjunctis loci, personæ, causæ finales &c.* *Apostrophe.*

suis collocavit: signum de busto meretricis ablatum isti dedit, quod esset signum magis istorum, quàm publicæ libertatis. Hanc Deam quisquam violare audeat, imaginem meretricis, ornamentum sepulchri, à fure sublatam, à sacrilego collatam? hæc me domo mea pellet? hæc ultrix afflictæ civitatis Reipublicæ spoliis ornabitur? hæc erit in eo monumento, quod positum est, ut esset indicium oppressi Senatûs ad memoriam sempiternam turpitudinis? O Q. Catule, appellémne Patrem, an

sensus sit, voluit Appius Claudius omissa Ædilitate statim ascendere ad præturam, quæ alter gradus honoris erat, modò esset competitor aliquis Ædilitatis, qui suo loco tum Ædilis fieret.

Ædilitatem duobus in locis: Id quod Ædilitatis nomine collegerat, ut tanquam Ædilis ludos daret, totum id, atq; adeò officium Ædilitatis & Ædilitatem collocavit partim in arca, pecunias nempe sibi reservavit, statuas & alia Ædilitatis titulo collecta in suo horto collocavit, illam statuam meretricis, *de busto*, sive sepulchro meretricis, Publio Clodio tradidit, ut hoc signum (iterum ludit in nomine, non tam esset signum publicæ Libertatis, quàm signum Claudii & Clodii: quàm nempe isti scelerati everterint libertatem.

De busto: Ut dixi, de sepulchro meretricis; comburebantur enim corpora, & in eo loco sepulchrum ponebatur.

Hanc Deam: Absoluta narratione sequitur conclusio, ostendens rei indignitatem per vehementem amplificationem & figuras plurimas, quas vide in margine.

O Q. Catule: Amplificat idipsum exclamatione, & apostropha ad duos Catulos, ut ædium suarum ruinam spe-

an filium? Recentior memoria filii est, & cum rebus meis gestis conjunctior: tantùmne te fefellit, cùm mihi summa & quotidie majora præmia in Republica fore putabas? Negabas fas esse, duo Consules esse in hac civitate inimicos Reipublicæ. Duo sunt inventi, qui Senatum Tribuno furenti constrictum traderent: qui pro me Patres Conscriptos deprecari, & populo supplices esse edictis atquè imperio vetarent: quibus inspectantibus domus mea disturbaretur, diriperetur: qui deniquè ambustas fortunarum mearum reliquias suas in domos comportari juberent. Venio nunc ad patrem. Tu Q. Catule, M. Fulvii domum, cùm is fratris tui socer fuisset, monumentum tuarum manubiarum esse voluisti, ut ejus, qui perniciosa Reipublicæ consilia spectent, dominantibus in urbe duobus Consulibus improbis, & furioso Tribuno, contrà quàm ipsi fore senserant, ac prædixerant.

Dubitatio. *Exclamatio.* *Synonymia.* *Apostrophe.*

Duo consules: Pro *duos:* Antiqua locutio,& ad normam Græcorum, de qua alibi.

Constrictum traderet: Ut tribunusplebis captivum senatum, & in suis quodammodo vinculis haberet.

Qui: Duo consules, Piso & Gabinius edicto prohiberent, ne pro Cicerone de Republica tam bene merito quisquam intercederet, quisquam deprecaretur.

Monumentum tuarum manubiarum: Vide N. 38.

Ejus qui perniciosa: Nempe illius M. Fulvii Flacci,qui Grac-

lia cepisset, omnis memoria funditùs ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. Hoc siquis tibi ædificanti illam porticum diceret, fore tempus, cùm is tribunusplebis, qui auctoritatem Senatûs, judicium bonorum omnium neglexisset, tuum monumentum, Consulibus non modò inspectantibus, verùm adjuvantibus disturbaret, everteret, idquè cum ejus civis, qui Rempublicam ex Senatûs auctoritate Consul defendisset, domo conjungeret: nonne responderes, id nisi eversa civitate accidere non posse? At videte hominis intolerabilem audaciam cum projecta quadam & effræna-ta

Ab adjunctis.

44.

Gracchi Collega in triumviratu agrario, & seditionis præcipuus satelles fuit. Cùm hi à Consulibus expellerentur ex urbe, M. Fulvius cum majore filio è latebris balnei cujusdam extractus, occisus est; ejus caput fuit ad Consulem delatum, & æquo pensabatur auro, domus ejus diruta, & in aream redacta, quæ Flacciana vocabatur. Vide Plutarchum in Gracchо.

Hoc siquis tibi: Hæc novitate & rei insolentiâ movent.

Ejus civis: Seipsum Cicero intelligit.

Domo conjungeret: Et uti destruxit, evertitq; tuam porticum, sic & everteret domum civis & Consulis optimè de Republica meriti, & quia area Flacciana fuit contigua domui Ciceronis, eousq; habitationem suam extenderet, ut utriusq; areæ spatium conjungeretur.

At videte: Amplificat, & auget magìs à causa finali, & finem Clodii in evertenda domo premit per diversa: Clodius domum Ciceronis diruit non religionis, aut monu-

ra cupiditate. Monumentum iste nunquam, aut religionem ullam excogitavit: habitare laxè & magnificè voluit: duasquè & magnas & nobiles domos conjungere. Eodem puncto temporis, quo meus discessus isti causam cædis eripuit, à Q. Sejo contendit, ut sibi domum venderet. Cùm ille id negaret, primò se luminibus ejus esse obstructurum minabatur. Affirmabat Posthumus, se vivo illam domum istius nunquam futuram. Acutus adolescens ex ipsius sermone intellexit, quid fieri oporteret: hominem veneno apertissimè sustulit: emit domum, lici-

A causa finali.

Ironia.

monumenti gratiâ, sed laxæ habitationis causâ, quo etiam sine Posthumum veneno sustulit; Statonem emendis ædibus supposuit, substituitq;.

Excogitavit: Non ille cogitavit, aut pro fine habuit, ut erigeret monumentum propter rem memoriâ dignam, aut ut religionem promoveret, sed fecit hoc laxæ & spatiosæ habitationis gratiâ.

Meus discessus &c. Postquam abivi in exilium, & Clodius neç causam, nec occasionem cædis in me patrandæ porrò habuit.

A. Q. Sejo: Ponit hîc pronomen omisso cognomine, quod statim subjicitur, neq; enim duo diversi sunt Q. Sejus & Posthumus, sed Q. Sejus Posthumus erat, cujus domum contiguam laxioris habitationis causâ Clodius emere volebat; cumq; vendere non vellet Sejus Posthumus, minatus est, se ita ædificaturum suam, ut illius lumini obstrueret.

Quid fieri oporteret: Intellexit, alia ratione domum se non obtenturum, nisi hunc veneno tolleret.

Redit à digressione. licitatoribus defatigatis propè dimidio cariùs, quàm æstimabat. Quorsum igitur hæc oratio pertinet? Domus mea illa propè tota vacua est? vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit. Causa fuit ambulatio, & monumentum, & ista Tanagræa, oppressa libertate, Libertas. *Paronomasia.* In Palatio, pulcherrimo prospectu, porticum cum conclavibus pavimentatam trecentûm pedum concupierat, amplissimum peristylium, cætera ejusmodi, facile, ut omnium domos & laxitate & dignitate superaret. Et homo religiosius, cùm ædes meas idem emeret, *Ironia. Relata & contraria.* & venderet, tamen illis tantis tenebris non

Licitatoribus defatigatis: Eos, qui pariter domum emere volebant, quiq; majus etiam & majus pretium pollicebantur, defatigavit, supra ipsorum pretium semper promittendo majus.

Quorsum igitur hæc? Colligit, quæ narravit, & applicat ad scopum, nempe Clodium Deam Libertatem collocâsse in area sua non religionis, aut monumenti causâ, sed destructæ suæ domûs finem fuisse laxiorem habitationem. Hinc ait: ad Catuli porticum (quæ nempe olim ibi fuit) de sua domo modicam partem accessisse, reliquum spatium fuisse adhibitum pro construendo ambulacro longiore, & pro loco, ubi Tanagræum simulacrum, tanquam monumentum oppressæ libertatis poneretur. Argumentum est ex adjunctis loci.

Pavimentatam: Stratam lapidibus, aut lateribus.

Peristylium: Locus est columnis utrinq; dispositis clausus.

Illis tantis tenebris: Illis temporibus miseris, cùm vi omnia

non est ausus suum nomen emptioni illi adscribere. Posuit scilicet Scatonem illum, hominem sua virtute egentem, ut is, qui in Marsis, ubi natus est, tectum, quò imbris vitandi causâ succederet, nullum haberet, ædes in Palatio nobilissimas emisse se diceret. Inferiorem ædium partem assignavit non suæ genti Fontejæ, sed Clodiæ, quam reliquit. Quem in numerum ex multis Clodiis nemo nomen dedit: nisi aut egestate, aut scelere perditus. *Polysyndeton.*

Hanc

omnia gererentur, cùm nec leges, nec judicia valerent, cùm omnia tanquam in tenebris miscerentur, & turbarentur. Ut superiùs in hac oratione: *qua tu in illis reipublicæ tenebris, cæcisq; nubibus & procellis constituisti.* Ipse, quid sit, explicat in Orat. pro Sext. Rosc. *Qui tanquam si offusa Reipublicæ sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omnia miscebant.*

Suum nomen &c. Nam etsi emit eam Clodius, possidere tamen non est ausus, quod suprà dictum.

Posuit scilicet: Substituit pro domûs possessore Scatonem quendam Marsis oriundum.

Marsis: Marsi sunt populi Italiæ Picentibus, Æquiculanis, & Samnitibus finitimi.

Non suæ genti Fontejæ: In quam adoptione transiêrat, sed *Clodiæ:* gentis aliquem hæredem pro ista parte ædium instituerat, & proximum quemq; ei succedere jusserat, ne res ex familia Clodia exiret.

Nemo nomen dedit: Qui tali modo hæredes instituti erant, solebant nomen suum in eam rem profiteri, & apud Censores indicere, se hæredes esse hujus rei. At in hanc hæreditatem nemo ex Clodiis, nisi sceleratus, vel egens nomen suum dedit, & apud Censores professus est.

 Hanc

45. *Conclusio. Dissoluta.* Hanc vos Pontifices tam variam, tam novam in omni genere voluntatem, impudentiam, audaciam, cupiditatem comprobabitis? Pontifex, inquit, af- *2. Dedicatio sine Pontifice facta est.* fuit. Non te pudet, cùm apud Pontifices res agatur, Pontificem dicere, non Collegium Pontificum, affuisse: præsertim cùm tribunusplebis vel denuntiare potueris, vel etiam cogere. Esto: collegium non adhibuisti. Quid? de *Concessio.* Collegio quis tandem affuit? posuerat enim auctoritatem in uno, quæ est in his omnibus: sed tamen auget & ho- *Polysyndeton.* nos & ætas dignitatem. Opus erat etiam scientiâ, quam etsi omnes consecuti sunt, tamen certè peritiores vetustas facit. Quis ergo affuit? frater, in-

Hanc vos Pontifices: An istam talem dedicationem approbabitis, hac voluntate & intentione factam, hac impudentiâ &c.

Pontifex, inquit, affuit: Alterum argumentum, dedicationem esse nullam, quia sine Pontifice facta est. Transit ad hoc argumentum per prolepsin; dicet Clodius: dedicatio legitima est, quia Pontifex adfuit. Respondet Cicero: quid tu unum Pontificem adducis, cùm totum Collegium debuisset interesse dedicationi? deinde quis erat ille Pontifex? Ab adjunctis personæ ostendit sine religione factam esse dedicationem.

Denuntiare: Hanc tribuni potestatem habebant, ut Pontificum collegio possent denuntiare, quando & ubi comparendum esset.

Sed tamen auget: Per modum Concessionis: esto unus tantùm adfuerit, si ille fuit in magno honore, in ætate grandiore, longâ experientiâ, haberet, in quo causæ fiduciam

inquit, uxoris meæ. Si auctoritatem quærimus, etsi id est ætatis, ut nondum consecutus sit, tamen quanta est in adolescente auctoritas ea propter tantam conjunctionem affinitatis minor est putanda. Sin autem scientia est quæsita, quis erat minùs peritus, quàm is, qui paucis illis diebus in Collegium venerat? Qui etiam tibi erat magìs obstrictus beneficio recenti, cùm se fratrem uxoris tuæ fratri, tuo germano antelatum videbat. Etsi in eo providisti, ne frater te accusare posset.

Adjuncta personæ.

Hanc

ciam poneret Clodius, sed contraria sunt in isto Pontifice.

Uxoris meæ: Fulviæ putant aliqui fratrem, alii Pinariæ; quidquid sit, L. Pinarius Natta vocabatur hic Pontifex.

Etsi id est ætatis: Etsi in ea ætate sit, juvenis nempe, ut auctoritatem per ætatem nondum consecutus sit, tamen si etiam magnam auctoritatem haberet, illa propter affinitatem minor esset. Affinis enim nimio partium suarum studio creditur duci.

Scientia est quæsita: Si quæreretur, quâ scientiâ fuerit.

Fratri tuo germano: Appio. Alius enim Clodio frater germanus non erat. Quòd igitur à Clodio potiùs promotus fuerit Pinarius Natta frater uxoris ad Pontificatum, quàm Appius Claudius Pulcher, id recentis & magni beneficii loco censere debuerat Pinarius Natta.

Etsi in eo providisti: Ne autem idcirco offensus frater tuus te posset accusare, tu solicitè providisti; quomodo providerit, clarum non est, fortè per alium, (ut declinaret invidiam) Pontificem illum, Pinarium Nattam fieri curavit Clodius Tribunusplebis; aliquis putavit à Clodio fratrem Appium veneno sublatum.

Conclusio argumenti. Repetitio.

Hanc tu igitur dedicationem appellas, ad quam non Collegium, non honoribus populi Romani ornatum pontificem, non denique adolescentem scientem quemquam, cùm haberes in Collegio familiarissimos, adhibere potuisti? Affuit is, si modò affuit, quem tu impulisti, soror rogavit, mater coëgit. Videte igitur Pontifices, quid statuatis in mea causa de omnium fortunis. Ergòne, Pontifices, putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domum unius cujusquè consecrari posse? An istæ dedicationes & templorum, & delubrorum religiones ad honorem Deorum im-

Correctio. Incisa. Disjunctio. Apostrophe ad Pontifices & Communicatio. Major.

Hanc tu igitur: Concludit argumentum de persona unius pontificis, in quo neq; auctoritas, neq; peritia; qui novus sacerdos, affinitate duntaxat, sororis precibus, matris minis ad id officium inductus esset.

Si modo affuit: Suspicionem movet, tanquam nec iste pontifex adhibitus fuisset ad dedicationem, aut adfuisset.

De omnium fortunis: Quandoquidem à mea causa dependent multa consecutura in casibus similibus.

Ergòne Pontifices: Putatisne vos pontifices, statim esse legitimam dedicationem, si is, junior Sacerdos Natta, postem attingat, & aliqua verba pronuntiet. *Postem* ædium nempe; nam quando ædes consecrabantur, pontifex unus præsentibus omnibus pontificibus, postes ædium tenebat, & verbis cæremoniosis consecrabat,

An istæ dedicationes: Clarum in hac periodo sensum haberes, si legeretur *an*, loco *at*, & hic, qui sequeretur, verè debet esse sensus. Quòd si retinere velis *an:* intelli-

ge,

immortalium, fine ulla civium calamitate à majoribus noſtris conſtitutæ ſunt? Eſt inventus tribunusplebis, qui Conſularibus copiis inſtructus, omni impetu furoris in eum civem irruerit: quem perculſum ipſa Respublica ſuis manibus extolleret. Quid, ſiquis ſimilis iſtius (neque enim jam deerunt, qui imitari velint) aliquem mei diſſimilem, cui Respublica non tantum debeat, per vim afflixerit, domum ejus per Pontificem dedicârit, id vos iſta auctoritate conſtituetis ratum eſſe oportere? Dicetis, quem reperiet Pontificem? Quid? & tribunusplebis idem eſſe non poteſt Pon-

Minor.

46. A conſequentibus, à diſſimili. A minore.

Prolepſis.

ge, & accipe voculam hanc præcisè, ut accipi propriè debet, pro particula interrogationis ſignificante *nunquid*. Nunquid majores noſtri conſtituerunt has dedicationes ſine damno & calamitate civium, ut ſint in bonum, non in malum? Eſt hic major ſyllogiſmi per interrogationem propoſita: Sequitur minor: *Eſt inventus tribunusplebis:* atqui iſte tribunuspl. ſuo impetu furoris hanc dedicationem fieri curavit, ut me affligeret, mihi maximam calamitatem inferret; & putabitis eſſe talem dedicationem juxta inſtitutionem majorum, & ad honorem Deorum?

Conſularibus copiis inſtructus: Adjuvantibus Conſulibus Piſone & Gabinio.

Extolleret: Tanquam de ſe optimè meritum.

Quid ſi quis: Si alius item furioſus tribunuspl. ſimile faceret in alio non ita bene merito, num approbaretis?

Dicetis: Reſpondere poſſent Pontifices, tribuniplebis non invenient talem inter nos pontifices, qui unus abſentibus cæteris, & mala dè cauſa conſecret. Reſpondet Cicero: quidſi autem ipſe tribunusplebis ſimul Pontifex ſit, &

Ab exemplo. Pontifex? M. Drusus ille clarissimus tribunusplebis Pontifex fuit. Ergo, si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem ædium tenuisset, & pauca verba fecisset, *Præteritio. Repetitio.* ædes Cæpionis essent dedicatæ? Nihil loquor de Pontificio jure, nihil de ipsius verbis dedicationis, nihil de religione, cæremoniis: non dissimulo me nescire *Similiter cadens.* ea, quæ etiam, si scirem, dissimularem, *Adjunctio.* ne aliis molestus, vobis etiam curiosus *Metaphoricè.* viderer: etsi effluunt multa ex vestra disciplina, quæ etiam ad nostras aures *Sine apprehensione postis templi.* sæpe permanant. Postem teneri in dedicatione oportere videor audisse templi. Ibi enim postis est, ubi templi aditus est, & valvæ. Ambulationis po-

& hæc faciat, num legitimam habebitis consecrationem?

M. Drusus: Ponit exemplum. Drusus tribunusplebis clarissimus, fuit simul Pontifex. Ejus inimicus fuit Q. Cæpio, quia contra partes Drusi à partibus Ordinis Equestris stetit. Quid si nunc Drusus pontifex & tribunusplebis Cæpionis inimici sui domum attingeret, & consecratam vellet, num statim habenda esset pro consecrata, & Cæpio inde expellendus?

Nihil loquor: Per præteritionem oratoriam dicit se nolle agere argumentis petitis ex religione, modo & verbis consecrandi ædes, qui in rebus pariter defectum probare posset; unum argumentum usurpat de apprehensione postium.

Postem teneri: Videor audisse (tanquam arcanum hoc ex Pontificum disciplina sibi esse ad aures delatum) oportere teneri postem templi: *Templi* ponit in fine, quia vis argumenti est in hoc verbo. In dedicatione enim vera *Tem-*

postes nemo unquam tenuit in dedicando. Simulacrum autem, aut aram si dedicâsti, sine religione loco moveri potest. Sed jam hoc dicere tibi non licebit, quoniam Pontificem postem tenuisse dixisti. Quanquam quid ego de dedicatione loquar? Aut quid de vestro jure, & religione, contrà quam proposueram, disputabo? Ego verò, si omnia solemnibus verbis, veteribus, & priscis institutis acta esse dicerem: tamen me Reipublicæ jure defenderem. An, cùm tu ejus civis discessu, cujus uni-

Correctio.

47.

Concessio hypothetica & transitio ad jus publicum.

Templi postis est tenendus: At in Clodii dedicatione non *Templi*, sed ambulationis postis est apprehensus: non igitur fuit dedicatio.

Simulacrum autem: Nimirum Tanagræ Libertatis, istud per me licet, inquit, si ritè dedicatum est, vel aliqua ara Libertatis, tollatur ex ædibus meis. Salva hoc religione fieri potest. *Ædes* autem meæ (non jure, non more dedicatæ) mihi reddantur.

Hoc dicere tibi non licebit: Simulacrum aut aram te per Pontificem dedicâsse: cùm jam dixeris, ipsum Pontificem, non simulacrum aut aram, sed ambulationis postem in mearum ædium dedicatione tenuisse, quòd quidem non sufficit.

Ego verò si omnia: Demonstravit, dedicationem illam non fuisse legitimè factam, propterea, quòd omnes cæremoniæ non fuerint observatæ, quæ observari in consecrando debuerant; jam se ex abundanti defendit, scilicet ex jure publico, quòd bona sibi, qui servator patriæ esset judicatus, sint restituenda, magis enim respiciendum esse, quod omnes judicent, quàm quod unus.

Acta esse dicerem: Quæ tamen acta esse nego.

An cùm tu: An Respublica recreata, & ab interitu vindicata sustinere posset & deberet, ut postquam ab uno cive

unius operâ Senatus, atque omnes boni civitatem esse incolumem toties judicâssent, oppressam teterrimo latrocinio cum duobus sceleratissimis Consulibus Rempublicam teneres, domum ejus, qui patriam à se servatam perire suo nomine noluisset, per Pontificem aliquē dedicâsses, posset recreata Respublica sustinere? Date huic religioni aditum Pontifices, jam nullum fortunis communibus exitum reperietis. An si postem tenuerit Pontifex, & verba ad religionem Deorum immortalium composita, ad perniciem civium transtulerit, valebit ad injuriam nomen sanctissimum religionis: si tribunusplebis verbis non minùs priscis, & pœne solemnibus bona civis cujuspiam con-

Concessio ironica. Repugnantia.

A consequētibus.

cive suo servata esset, illius civis bona religioni obligata, ei civi adimerentur; num religio debet valere ad damnū & injuriam bonorum?

Perire suo nomine noluisset: Discessi enim, ne patriam in discrimen adducerē: quod tu cum tuis satellitib9 optabas.

Date huic religioni: Si hanc dedicandi rationem toleratis, aditus hic erit ad commune exitium. Ubi enim Tribunusplebis alicui erit inimicus, ejus bona consecrabit.

Si Tribunusplebis: Si Pontifex postem tenens & verba pronuntians, quamvis cum injuria, & damno bonorum, validè & legitimè consecrat, consecrabit etiam validè & legitimè Tribunusplebis, eosdem postes arripiens, & eadem pœnè verba pronuntians: Atqui hoc valere non debet; uti non valuit olim; quod exemplis probatur.

At-

consecrârit, non valebit? Atqui C. Atinius, patrum memoriâ, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu Censor ejecerat, avi tui, Q. Metelle, & tui, P. Servili, & Proavi tui, P. Scipio, consecravit, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuniplebis ductus ex nonnullis veterum temporum exemplis, fraudi Metello fuit, summo illi & clarissimo viro? Certe non fuit. Vidimus hoc idem Cn. Lentulo Censori tribunumplebis facere. Nunquid igitur is bona Lentuli religioni obligavit? Sed quid

Ab exemplis.

Interrogatio.

Subjectio.

Atqui C. Atinius: C. Atinius tribunusplebis (quo exemplo se munire volebat Clodius) consecravit bona Metelli, num valuit consecratio, num fraudi Metello fuit, & ei nocuit? neutiquam.

Q. Metelli: Macedonici, qui, cùm Censor esset, Atinium Labeonem cognomine, senatu ejecerat; cujus Metelli bona dein Atinius consecravit, cùm esset tribunus; sed invalidè.

Avi tui, Q. Metelle: Hi præsentes erant, & nepotes illius Q. Metelli Macedonici, Q. Metellus, Servilius, & Scipio. Scipio enim à Metellis adoptatus fuit; Servilius ex Metellis natus.

Foculo posito &c. Vide infrà statim.

Fraudi fuit: Nocuit Non valuit illa consecratio, sed Metellus bona sua possedit.

Vidimus hoc idem: Alia exempla, quibus consecratio tribunorum fuisse illegitima ostenditur, etsi metuendum nunc foret, si unius Pontificis adolescentis, & nullam auctoritatem habentis consecratio valeret, ne non dedicatio tribuniplebis longè magis valeret; quod tamen esset ad pessimam consequentiam.

Tu,

Correctio. *Geminatio.* *Dissolutio.* *Dilemma ex pari.* *Metaphoræ Hyperbole.*

quid ego cæteros? Tu, tu inquam, capite velato, concione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donâras, consecrâsti. Quod si tum nihil est actum, quid in meis bonis agi potuit? Sin est ratum, cur ille gurges, heluatus tecum simul Reipublicæ sangvinem, ad cœlum tamen exstruxit villam in Tusculano visceribus ærarii; mihi meas ruinas, quarum ego similem totam urbem esse passus non sum, adspicere non licuit? Omitto Gabinium: quid? exemplo tuo bona tua nonne L. Mummius, vir omnium fortissimus atque optimus conse-

Tu, tu: Proprio exemplo Clodii utitur.

Capite velato: Hæ erant cæremoniæ: Pontifex velato capite incedebat: Ponebatur arula, supra quam ignis: & hæc dicebatur *foculus:* adhibebatur tibicen, qui tibiâ concinebat, quam musicam in sacrificiis semper adhibebant pro avertendis malis omnibus.

Tui Gabinii, cui regna: De hac re jam sæpiûs in hac Orat.

Ad cœlum tamen: Maximæ altitudinis.

Visceribus ærarii: Ex pecunia publica,quam tu ei,lege de provinciis lata, sumptam ex ærario dederas, tanquam Syriæ proconsuli futuro, & hoc est: quod proximè dixit: *Heluatus tecum simul Reipublicæ sangvinem.*

Mihi meas ruinas: Ego in Consulatu meo obstiti, & impedivi, ne tota urbs in tales ruinas, quales mea in domo sunt, converteretur, nec mihi liceat rudera meæ domûs denuò videre, & in ea introire?

Exemplo tuo: Sicut tu egisti mea in domo, sic Mummius

ſecravit? Quodſi, quia ad te pertinet, ratum eſſe negas oportere: ea jura conſtituiſti in præclaro tribunatu tuo, quibus in te converſis, recuſares, alios everteres? Sin iſta conſecratio legitima eſt, quid eſt, quod profanum in tuis bonis eſſe poſſit? An conſecratio nullum habet jus, dedicatio eſt religioſa? Quid

Ironia.

Prolepſis.

mius tribunus in domo & bonis tuis; ſi hujus conſecratio non eſt licita, ergo nec mea.

Quia ad te pertinet: Quia tuâ intereſt: nempe jura vis valere contra alios, ut alios poſſis evertere; ſi hæc jura in te convertantur, ea valere non vis. Iſtas comparationes ſemper figurat per interrogationem.

Quod profanum: Nihil erit, quod non obligatum religioni, & Deo alicui ſacrum.

An conſecratio &c. Neq; dicas, quæ à tribunis ſunt conſecrata, vim & valorem non habent, ſed quæ dedicata: jam inſinuavi N. 40. ſub finem: aliud eſſe conſecrationem, aliud dedicationem, & hanc plures majoresq; habere ritus. Noto inſuper conſecrationem ſolam non efficere, ut locus aliquis habeatur religioſus, ſed dedicationem. Conſecratio loci eſt, cùm in honorem cultumquè Dei Deæve locus aliquis ſacratur aut à Republica, aut à privato. Hoc modo conſecrabantur etiam, aut hoſtis, aut privati loca in pœnam, quæ loca tum eximebantur uſu humano. Sic Scipio Carthaginem de conſilii ſententia conſecravit, ut nulli liceret in illo loco ædificare. Sic bona civis, quem pro improbo habebant, aut volebant haberi, conſecrabant Cereri aut alii Deo. Sic Clodius Ciceronis, C. Atinius Q. Metelli, L. Mummius Clodii bona conſecravit. Si id fieret conſenſu Senatûs, populiq; R. adſentiente collegio Pontificum & certo majoreq; ritu, locus ille inſuper dicebatur religioſus, & dedicatus. Clodius ædes & bona Ciceronis non modò conſe-

Incisa. Quid ergo illa tua tum obteſtatio tibicinis? Quid foculus? quid preces? quid priſca verba voluerunt? Ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium Numine ad hominum timorem, quid voluiſti? Nam ſi eſt illud ratum: mitto Gabinium: tua domus certè, & quidquid habes aliud, eſt Cereri conſecratum. Sin ille tibi ludus fuit, quid te impurius, qui religio-

ſecrârat, ſed etiam aream Libertati volebat dedicatam. Hanc autem dedicationem tanquam vanam & inanem exagitat Cicero.

Obteſtatio tibicinis: Obteſtatio, inquit, Feſtus, *eſt, cum Deus teſtis in meliorem partem vocatur: deteſtatio cùm in deteriorem.* Tibicen ergo obteſtatus eſt Deos; cujus obteſtatio habita eſt nomine Clodii, & pro Clodio.

Quid foculus? Quid illæ cæremoniæ adhibitæ, ut etiam ignis, arula &c. poneretur?

Priſca verba: Quænam hæ dedicandi formulæ ſint, & quàm antiquis verbis conſtiterint, longum hic foret dicere; habet Briſſonius de formul. antiq. l. 1. f. 113. & ſeqq.

Ementiri: Qui valere conſecrationem debere, modò ais, modò negas.

Nam ſi eſt illud ratum: Quid illud? ſubjicit ipſe: *mitto Gabinium;* ſi tibi fixum eſt dicere: non curo, quid à me ſit actum circa Gabinium: ſaltem & certè domus tua ritè conſecrata fuit à Mummio; ergo tu nihil habes, quod non ſit obligatum religioni; nam tribunusplebis Mummius conſecravit.

Sin ille tibi ludus: Ulteriùs argumentatur: ſi tu verò dicas illam domûs Gabinianæ conſecrationem à te factam, ludum fuiſſe, & non valere, quid tu auſus es religionis nomine ita mentiri, ita Deorum numine abuti?

Aut

giones omnes pollueris, aut ementiendo, aut ftuprando? Jam fateor, inquit, in Gabinio me nefarium fuiffe. Quippe vides pœnam illam à te in alium inftitutam, in te ipfum effe converfam. Sed homo omnium fcelerum, flagitiorumquè documentum quod in Gabinio fateris (cujus impudicitiam pueritiæ, libidines adolefcentiæ, dedecus & egeftatem reliquæ vitæ, latrocinium Confulatûs vidimus, cui ne ifta quidem ipfa calamitas injuriâ potuit accidere) id in me infirmas, & gravius effe dicis, quod uno adolefcente, quàm quod concione tota tefte feciſti? Dedicatio magnam, inquit, habet religionem. Nònne vobis Numa Popilius videtur loqui? Difcite orationem Pontifices, & vos Flamines, eti-

Polyſyndeton.
Simil. deſ:
Simil. ead.
Enumeratio.
A Comparatione minoris.
Repetitio prolepſeos. 48.
Ironicè.

Aut ementiendo: Uti nunc feciſti, per ludum confecrando domum Gabinii, *aut ſtuprando:* uti tunc feciſti, ingrediendo templum Bonæ Deæ ad facrificium mulierum.

Gravius eſſe dicis: Plus momenti habere, plus valere dicis confecrationem domûs meæ præfente uno adolefcente Pontifice factam, quàm illam tuam Gabinii tota concione tefte, & ut fuprà cum obteftatione tibicinis, foculo, prifcis verbis &c.

Dedicatio magnam: Eandem prolepſin fuprà inceptam denuò adducit, cui ironicè refpondet.

Numa Popilius: Homo olim religiofiſſimus & primus religionis Romanæ fundator.

Pontifices & vos flamines: Duo flamines affuerunt, qui cum Collegio Pontificum de Ciceronis domo judicârunt.

L.

Correctio. etiam tu Rex, disce à gentili tuo (quanquam ille gentem istam reliquit) sed tamen disce ab homine religionibus dedito, justo, tum omnium religionum perito. Quid? in Dedicatione nonne & quis dicit, & quid, & quomodo, quæritur? An tu hæc ita confundis, & perturbas, ut quicunq; velit, quod velit, quomodo velit, possit dedicare? quis eras tu, qui dedicabas? quo jure? qua lege? quo exemplo? qua potestate? ubi te isti rei populus Romanus præfecerat? Video enim esse legem veterem tribunítiam, quæ vetet, injussu plebis ædes,

Adjuncta. Traductio. Disjunctio. Conversio. Interrogatio vehemens. Dedicatio facta sine lege.

L. Lentulus flamen Martialis, & Sext. Cæsar flamen Quirinalis, ut in Orat. de Haruſp. responsis. De flaminibus jam dictum alibi. N. 14. dicendum etiam, unde Pontificum nomen, de quibus & ad quos in tota hac oratione. Alii etymologiam hujus nominis derivant à *possum & facio*, quia eorum maxima in sacris faciundis potestas erat; alii à *pons & facio;* quia eorum erat reficere pontem *sublicium*, primò à se factum; erat autem hic pons Tybri imposito in singulari apud Romanos religione; deniq; alii nomen hoc venisse putant ab eo, quòd Pontifices *potentia sacra perficiant.*

Tu Rex: L. Claudium appellat sacrorum regem, ut in eadem Orat. de rege sacrorum N. 14.

Disce à gentili tuo: P. nempe Clodio, ex cujus gente ac familia, Claudiorum nempe sive Clodiorum, Rex sacrorum L. Claudius erat.

Gentem istam reliquit: Per adoptionem transeundo ad gentem Fontejam.

Legem veterem tribunitiam: Legem Papiriam de consecratione intelligit, quam & mox nominat, & adducit, docetq; ea lege prohiberi, ne dedicatio pro cujusq; arbi-

ædes, terram, aram consecrare. Nequê tum hoc ille Q. Papirius, qui hanc legem rogavit, sensit, nequè suspicatus est, fore periculum, ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur. Nequè enim id fieri fas erat, nequè quisquā fecerat, nequè erat causa, cur prohibendo non tam deterrere videretur, quàm admonere. Sed quia consecrabantur ædes, non privatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita ut nostra prædia, siquis vellet? sed ut imperator agros de hostibus captos consecraret: statuebantur aræ, quæ religionem afferrent, ipso si loco essent consecra-

Polysyndeton.
Traductio.
Synœciosis.

Interpretatio legis.

arbitrio fiat, neq; sine jussu plebis.

Neq; tum hoc ille: Papirius in lege sua non posuit expresse; ne *bona indemnatorum civium consecrarentur*, sed tantùm in genere, *ne cujusquam bona injussu plebis consecrarentur*; neq; enim illi suspicio incidebat, unquam fore tempus, ut quisquam indemnatorum civium bona vellet abalienare, & religioni transcribere.

Sed quia consecrabantur: Tria bonorum genera, quæ consecrari possent, comprehendebat Lex Papiria, sed nullum, nisi plebs jussisset: primò ædes sacras & templa, non ædes privatas, privatorum domicilia. 2. poterant etiam consecrari agri, sed non tales agri, ut mea sunt prædia, sed agri ab imperatore de hostibus capti. 3. Consecrari poterat is locus, in quo ara quædam statuebatur, si ara alio ipso in loco fuerit consecrata.

Ipso si loco essent consecratæ: Sensum istorum verborum sic accipe: statuebantur aræ, quæ religiosum reddebant id, ubi erant constitutæ, si loco, hoc est, suo, seu

Concessio. cratæ: hæc nisi plebs jussisset, fieri vetuit, quæ si tu interpretaris de nostris ædibus atquè agris scripta esse, non repugno. Sed quæro, quæ lex lata sit, ut tu ædes meas consecrares: ubi tibi hæc potestas data sit: quo jure feceris? Nequè ego nunc de religione, sed de bonis omnium nostrûm, nec de Pontificio, sed de jure publico disputo. Lex Papiria vetat, ædes injussu plebis consecrari. Sit sanè hoc de nostris ædibus, ac non de publicis templis. Unum o- *Correctio.* stende verbum consecrationis in ipsa tua lege, si illa lex est, ac non vox *Metaphora.* sceleris & crudelitatis tuæ. Quòd si tibi tum in illo Reipublicæ naufragio o-

49.

seu commodo, seu jure & legitimè essent consecratæ.

Quæ si tu interpretaris: Quòd si tu contendas interpretandam esse legem Papiriam non de bonis hostium, (quæ secunda pars bonorum consecrabilium erat) sed tantùm legem illam comprehendere bona, ædes, & agros civium Romanorum, tecum non litigabo; hoc enim huc non pertinet; sed urgeo jam, qua lege, quo jussu populi tu domum meam consecrâris; ago enim tecum ex jure publico.

Lex Papiria vetat: Manet autem hoc, non posse fieri consecrationem bonorum civium sine jussu plebis. Et sit sane hoc, maneatq; de nostris ædibus, & non, ut tu fortè excipere vis, intelligatur lex tantùm de publicis templis; Jam verò ostende mihi in tuamet illa lege, quâ me expulsum voluisti, & quam tanquam populi jussu rogatam edidisti, ostende, inquam, vel verbum, quo scriptum est: *consecretur domus Ciceronis.*

Quòd si tibi: Causam omissæ in Clodii lege consecrationis confert in oblivionem scribæ, hoc syllogismo: Si scri-

omnia in mentem venire potuissent, aut si tuus scriptor in illo incendio civitatis non syngraphas cum Byzantiis exulibus, & cum Legatis regiis faceret, sed vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet, esses omnia, si minùs re, at verbis legitimis consecutus. S d uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur provinciarum, Regum appellationes venales erant, servorum omnium vicatim celebrabatur tota urbe de

Metaphora.

Correctio.

Minor. Similiter cadens.

Enumeratio & Conglobatio plurium.

Dissolutio.

scriba tuus vacuo animo legem scripsisset, & non nimiùm aliis rebus occupatus fuisset, consecrationis mentionem fecisset; sed nimiùm aliis rebus occupatus fuit: illustrat minorem pulchra enumeratione.

Tuus scriptor: Scriba sext: Clodius.

Syngraphas cum Byzantiis: Nisi ille occupatus fuisset scribendis syngraphis, schedis illis & scripturis, in quibus pacta & contractus fiebant cum exulibus Byzantinis, de quibus suprà dixit, quòd iniqua Clodii lege fuerint restituti.

Cum legatis Regiis: Quibuscum etiam pacta inibantur de emptione tituli Regii.

Non scita: Scita sunt decreta & leges, sed lex vera non fuit lex Clodii.

Si minùs re: Id est: jure.

Cautiones pecuniarum: Venditiones & promissiones, quæ fiebant certis conditionis: *Fœdera feriebantur;* pretio feriebat cum exteris populis fœdera de Societate: *provincias* addicebat Romanis Magistratibus, qui maximam offerebant ei pecuniam, aut partibus ejus se addictissimos fore promittebant; *Regum* quoq; nomen & insignia conferebat iis, qui ejus gratiam sibi argento conciliarant.

descriptio: inimici in gratiam reconciliabantur, imperia adscribebantur novæ juventuti, Q. Sejo venenum misero parabatur, de Cn. Pompejo, propugnatore & Custode imperii interficiendo consilia inibantur, Senatus nequid esset, ut lugerent boni semper, ut capta Respublica Consulum proditione, vi tribunitia teneretur. Hæc cùm tot, tantaquè agerentur, non mirum est, præsertim in furore animi, & cæcitate, multa illum, & te fefellisse. At videte, quanta vis sit hujus Papiriæ legis in re tali, non qualem tu affers sceleris plenam & furoris. Q. Marcius Censor signum Concordiæ fecerat, idquè

Complexio.

Ab exemplo dissimili.

Descriptio. Id est: per vicos, ab uno vico ad alterum, vicatim conscribebantur, & comparabantur servi ad seditionem, vel bellum.

Inimici gratiam: Ut ne Clodio in suis propositis obsisterent.

Imperia adscribebantur: Imperia sorte dabantur, & non per suffragia junioribus.

Q. Seio: Posthumo. Suprà.

Fefellisse: Excidisse memoriâ.

At videte: Vim Papiriæ legis & Clodii eleganter amplificat dissimili exemplo C. Cassii censoris & Clodii. Urget præcipuè dissimilitudinem à majori: ille in re optima, sanctissimaq; tamen consuluit, & adhibuit Collegium Pontificum, tu non adhibeas in re plena sceleris, qualis erat dedicatio meæ domûs?

Quanta vis: Quàm legem Papiriam exactè observârit nonnemo alius, non in re tali, qualem tu habuisti sceleratam ac furiosam, sed, ut sequitur, in re sanctissima.

Signum Concordiæ: Statuam Deæ, quam Concordiam voca-

què in publico collocârat, hoc signum C. Cassius Censor cùm in Curiam transtulisset, Collegium vestrum consuluit: nunquid esse causæ videretur, quin id signum curiamquè Concordiæ dedicaret. Quæso, Pontifices, & hominē cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. Ille erat summa modestiâ, & gravitate Censor: hic tribunusplebis scelere & audacia singulari. Tempus illud erat tranquillum, & in libertate populi, & gubernatione positum Senatûs: tuum porrò tempus libertate populi Romani oppressâ, Senatûs auctoritate deletâ. Res illa plena justitiæ, sapientiæ, dignitatis. Censor enim, penes quem Majores nostri (id quod tu sustulisti) judicium Senatûs de dignitate esse voluerunt, Concordiæ signum volebat in Curia, Curiamquè ei Deæ dedicare. Præ-

50. *Distributio. Similiter cadens. Amplificatio elegans à cōtrariis inter se cōparatis, & dissimilibus.*

Incisa. Dissoluta.

Traductio.

vocabant, cui plura templa Romæ erexerant, potissimùm verò ejus statuam in curia habebant, pro conservanda senatûs concordia.

Nunquid esse causæ: Num prudenter facturus videretur, si & statuam hanc, & ipsam Curiam in honorem Deæ Concordiæ consecraret, & dedicaret? Interrogavit hic in tali re, talis homo; tali tempore? Nec interroget vos Clodius &c.

Sustulisti: Quinto quoq; anno Censores judicio de moribus populi judicabant, usq; ad annum V. C. 695. quo P. Clodius Tribunusplebis inter alia hanc quoq; consvetudinem, quæ ultra quadringentos annos duraverat, abo-

Causa finalis.	Præclara voluntas, atquè omni laude digna. Præscribere enim se arbitrabatur, ut sine studiis dissensionis sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiæ devinxisset.
Dissolutio. Repetitio. Enumeratio Incisa.	Tu cum ferro, cum metu, cum edictis, cum privilegiis, cum præsentibus copiis perditorum, absentis exercitûs terrore & minis, consulum societate & nefario fœdere, servitute oppressam civitatem teneres,
Antithesis. Adjunctio.	Libertatis signum posuisti magis ad ludibrium impudentiæ, quàm ad simulationem religionis. Ille in curia, quæ poterat sine cujusquam incommodo, dedicabat: tu in civis optimè de Republica meriti cruore ac pœnè ossibus simulacrum non libertatis pu-
Correctio.	

abolevit, ut Cicero in Pisonem refert.

Præclara voluntas: Optimam intentionem habuit ille Censor; ponendo enim statuam Concordiæ in Curia, volebat significare, & quodammodò præscribere, ut Senatores concordes essent, & non scinderentur in diversa studia, diversas sententias.

Sedem: Definitio oratoria curiæ, quæ est, sedes ac templum publici consilii.

Tu cum ferro: Jam adduxit 1. dissimilitudinem personæ: 2. temporis. 3. rei: nunc 4. causæ finalis diversæ, quàm habuit Censor Cassius, & tribunus Clodius. 5. deniq; erit dissimilitudo loci & consequentium.

Absentis exercitûs: C. Cæsaris, cujus nomine terrorem imperitis objiciebat.

Cruore ac pœnè ossibus: Patheticè & cum auxesi: in bonis nempe Ciceronis, in ejus reliquiis vel vitæ, vel fortunarum

publicæ, ſed licentiæ collocâſti. Atque ille tamen ad Collegium retulit: tu ad quem retuliſti? Siquid deliberares, ſiquid tibi aut piandum, aut inſtituendum fuiſſet religione domeſtica, tamen inſtituto cæterorum vetere ad Pontificem detuliſſes: novum delubrum cùm in urbis clariſſimo loco, nefando quodam atquè inaudito inſtituto inchoares, referendum ad Sacerdotes publicos non putâſti? At ſi Collegium Pontificum adhibendum non videbatur, nemòne horum tibi idoneus viſus eſt, qui ætate, honore, auctoritate antecellunt, ut cum eo Dedicationem communicares? quorum quidem tu non contempſiſti, ſed pertimuiſti dignitatem. An tu auderes quærere ex

A majori argumentatur.

Inciſa. Diſſoluta.

51.

narum jam pœnè combuſtarum, conſumptarum.

Licentiæ: Licentia propriè eſt impunitas agendi, & nimia libertas; accipitur tamen etiam in meliorem interdũ partem, ita ut idem ſit, ac *permiſſio, conceſſio.*

Siquid deliberares: Si prudenter ageres, ſiquid privati in Religione tentâſſes, Pontificem conſulere debuiſſes, quantò magis in re publica?

Aut piandum: Piare, eſt idem, ac expiare, purgare.

Religione domeſtica: Privata.

Inſtituto cæterorum: Juxta aliorum exempla & morem.

In urbis clariſſimo loco: Nam in Palatio, monte edito, erat Domus Ciceronis.

Nemòne horum: Saltem unum vel alterum ex Pontificibus, ſi totum Collegium adhibere nolebas, conſulere debuiſſes.

An tu auderes: Scilicet tibi hic animus, & tantum audaciæ

ex P. Servilio, aut ex M. Lucullo (quorum ego consilio atq; auctoritate Rempublicam Consul ex vestris manibus ac faucibus eripui) quibusnam verbis, aut quo ritu, primùm hoc dico, civis domum consecrares, deinde civis ejus, cui Princeps Senatûs, cui etiam Ordines omnes, deinde Italia tota, pòst cunctæ gentes, testimonium hujus urbis atquè imperii conservati dedissent? Quid diceres, ô nefanda, & perniciosa labes civitatis? Ades, ad s, Luculle, Servili, dum dedico domum Ciceronis, ut mihi præeatis, postemquè teneatis. Es tu quidem cùm audacia, tum impudentia singulari: sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent, cùm te viri, qui sua dignitate personam populi Romani atquè auctoritatem imperii sustinerent, verbis gravissimis perterruissent; nequè sibi fas esse dixissent furori interesse tuo, atquè in pa-

Distributio.

Prosopopœia verborũ Clodii.

Incisa.

Dissoluta.

ciæ fuisset, ut ad optimum aliquem virum accederes, & ab eo societatem sceleris rogares!

Ex P. Servilio, aut ex Lucullo: Qui in Pontificum collegio erant, viri præstantes virtute & sapientiâ.

Ex vestris manibus: Clodianis.

O nefanda: Tu O Clodi, num auderes usurpare verba illa consveta, quibus Tribunusplebis Pontifices ad dedicationem vocabat.

Præeatis: Verbis & auctoritate.

Atq; in patriæ parricidio: Non esse sibi fas, tuo furori interesse, nec esse sibi fas interesse in parricidio patriæ &c.

patriæ parricidio & ſcelere. Quæ cùm videres, tum te ad tuum affinem non delectum à te, ſed relictum à cæteris contuliſti. Quem ego tamen credo, ſi eſt ortus ab illis, quos memoriæ proditum eſt ab ipſo Hercule, perfuncto jam laboribus, ſacra didiciſſe, in viri fortis ærumnis non ita crudelem fuiſſe, ut in vivi etiam tum ſpirantis caput buſtum ſuis manibus imponeret: qui, aut nihil dixit, aut ſi fecit, omnino pœnam hanc maternæ temeritatis tulit, ut mutam in delicto perſonam nomenquè præberet: aut ſi dixit aliquid verbis hæſitantibus, poſtemquè tremebunda manu tetigit; cer-

Paronomaſia.

Allegoria.

Dilemma.

&c. nam & repetita præpoſitione effertur *intereſſe.*

Ad tuum affinem: Illum juniorem ſacerdotem, fratrem uxoris tuæ.

Ortus ab illis: L. Pinarius Natta vocabatur hic ſacerdos, ut ſuprà dictum. Pinaria autem familia aſſumpta eſt ab Hercule ad ſacra ſua, ut conſtat ex Livio, & Virg: l. 8. Et *Domus Herculei cuſtos Pinaria ſacri.*

Non ita crudelem fuiſſe: Non credo Pinarium Nattam ita crudelem fuiſſe, ut ad meam ruinam, domum meam dedicaret. Proponit hoc allegoricè, non ea crudelitate credo fuiſſe, ut ſuis manibus, dum dedicaret, capiti meo adhuc vivo ſepulchrum faceret, cineres ſepulchrales imponeret.

Buſtum: Sepulchrum ſic dicitur, à comburendo. Olim enim mortui comburebantur.

Aut nihil dixit: Non eſt credibile, quòd aliqua verba dedicatoria pronuntiärit, aut ſi aliquid fecit, quod eſſet ad dedicationem, & dedicavit ſine verbis, fact in id eſt fato quodam, & pœnâ, à matre profectâ, quæ eum ad hoc coëgit;

Repetitio. certè nihil ritè, nihil castè, nihil more institutoquè perfecit. Viderat ille Muraenam, vitricum suum Consulem designatum, ad me Consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia afferre: audiêrat ex illo, se à me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. Quare quis est, qui existimare possit, huic novo Pontifici, primam hanc post sacerdotium initum religionem instituenti, vocemque mittenti, non & lingvam obmutuisse, & manum obtorpuisse, & mentem debilitatam metu concidisse: praesertim: cùm ex Collegio tanto, non regem, non flaminem, non Pontificem

Similiter desinentia. Repetitio. Incisa.

git; egitq; sacerdos hic in re illa scelerata personam mutam, ut solent illi, qui in dramatibus personae sunt non loquentes, dicunturq; *personae mutae.*

Nihil castè: Nihil purè, integrè, & sine errore ac labe.

Viderat: Jam antè viderat, quàm fieret dedicatio, quòd Muraena, designatus Consul, & Vitricus suus ad me Consulem veniret, mihi commendaret Rempublicam vacillantem, quòdq; ego auctor fuerim communis salutis, & salutis vitrici sui speciatim; quomodo igitur non potuit exhorrescere, dum in me auctorem salutis aliquid tam crudele facere coactus est?

Cum Allobrogibus: Populi sunt è Gallia Narbonensi.

Separatim semel: Cùm de ambitu, Cicerone defendente, est absolutus.

Item cum universis: Temporibus Catilinae.

Vi-

cem videret, fieriquè particeps alieni sceleris invitus cogeretur, & gravissimas pœnas affinitatis impurissimæ sustineret? sed, ut revertar ad jus publicum dedicandi, quod ipsi Pontifices semper non solùm ad suas cæremonias, sed etiam ad populi jussa accommodaverunt: habetis in Commentariis vestris, C. Cassium Censorem de signo Concordiæ dedicando ad Pontificum Collegium retulisse, eiquè M. Æmilium, Pontificem Maximum, pro Collegio respondisse, nisi eum populus Romanus nominatim præfecisset, atquè ejus jussu faceret, non videri ea rectè posse dedicari. Quid, cùm Licinia Vir-

A digressione redit ad jus publicum.

Ab exēplo. Et à majore.

Videret: Solus enim aderat ad dedicandum.
Particeps alieni sceleris: Clodiani.
Cogeretur: A matre.
Affinitatis? Nam frater erat uxoris Clodii.

Sed ut revertar: Argumentum illud juris publici, quòd sine jussu plebis, sine lege non liceat dedicare domum, interrupit tantisper, & digressus est ad exemplum dissimile C Cassii Censoris, qui in re dispare tamen interrogavit Collegium Pontificum, ac dein excurrit in personam unici junioris sacerdotis, cùm saltem alios seniores peritioresq; adhibere debuisset. Jam redit ad jus publicum, aitq;, semper Pontifices in dedicationibus respexisse ad hanc legem, sicut in illo ipso exemplo Cassii patet, & aliis.

Non videri ea: Numerum pluralem hic accipit, & fore responsum Pontificis fuit non de signo Concordiæ solum sed universaliter de omnibus.

Quid cùm Licinia: Argumentum à majore, si Virgini Vestali non licuit dedicare sine auctoritate Senatûs eam ad

Virgo Vestalis summo loco nata, sanctissimo sacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Coss. aram, & ædiculam, & pulvinar sub sacro saxo dedicâsset, non eam rem ex auctoritate Senatûs ad hoc Collegium Sex. Julius Prætor retulit? cùm P. Scævola, Pontifex Max. pro collegio respondit, quod in loco publico Licinia C. F. injussu populi dedicâsset, sacrum non videri esse. Quam quidem rem quanta severitate, quantaquè diligentia Senatus sustulerit, ex ipso S. C. facilè cognescetis. Recita S. C. SENATUS-CONSULTUM. Videtisne, Prætori urbano negotium datum, ut curaret,

ne

ad hoc nominantis, ergo multò minùs licuit Clodio.

Pulvinar: Lectum, in quo simulacrum alicujus Dei vel Deæ reclinabatur, qui & dedicari solebat.

Sub sacro saxo: Per sacrũ saxum videtur intelligi rupes Aventini nuntio, quæ saxũ dicebatur, ad quod fuit etiam Bonæ Deæ Subsaxanæ templum, cujus meminit: Ovidius V. fast.

Est moles nativa loco, res nomina fecit;
Appellant saxum, pars bona montis ea est.

Hoc saxum dictum est sacrum propter Bonæ Deæ templum, ut & templum Minervæ in eo situm. Rupes Tarpeja non potest hic denotari, quamvis & illa saxum dicatur, & totus mons Jovi fuerit sacratus à Tarquinio; quia hoc saxum infame est pœnis sceleratorum, qui de illo dejiciebantur.

C. F. Caji filia.

Sacrum non videri: Non haberi pro re consecrata, eò, quòd injussu populi dedicata esset.

Si-

ne id sacrum esset? & ut, siquæ essent incisæ aut inscriptæ litteræ, tollerentur? O tempora, ò mores! Tum Censorem, hominem sanctissimum, simulacrum Concordiæ dedicare Pontifices in templo inaugurato prohibuerunt: pòst autem Senatus in loco augusto consecratam eam aram tollendam ex auctoritate Pontificum censuit, neque ullum est passus ex ea dedicatione litterarum extare monumentum: tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis, atquè otii, quod in naufragio Reipublicæ

Argumentatio & amplificatio post narrationem.
A majore ad minus.

Conclusio graviter amplificata.

Siquæ essent incisæ: Nam rebus dedicatis formula dedicationis inscribebatur.

In templo inaugurato: In Curia nempe, ubi Senatus habebatur, qui haberi non poterat nisi in loco inaugurato. Inauguratum autem est, quod consecratum felicibus auspiciis, bonis avibus.

Post autem: Prior conclusio erat ab exemplo Cassii Censoris. Jam ista fit ab exemplo Liciniæ Vestalis. Nec huic, nec illi licuit consecrare injussu plebis: ergo multò minùs tibi.

In loco augusto: In loco publico, sub sacro saxo. *Augustus locus* propriè est sanctus, & dignus, quem religiosa veneratione colamus.

Tu procella patriæ: Metaphoricæ definitiones & increpationes Clodii. Sensus hujus conclusionis est: & tu putâsti Rempublicam diutiùs,quàm dum ego cum ipsa restitutus fuero, laturam id, quod tu turbulento illo tempore feceris diruendo meam domum,superædificando novam, Reipublicæ nomen falsò affingendo, & erigendo monumentum, quod esset signum deletæ Reipublicæ,opprobrium ordini Equestri &c.

Tene-

Allegoria. *Incisa.* *Adjuncta.*

blicæ tenebris offusis, demerso populo Romano, everso atque ejecto Senatu, diruerîs, ædificâris, religione omni violata, Reipublicæ tamen nomine contaminâris, in civis hujusce ædibus, & in urbe, quam suis laboribus ac periculis conservâsset, monumentum deletæ Reipublicæ collocâris, ad Equitum notam, ad dolorem bonorum omnium, sublatoquê Q. Catuli nomine tuum incideris: id sperâsti Rempublicam diutiùs, quàm quoad mecum simul expulsa caret his mœnibus, esse laturūm?

Sine verbis solemnibus facta est Dedicatio.

At si, Pontifices, nequê is, cui licuit, nequê id, quod fas fuit, dedicavit: quid me attinet jam illud tertium, quod proposueram, docere. non his institùtis, ac verbis, quibus cæremoniæ postulant, dedicâsse? Dixi à principio, nihil me de scientia vestra, nihil de sacris, nihil de abscondito Pontificum jure

Præteritio. 54. *Repetitio.*

Tenebris offusis: Observet Tiro allegoriam continuatam in circumstantiis tempestatis: *procella, turbo, tempestas, naufragio, tenebris offusis, demerso populo, ejecto Senatu.*

Sublatoq; Q. Catuli nomine tuum incideris: Q. enim Catuli porticus erat contigua domui Ciceronis, quâ destructâ Clodius ambulationem & spatium suum longiùs produxit, suum nomen inscripsit: Q. Catuli nomen & porticum sustulit.

At si Pontifices: Quartum argumentum resumit, quod intermisit: *sine religione domum Ciceronis dedicavit Clodius, quia sine verbis solemnibus.* Repetit autem priora: Clo-

jure dicturum. Quæ sunt adhuc à me de jure dedicandi disputata, non sunt quæsita ex occulto aliquo genere litterarum, sed sumpta de medio, ex rebus palàm per magistratus actis, ad Collegiumquè delatis, ex Senatûsconsulto, ex lege. Illa interiora jam vestra sunt, quid dici, quid præcipere, quid tangi, quid teneri jus fuerit. Quæ si omnia ex Coruncanii scientia, qui peritissimus Pontifex fuisse dicitur, acta esse constarent: aut si M. Horatius ille Pulvillus (qui cùm ejus dedicationem multi propter invidiam fictis religionibus

Anacephalæosis.

Repetitio. Incisa.

Argumentatio à majore.

Clodius neq; is fuit,qui dedicare posset, neq; dedicavit locum permittente jure publico. Ab his jam absolutis partitionis capitibus ad tertium præteritione quadam gradum facit.

Adhuc: Hucusq;

Sumpta de medio: Ex rebus passim notis, in medio, omniumq; conspectu positis.

Interiora: Vestra sunt hæc mysteria,& intima arcana, circa verba ipsa,circa præcepta & ritus,quid tangendum, quid tenendum sit.

Ex Coruncanii scientia: Si exactissimè res, ad amussim facta esset, prout fecit, & intellexit Coruncanius, qui apud Pomponium l. 2. de orig. juris dicitur primus fuisse, qui sacrum jus profiteri cœperit, tamen &c.

Si M. Horatius: Ab hoc ædem Jovis Capitolini dedicatam esse Anno V.C.246. scribit Livius: argumentum est: si isti justissimi & sanctissimi dedicâssent domum meam, non fuisset recta eorum dedicatio, quia cum scelere conjuncta; ergo nec illius impuri hominis dedicatio aliquid valere debet.

Ille Pulvillus: Cognomen Horatii.

Fictis religionibus: Allato de morte filii nuncio, cùm di-

bus impedirent, restitit, & constantissima mente Capitolium dedicavit) hujusmodi alicui dedicationi præfuisset, tamen in scelere religio non valeret: nedum valeat id, quod imperitus adolescens, novus sacerdos, sororis precibus, matris minis adductus, ignarus, invitus, sine collegis, sine libris sine auctore, sine fictore, furtim, mente ac lingva titubante fecisse dicatur: præsertim cùm iste impurus atquè impius hostis religionum omnium, qui contra fas inter viros sæpè mulier, & inter mulieres vir fuisset, ageret illam rem ita raptim, & turbulentè, ut nequè mens, nequè vox, nequè lingva consisteret.

Incisa. *Adjuncta.* *Repetitio.* *Cõmutatio.* *Incisa.* *Repetitio.*

55. Delatum tum est ad vos Pontifices, & pòst omnium sermone celebratum, quemadmodum iste præposteris verbis, omi-

dicerent, dedicari ab ipso templum non posse,quia in luctu esset & funesta familia.

Sine auctore: Quem, cùm ipse imperitus esset, sequeretur, & ab eo institueretur.

Sine fictore: Pontifices inter Ministros suos habebant aliquos, qui fictores dicebantur, quiq; in dedicationibus adhibebantur. Isti fingebant sive componebant diversas victimarum figuras; neq; enim semper vivæ offerebantur; e. g. taurum è cera vel farina fingebant; dicitur enim fictor à componendo. Sic in lapidibus antiquis: DISCIPULUS FICTORUM PONTIFICUM. Item FICTOR V. V. id est: Virginum Vestalium.

Iste impurus: Clodius.

Præposteris verbis: Perversis. Rerum ordine perturbato.

Omni-

ominibus obſcœnis, identidem ſeipſe revocando, dubitans, timens, hæſitans, omnia aliter, ac vos in monumentis habetis, & pronuntiârit, & fecerit. Quod quidem minimè mirum eſt, in tanto ſcelere, tantaquè dementia, ne audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuiſſe. Etenim ſi nemo unquam prædo tam barbarus, atquè immanis fuit, qui cùm fana ſpoliâſſet, deinde aram aliquam in littore deſerto, ſomnis ſtimulatus, aut religione aliqua conſecraret, non horreret animo, cùm divinum numen ſcelere violatum placare precibus cogeretur: qua tandem iſtum perturbatione mentis, omnium templorum, atquè tectorum, totiusquè urbis prædonem, fuiſſe cenſetis, cùm pro deteſtatione tot ſcelerum unam aram nefa-

Similiter cadens. Synonyma. Polyſyndeton.

A majore.

Cōparatio.

Ominibus obſcœnis: Omina debebant eſſe pulchra, & bona ad inaugurationes & dedicationes: hæc contrà obſcœna erant & turpia.

Etenim ſi nemo unquam: Argumentatur à minore: meritò ſibi metuit novus iſte ſacerdos Clodius (ironicè) in hac re ſcelerata; nam ſi nemo tam barbarus, qui non metuat ſibi, dum ad placandum numen ex ſuo ſcelere offenſum, vult aliquam in hoſtico aram conſecrare; quantò magis metuere ſibi debuit Clodius poſt tot ſcelera, tot rapinas, tot expilationes templorum, & urbis.

Somnis ſtimulatus: Urgentibus inſomniis, aut ſtimulis religionis.

Pro deteſtatione: Pro expiandis tot ſceleribus, & placando numine per tot ſcelera offenſo.

fariè consecraret? Non potuit ullo modo, quanquam & insolentia dominatûs extulerat animos, & erat incredibili armatus audaciâ, non in agendo ruere, ac sæpè peccare, præsertim illo Pontifice & magistro, qui cogeretur docere, antequam ipse didicisset. Magna vis est cùm in Deorum immortalium numine, tum verò in ipsa Republica. Dii immortales suorum templorum custodem ac præsidem sceleratissimè pulsum cùm viderent, ex suis templis in ejus ædes immigrare nolebant; itaquè istius vecordissimi mentem curâ, metuquè terrebant. Res verò publica, quanquam erat exterminata mecum, tamen obversabatur antè oculos exstinctoris sui, & ab istius inflammato atquè ignito furore jam tum me, sequè repetebat. Quare quid est mirum, si

Relata, & Contraria.

Duæ causæ efficientes metum.

Conclusio argumenti.

In agendo ruere: Vacillare, titubare, errore labi.

Illo pontifice: Affine suo, adolescente.

Magna vis est: Ostendit metum Clodio necessariò injiciendum fuisse ex duabus causis efficientibus. Primò à Diis: dein à Republica. Causam unam explicat post alteram.

Dii immortales: Primò terruerunt eum Dii, quòd domum illam voluerit consecrare, cujus Dominus, custos erat templorum divinorum.

Res verò publica: Terrebat eum Respublica, quæ à Clodio devastata & exstincta, jam veluti Furia ejus oculis obversabatur, vindictam postulans.

Quare quid est: Concludit argumentum, quare ob metum & malam conscientiam non potuerit Clodius, neq; ejus

si iste metu, si furore instinctus, scelere præceps, neque institutas cæremonias persequi, neque verbum ullum solemne potuit effari. Quæ, cùm ita sint, Pontifices, revocate jam animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam Rempublicam, quam anteà cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis vestris cervicibus sustinetis. Vobis universi Senatûs perpetua auctoritas, cui vosmetipsi præstantissimè semper in mea causa præfuistis:

Polysyndeton.

55. PERORATIO. *Apostrophe ad Pontifices.*

Repetitio. Enumeratio partium.

ejus Sacerdos, junior Pontifex, solennia verba in dedicatione, ut debuerat, effari.

Quæ, cùm ita sint: Peroratio conficitur duplici Apostrophâ, unâ ad Deos, Deasq; ad Pontifices alterâ. Primùm sibi Pontifices conciliat, (quod & fecit in exordio) à potestate & dignitate eorum.

Anteà cum viris fortibus: Alii egregii viri simul vobiscum Rempublicam sustinent in cæteris, at in hac mea causa à vobis solis pendet & sustinetur Respublica.

Vobis universi: Longa hac periodo, enumeratione plurium membrorum constante, summam pontificum in hac sua causa potestatem potentiamq; describit. Vos estis, quibus Senatores, cives, municipes, societates, ordines omnes non solùm commisère, sed commendavère omne, & totum judicium de mea dignitate, de mea restitutione dignè facienda.

Universi Senatûs perpetua auctoritas: Metonymia est, & res possessa pro possessore; Senatores universi, qui perpetuam & nunquam deficientem auctoritatem habent, arbitrabuntur omne judiciũ vobis de me esse commissum.

In mea causa præfuistis: Quem senatum vos ipsi (nam & Senatores erant pontifices) in mea causa præcipuè

Ab inferioribus ad superiora ascendens.

stis: vobis Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumquè concursus; vobis campus, centuriarumquè una vox omnium, quarum vos principes, atquè auctores fuistis; vobis omnes societates, omnes ordines, omnes, qui aut re, aut spe deniquè sunt boni, omne vobis erga meam dignitatem studium & judicium non modò commissum, verùm etiam commendatum esse arbitrantur. Deniquê ipsi Dii immortales, qui hanc urbem, atquè hoc imperium tuentur, ut esset omnibus gentibus posteritatiquè perspicuum, divino me Numine esse Reipublicæ redditum, idcirco mihi videntur fructum ipsum reditûs & gratulationis meæ ad suorum sacerdotum potestatem, judiciumquè revo-

ac præstantissimè rexistis, vestroq; exemplo præivistis.

Ille motus: Tota enim Italia ob Ciceronem commota est, & ad ejus reditum urgendum concurrit.

Vobis campus: Martius nempe, in quo de Ciceronis reditu lata lex est.

Centuriarumq;: Nam singulæ centuriæ suis suffragiis Ciceronem revocandum decrevêre.

Erga meam dignitatem studium: Studium suum, quod illi erga me testatum fecerunt, cùm tantopere laborarent, ut restituerer: & judicium, quid de me existimarent, cùm tantâ benevolentiâ & applausu restitutum exciperent, id nunc totum in vestris manibus positum arbitrantur.

Deniq; ipsi Dii: Dii ipsi studiosè ad vestrum Collegium hanc de me judicandi potestatem transtulêre.

Hic

revocâsse. Hic est enim reditus, Pontifices, hæc restitutio, in domo, in sedibus, in aris, in focis, in Diis penatibus recuperandis. Quorum si iste suis sceleratissimis manibus tecta, sedesquê convellit, ducibusquê Consulibus, tanquam urbe capta, hanc unam domum, quasi acerrimi propugnatoris, sibi delendam putavit: tamen illi Dii penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti. Quocirca te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus Optimum, propter vim, Maximum nominavit, tequê, Juno Re-

Traductio. Repetitio. Incisa.

Odium in adversariū confert.

56. *Apostrophe ad Deos.*

Hic est enim reditus: Definit, in quo propriè consistat reditus suus: nec enim dicendus esset reditus, nisi fiat cum restitutione domûs, sedis, aræ, foci, Deorum Penatum.

Quorum si iste: Quorum Deorum Penatum sedes, etsi putavit Clodius, ille Deorum osor, se omnino deleturum, quandoquidem eos expelleret ex domo maximi Deorum propugnatoris, nempe Ciceronis: nihil tamen actum videbit, quando per vos Pontifices etiam Dii Penates in meam domum erunt restituendi.

Quocirca te: Hac invocatione suam erga Deos religionem testatur, precaturq;, ut si ipse aliquando nefariam flammam à Deorum domibus & templis depulerit, si suum caput pro eorum cæremoniis aliorum furori ferroq; objecerit, si nihil unquam magis, quàm de Reipublicæ salute laboraverit, hunc fructum ferat, ut sibi redire in suas sedes liceat.

Capitoline: Jupiter, qui in magnifico Capitolii templo Romæ singulariter colebatur: explicatur porrò, quare dicatur: *Optimus maximus.*

Similiter cadens. Regina, & te, Custos urbis, Minerva, quæ semper adjutrix consiliorum meorum, testis laborum, extitisti, precor, ac quæso: vosquè, qui maximè me repetîstis, atquè revocâstis, quorum de sedibus hæc mihi proposita est contentio, Patrii Penates, familiaresquè, qui huic urbi & Reipublicæ præsidetis, vos obtestor: quorum ego à templis ac delubris pestiferam illam & nefariam flammam depuli: tequè, Vesta Mater, cujus castissimas Sacerdotes ab hominum amentia, furore & scelere defendi: cujusquè ignem illum sempiternum non sum passus aut sangvine civi- *Allegoria.* um restingvi, aut cum totius urbis incendio commisceri: ut, si in illo pœnè fato

Custos urbis, Minerva: Inscripserat Cicero Minervæ simulacrum, quod habebat in suo sacrario: *Custodi urbis.* Simulacrum hoc, cùm patriâ pelleretur, in templo Jovis Capitolini collocavit, ut ipse scribit l. 2. de leg. *Nos, qui illam Custodem urbis, omnibus ereptis nostris rebus ac perditis, violari ab impiis passi non sumus, eamq; ex nostra Domo in ipsius patris domum detulimus, judicia Senatus Italiæ ac gentium deniq; omnium conservatæ patriæ consecuti sumus.* Eam porrò statuam reversus in patriam, domuiq; suæ restitutus, non retulit domum, sed ubi discedens posuerat, reliquit.

Contentio: Hæc causa ad Pontifices suscepta.

Patrii Penates, familiaresq;: Qui Præsides estis urbis Romanæ, Dii Patrii.

Vesta Mater: In cujus honorem perpetuus Romæ in templo ardebat ignis, cujusq; templo Virgines Vestales serviebant.

In illo pœnè fato: Ubi propemodùm tota interiit Respu-

to Reipublicæ, objeci meum caput pro vestris cæremoniis atquè templis perditissimorum civium furori atquè ferro: & si iterum, cùm ex mea contentione interitus bonorum omnium quæreretur, vos sum testatus, vobis mea ac meos commendavi, mequè ac meum caput ea conditione devovi, ut si & eo ipso tempore, & antè, & in Consulatu meo, commodis meis omnibus, emolumentis, præmiis prætermissis, cura, cogitatione, vigiliis omnibus, nihil nisi de salute meorum civium laborâssem: tum mihi Republicâ aliquando restitutâ liceret frui: sin autem mea consilia patriæ non profuissent, ut perpetuum dolorem, avulsus à meis sustinerem. Hanc ego devotionem capitis mei, cùm ero in sedes meas restitutus, tum deniquè convictam esse, & com-

Polysyndeton.

Dissoluta. Incisa.

publica.

Et si iterum: Priùs tempus erat conjurationis Catilinariæ, illud persecutionis Clodianæ.

Ea conditione devovi: De hac ipsa devotione dicit etiam in exorsu orat. ad Quir. post redit. nam discedens in exilium Cicero votum Diis nuncupavit; ut si sua commoda Reipublicæ saluti anteponeret, in exilio periret: sin secùs, tum in patriam salvus rediret.

Hanc ego devotionem: Nuncupationem voti.

Convictam esse & commissam: Adimpletum esse votum putabo; damnatum me voti, convictumq;. Nunc enim devotio illa nondum est commissa, nondum adimpleta, quia nondum fruor Republicâ restitutâ, qui tota urbe

 careo,

commissam putabo. Nam nunc quidem, Pontifices, non solùm domo, de qua cognoscitis, sed tota urbe careo, in quam videor esse restitutus. Urbis enim celeberrimæ, & maximæ partes adversum illud non monumentum, sed vulnus patriæ contuentur. Quem cùm mihi conspectum morte magìs vitandum, fugiendumquê esse videatis, nolite, quæso, eum, cujus reditu restitutam Rempublicam fore putâstis, non solùm dignitatis ornamentis, sed etiam urbis partibus velle esse privatum. Non me bonorum direptio, non tectorum excisio, non depopulatio prædiorum, non præda Consulum ex meis fortunis crudelissimè, capta permovet: caduca semper & mobilia hæc esse duxi, non virtutis atquè ingenii, sed for-

Correctió. Metaphora.

57. *Repetitio. Enumeratio Similiter cadentia, & desinentia. Adjunctio. Sententia.*

careo, ut in sequentibus dicit. Sic *commissa stipulatio* dicitur, quæ impleta est facto & commissio promissoris.

Nam nunc quidem: Redit ad Pontifices, ut eos flectat ad misericordiam, petitq;, ut ab ipsis in patriam restitutus, auctore Senatu, nunc manibus eorum in suis denuò sedibus collocetur.

De qua cognoscitis: Cujus nunc causa & quæstio in vestro judicio pertractatur.

Adversum illud: Urbe careo, quare? quia cùm in tota ferè urbe, ejusq; maximis saltem partibus videatur illud crudelitatis monumentum supra meas ædes, in mea area constructum, ego autem hoc videre non possim, neq; possim in urbe manere &c.

Non me bonorum direptio: Interserit contemptum bonorum

fortunæ & temporum munera: quorum ego non tam facultatem unquam & copiam expetendam putavi, quàm & in tuendo rationem, & in carendo patientiam. Etenim ad nostrum usum propemodum jam est definita moderatio rei familiaris: liberis autem nostris satìs amplum patrimonium paterni nominis, ac nostræ memoriæ relinquemus: domo per scelus erepta, per latrocinium occupata, per religionis vim sceleratiùs etiàm ædificata, quàm eversa, carere sine maxima ignominia Reipublicæ, meo dedecore ac dolore non possum. Quapropter, si Diis immortalibus, si Senatui, si populo Romano, si cunctæ Italiæ, si provinciis, si exteris nationibus, si vobismetipsis, qui in mea salute principem semper locum, auctoritatemquè tenuistis, gratum & jucundum meum reditum intelligitis esse, quæso, obtestorquè vos, Ponti-

Adjunctio. Antitheta.

Simil: cad: Repetitio. Compar.

Repetitio. Enumeratio à maximo ad minora.

norum fortunæ, ne videatur magìs domum petere ad luxum, aut divitias, quàm ad gloriam obtinendam, dedecusq; ex illa eversione,& dedicatione domûs suæ fugiendum.

Etenim ad nostrum usum: Prospectum est jam necessitati meæ,& pro frugalitate mea res familiaris jam est definita, ut habeam satis.

In mea salute principem locum: Similis locus suprà; ex quo intelligitur, Pontifices extra Collegium, cùm in Senatu sententias dicebant, Ciceroni suffragatos fuisse.

Quæso, obtestorq;: In hac peroratione nihil omittit Ci-

tifices, ut me, quem auctoritate, studio, sententiis restituistis, nunc, quoniam Senatus ita vult, manibus quoquè vestris in sedibus meis collocetis.

Cicero industriæ, ad obtinendam causam, & instat precando, dolendo, indignando &c.

Senatus ita vult: Nam quid velit, declaravit, cùm me tot decretis restituit.

Manibus quoq; vestris: Qui priùs sententiis, nunc manibus, & ipso opere.

EVENTUS.

Evicit causam Cicero, factumq; est à Pontificibus, Patribusq; Conscriptis Senatûs-Consultum, videri Ciceronis domum, judicio Pontificum, religione liberatam: & ut Magistratus curarent, ut ei sine vi ædificare liceret, quin & publicâ pecuniâ domus instauraretur. Æstimata igitur Domus est H.S. vicies, id est: quinquaginta millibus aureorum Gallicorum. Tusculana villa H.S. quingentis, id est: 12500. Coron. Formianum H. S. ducentis quinquaginta millibus, id est: 6250. Coron. Sed Clodianæ factionis homines fabros ædibus restituendis inductos abegerunt, saxisq; ferro atquè ignibus vastitatem novam intulêre, Quincti etiam fratris domum lapidibus flammisq; ingestis miserè deformârunt, quos subinde Sena-

na-

natus decrevit lege de vi, tanquam Reipublicæ oppugnatores teneri. Habita est Oratio anno ætatis Cic. 50. V. C. 696. Lentulo & Metello Coss.

Sententiæ, & Doctrinæ.

In imperita multitudine est varietas, & inconstãtia, & crebra tanquam tempestatum, sic sententiarum commutatio.

Senatoris boni est semper in Senatũ venire: nec cum his sentio, qui statuunt minùs bonis temporibus in Senatum ipsi non venire.

Adoptiones sequebantur hæreditates nominis, pecuniæ, sacrorum.

Vetant XII. Tab. leges privatis hominibus irrogari, id est enim privilegium.

Forma hæc olim judiciorum fuit. Primò prædicta die quis accusabatur: deinde ter ante magistrat9 accusabat intermissa die, quàm multã irrogabat, aut judicabat: quarta erat accusatio trinumnundinûm, prædicta die, qua die judiciũ esset futurum. Quòd siqua res illum diem aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, tota causa, judiciumq; tollebatur.

Lege Licinia probibitum fuit, ne quis sibi curationem ferret.

Optabile est, cursum vitæ conficere sine dolore, & sine injuria.

Et patria chara est, qui ejus salutem charitati anteponit suorum.

Bonorum est Pontificum monere, modum quemdã esse reli-

religionis, nimiùm esse superstitiosum non oportere.
Multa in vita falsò homines opinantur.
Pietas est honesta de numine Deorum ac mente opinio.
Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quàm domus uniuscujusq; civiũ, hoc perfugium est ita sanctũ omnibus, ut inde abripi neminem fas sit.
Auget & ætas, & honos dignitatem.
Peritiores vetustas facit.
Penes Censorem majores nostri judicium Senatûs de dignitate esse voluerunt.
Non potest non in agendo ruere, ac sæpê peccare, qui cogitur docere, antequam ipse didicit.
Bona caduca & mobilia sunt, non virtutis atq; ingenii, sed fortunæ & temporum munera, quorum non tam facultas & copia expetenda, quàm & in utendo ratio, & in carendo patientia.